REX concessit THOME KENNEDY,—terras de Ardstynchell, Ballomoircastell, ac terras de Dalfask, in comitatu de Carrik, vic. Are;—quas Hugo K. frater dicti T. resignavit:—Necnon concessit dicto T. terras de Kyrcoswald et de le Brygend in comitatu et vic. predictis;—quas idem T. resignavit:—Tenend. dicto Tho. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David K. fratri germano ejus et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., Johanni K. de Cascellis, militi, et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., Gilberto K. fratri germano ejus et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., Jacobo K. et heredibus ejus (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Hugonis, de rege tanquam senescallo Scotie in feodo, in unam liberam baroniam intitulandam Ardstinchell;—Faciend. tres sectas curie ad tria placita capitalia singulis annis infra dictum comitatum de Carrik cum wardis, &c.:—Reservato libero tenemento dictarum terrarum de Ardstinchel, Ballowymercastel et de Dalfask, predicto Hugoni pro toto tempore vite ejus;—Test. 74. 8. 15. 5. 20. 46. iii. 41.

129. Apud Edynburgh, 24 Aug.
REX concessit DAVID KENNEDY,—terras de Kircmichel in comitatu de Carryk, vic. Are;—quas Tho. Kennedy resignavit;—necnon terras de Arneluge in comit. et vic. supradictis;—quas idem David personaliter resignavit:—Tenend. dicto David

et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Tho. Kennedy et heredibus (*ut supra*), quibus def., Joh., Kennedy de Dunovin, militi, et heredibus (*ut supra*), quibus def., Gilberto Kennedy fratri ejus germano et heredibus (*ut supra*), quibus def., Jac. Kennedy et heredibus (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti David Kennedy, de rege tanquam senescallo Scotie in feodo, in unam liberam baroniam intitulandam Kircmichel:—FACIEND. tres sectas curie ad tria placita capitalia singulis annis in comitatu de Carryk, cum wardis, &c.:—TEST. 74. 8. 15. 5. 20. 46.

iii. 40.

130. Apud Edynburgh, 30 Aug.

REX concessit THOME DE MYRTOUN, decano Glasguensi, pro ejus bonis obsequiis et servitiis regi continue impensis et in posterum impendendis,—terras de Randalstoun et de Ladylanddis in constabularia de Carale, vic. Fyf;—quas Joh. Sybbald, miles, resignavit:—Et Rex quittumclamavit totum jus et clameum que in dictis terris habere poterit ratione forisfacture quondam Tho. de Balcolmi pro eo, quod ipse Tho. de B., dictarum terarum olim verus possessor et dominus, se ad partes Anglie et hostes regis divertebat, et ibidem absque mandato, licentia, seu beneplacito regis aliquamdiu permansit: — TENEND. dicto Tho. heredibus ejus et assignatis in feodo: —TEST. 8. 15. 55. 20. 21. 46. iii. 42.

131. Apud Edynburgh, 14 Sep.

REX confirmavit venditionem et alienationem quas fecit Andreas Gray, miles, ROBERTO DE KERE burgensi de Dunde, —de tertia parte terrarum suarum de Wester Crage in baronia de Dunde, vic. Forfare,—necnon de terris suis de occidentali campo burgi de Dunde, quas tunc tenuit in husbandria Wil. filius Donaldi, burgensis dicti burgi;—salva crofta sua assedata Duncano Parkare burgensi dict. burgi:— TENEND. dicto Rob. heredibus ejus et assignatis in feodo:—SALVO servitio regis unacum wardis, &c. iii. 44.

132. Apud Edynburgh, 24. Sep.

Rex confirmavit cartam Roberti Logane, militis dom. de Lestalryk,—[qua confirmavit JOHANNI FORSTER militi, dom. de Corstorfyne,—terras suas, tenementa et annuos redditus, in villa de Leth infra baroniam de Lestalryk, vic. Edynburgh;—quas idem Joh. resignavit:— TENEND. dicto Joh. heredibus ejus et assignatis in feodo;—REDDEND. 1 den. argenti nomine albe firme:—Apud Middilhame, Sep. 2, 1429]:—TEST. 74. 5. 21. 36. 43. 47.

iii. 43.

133. Apud Edynburgh, 29 Sep.

REX confirmavit cartam sororis sue Margrete ducisse Turonensis, comitisse de Douglase, domine Galwidie et Vallis Anandie, —[qua, in pura et simplici viduitate sua, et pro salute animarum inclite memorie Roberti (III.) Regis et Annabelle Regine Scotie, progenitorum suorum et pro felici statu anime Jacobi Regis, &c., de ejus speciali licentia, &c., et pro salute animarum recolende memorie olim D. Arch. com. de Douglase, &c., et D. Arch. ducis Turonensis, com. de Douglase filii ejus et sponsi dicte Merg., et D. Jac. de Douglase filii eorum, et pro salute anime sue, &c., concessit Deo, &c., ac uni capellano per se electo et presentato in ECCLESIA collegiata DE LYNCLUDENE, et successoribus ejus,—terras suas de le Estwod, Barschryve, de le Bank, de Carvorland, de Dummukhede, de le Maynys, de Suthake, et de Barness in constabularia de Kyrkubrycht, dominio Galwidie;—quas terras dicta Merg. emerat cum argento et auro suo:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Alex. episc. Candide Case, Wil. de Douglase dom. de Leswalt, M. Joh. M'Gilhauch preposito dicte eccl. colleg. de Lyncludene, Pat. filio Joh. M'Lelane dom. de Gilstoune, Alex. Mure senescallo de Kyrkubricht, M. Tho. M'Guffok secretario dicte ducisse, M. And. Geddas:—Apud le Treyf, Sep. 22, 1429]:—TEST. 74. 20. 43. 47. 61. iii. 45.

134. Apud Perth, 6 Oct.

REX concessit ALEXANDRO FORBES militi, et ELIZABETH sponse ejus,— baroniam de Forbas, et terras de Kery,

terras de Aufurd, terras de Logy et de Edinbanchry, cum annuo redditu 10 marcarum de terris de Mukwele, in comitatu de Marr, vic. Aberdone;—quasquidem terras baronie de Forbas et de Kery dictus Alex. de F., et quas terras de Aufurd, &c., cum annuo redditu predicto, Alex. com. de Marr personaliter resignaverunt:—TENEND. dictis Alex. et Eliz. et eorum diutius viventi et heredibus eorum inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis heredibus dicti Alex., in feodo, in unam liberam baroniam de Forbes:—REDDEND. tres sectas curie annuatim ad tria placita capitalia tenenda apud Aberdone:—TEST. 74. 15. 55. 12. 24. 21. 60. 58.

iii. 46.

135. Apud Edynburgh, 6 Nov.

REX concessit JOHANNI DE ARNUTIS, —terras de Arnut, vic. Fyf:—quas Ricardus de Arnutis, frater dicti Joh., resignavit: —TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus, de rege et successoribus suis comitibus de Fyf, in feodo:—REDDEND. tres denarios argenti nomine albe firme:—TEST. 74. 34. 43. 47. 62. 63. iii. 47.

136. Apud Edynburgh, 30 Nov.

REX confirmavit cartam avunculi sui, Valteri Palatini de Stratherne, Atholie et Cathanie comitis, ac domini de Brechin et de Cortouquhy,—[qua, pro salute animarum progenitorum et successorum suorum, concessit, in puram elemosinam, 40 lib. annui redditus de terris suis de Cortouquhy, et in defectu earundem de terris dominii sui de Brechine, vic. Forfare, ad sustentationem duorum capellanorum et sex puerorum mysteria divina in ECCLESIA CATHEDRALI S. TRINITATIS DE BRECHIN pro perpetuo celebraturorum:—Apud castrum de Brechin, Oct. 22, 1429]:—NECNON aliam cartam dicti comitis,—[qua concessit Deo et ecclesie S. Trinitatis de Brechin—illam terram suam in fine occidentali ville de Brechin ex parte occidentali ejusdem venelle, ad perpetuam residentiam et habitationem quatuor presbyterorum et sex puerorum per ipsum et Joh. episcopum in dicta ecclesia ad divina celebranda noviter fundatorum: —TENEND. in feodo:—Apud Brechin, Oct. 31, 1429]:—TENEND. ad mortuam manum in perpetuum:—FACIEND. pro rege et successoribus suis orationum suffragia devotarum: —TEST. 74. 20. 21. 46. 67. iii. 48.

137. Apud Edynburgh, 2 Dec.

REX concessit Magistro Ricardo de Creich rectori ecclesie de Croile, de cetero priori Cartusiensium de Perth qui pro tempore foret, ad sustentationem unius DOMUS CARTUSIE prope burgum de Perth (per ipsum nuper fundate, ad laudem Dei et B. V. M. et in religionis Cartusiensium augmentum, et nonnullis redditibus dotate) jus patronatus ecclesie parochialis de Croile S. Andree dioces., cum terris ad dictam ecclesiam spectantibus;—consentiente Henrico episcopo S. Andree. iii. 49.

138. Apud Perth, 13 Dec.

REX concessit EDWARDO M'HARRY, —terras de Knockinnschoch in comitatu de Carryk, vic. Are;—quas Marjoria Cameroun resignavit: — TENEND. dicto Eduardo et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Rogero M'H. filio naturali dicti Ed. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Alano M'H. filio naturali dicti Ed. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Ed. in feodo:—TEST. 74. 8. 21. 64. 65. 66. 67. iii. 50.

139. Apud Edynburgh, 14 Dec.

REX confirmavit assedationem et ad firmam dimissionem, quas Alanus Stewart de Dernele fecit Magistro JOHANNI GRAY, rectori ecclesie de Lystoun,—de terris suis infra insulam de Bathcate, quas alias Alex. Stewart ad firmam habuit de quondam Joh. Stewart de Dernele, pro toto tempore vite dicti clerici, et pro 46 solidos 8 denariis annuatim solvendis eidem Alano, heredibus aut assignatis ejus: —NECNON assedationem et ad firmam dimissionem quas fecit idem Alex. eidem clerico—de terras suis infra eandem insulam, pro termino 7 annorum, pro 33 sol. 4 den. annuatim solvendis eidem Alex., heredibus aut assignatis ejus:—SALVIS regi wardis, &c. iii. 52.

140. Apud Edynburgh, 16 Dec.
REX concessit THOME KENNEDY de Kyrkoswald—terras de Kylyhekeneze, in comitatu de Carryk, vic. Are;—quas Tho. filius Ade personaliter resignavit:—Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David K. fratri ejus germano et heredibus (*ut supra*), quibus def., Johanni K. filio bastardo dicti Tho. et heredibus (*ut supra*), quibus def., Alexandro K. filio bastardo dicti Tho. et heredibus (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Tho.,—de rege et successoribus suis comitibus de Carryk in feodo:—Test. 74. 8. 21. 64. 65. 66. 67. iii. 51.

141. Apud Edynburgh, 1 Jan.
REX mandavit vicecomitibus de Perth et de Strewyling ac ballivis predictorum burgorum—quatenus omnes et singulos annuos redditus et alia emolumenta per bone memorie predecessores regis, abbati et conventui MONASTERII DE CAMBUSKENNETH alias concessa, singulis annis eisdem debite persolvi facerent;—qui et que per auditores scaccarii regis, retroactis temporibus, eisdem fuerunt allocata. iii. 53.

142. Apud Edynburgh, 8 Jan.
REX confirmavit cartam Duncani filii Gilleberti filii Fergus,—[qua concessit Deo et ECCLESIE S. MARIE DE MELROS et monachis ibidem, pro animabus David (I.) et Malcolmi (IV.) regum Scotie, et comitis Henrici, et pro salute domini sui Willelmi regis, et David fratris ejus et comitis Duncani, et pro salute sua, &c., in puram elemosinam,—terram de Meibothelbeg, et terram de Betthoc:—Reddend. sibi et heredibus 2 marcas argenti tantum ad recognitionem pro eadem terra de Betthoc—unam marcam ad Penthecosten et alteram ad festum S. Martini, sine forensi et terreno servitio:—Test. Jocellino episc. Glasguen., Wil. abbate de S. Cruce, Symone archidiacono, comite Duncano, Malcolmo filio ejus, comite Gilberto, Eth filio comitis de Levenax, Rogero de Scalebroc, Gilleasald M'Gilleandris, Gillenen M'Colemane, Edgaro camerario dicti Dun., et Gilcrist Brecnach (circa 1180)]:—Necnon aliam cartam Rogeri de Scalbrok,—[qua concessit Deo et ECCLESIE S. MARIE DE MELROS et monachis ibidem, pro animabus David et Malcolmi regum Scotie et comitis Henrici, et pro animabus Gilberti filii Fergusii domini sui et uxoris ejus, et pro animabus patris et matris sue, et omnium parentum suorum, et pro salute Domini regis Willelmi, et comitis David fratris ejus, et comitis Duncani, et Duncani filii Gilberti domini sui et pro salute sua, &c., in puram elemosinam,—terram de Drumeceisuiene, de Alesbruc, et de Auchnephure, solutas ab omni terreno servitio:—Reddend. unam marcam argenti tantum singulis annis:—Test. Jocellino episc. Glasguen., Symone archidiacono, Hereberto decano Glasguen., Gillenein Accoueltan, Gilledoneng fratre ejus, Gillecrist M'Maykin, Murdac M'Gillemartin, Gilleasald M'Gilleandrys, Gillemernoch fratre ejus (circa 1185)]:—Necnon aliam cartam Duncani comitis de Carryk,—[qua MONACHIS DE MELROS relaxavit 3 marcas in quarum solutione dicto Duncano annuatim tenebantur,—scilicet 2 pro terra de Betthoc et 1 pro terra de Auchnephur,— pro 40 marcis sterlingorum quas idem monachi simul et semel in magna necessitate dicti Dun., scil. pro terra ejus in libertatem ponenda ei pacaverunt:—Test. D. Valt. filio Alani senescallo Scotie, Radulfo Levint clerico, Alano milite dicti Dun., persona de Kyrkmanen et de Staton, M. Hugone clerico dicti Dun.,—unacum sigillo Wil. episc. Glasguen.:—Acta anno 1236]:—Necnon aliam cartam Roberti (II.) regis,—[qua confirmavit cartam Roberti (I.) avi et predecessoris sui,—(qua, divine caritatis intuitu, de gratia sua speciali concessit abbati et CONVENTUI DE MELROS—omnes eorum terras quas habuerunt in comitatu de Carryk ex concessione predecessorum suorum comitum de Carryk, in puram elemosinam, ac omnes eorum terras de Mauchlyne quas habuerunt in puram elemosinam ex concessione senescallorum Scotie,—liberas et immunes ab omnibus prisis, captionibus, cariagiis, martis, et aliis talliagiis quibuscunque, ad opus regis,—et desuper prohibuit ne quis contra dictam

concessionem, ipsos religiosos aut terras suas predictas, vel eorum homines predictas terras inhabitantes, vexare, &c., presumeret: —Apud Abyrbroth., Jan. 10, anno reg. 20 (1326) :—Test. Wil. et Joh. cancellario, S. Andree et Dunkeldensis eccles. episc., Joh. primogenito regis de Carryk Senescallo Scotie, Rob. de Fyf et de Menteth filio Regis, Wil. de Douglase et de Marr, consang. regis comitibus, Jac. de Lyndesay nepote regis, Alex. de Lyndesay consang. regis, militibus:—Apud Edynburgh Oct. 10, anno reg. 11. (1388)] :—Necnon aliam cartam Roberti de Bruys comitis de Carrik,—[qua cum abbas et CONVENTUS DE MELROS libere sint feodati de terris spectantibus ad Grangiam de Maybothill, et de terris de Largis in comitatu de Carryk, et quod per cartas et immunitates regum Scotie teneantur excepti ab omnibus servitiis forinsecis, excepto cum exercitu contingente pro defensione regni, et ex toto regno congregando ;—eis concessit uti a die dominica proxima ante festum S. Gregorii Pape, nullum servitium forinsecum, &c., facerent, nisi cum communis excercitus totius regni levatur, propter ipsius regni communem defensionem :—Apud Grangiam de Maybotill, dominica proxima ante festum S. Gregorii Pape, 1301] :—Necnon aliam cartam dicti Roberti de Bruys et Mergrete uxoris ejus, comitisse de Carryk,—[qua, quia abbas et CONVENTUS DE MELROS servientium dict. R. ex M. eisdem et hominibus suis de propriis terris suis de Carryk, legem Anglicanam sibi vendicantibus facto, et etiam de catallis et eschaetis hominum eorundem in curia dicti comitis et comitisse pro homicidio et latrocinio dampnatorum ad opus dicti com. et comit. et predecessorum eorundem, ab eisdem hucusque occupatis non minimum ut per querelam eorundem didicerunt aggravantur,—caritatis intuitu et pro salute animarum ipsorum, predecessorum et successorum ad eorundem relevamen et quietem perpetuam supradictorum servientium suorum, ac catalla et eschaetas dictorum hominum eorum in curia dicti com. et comit. dampnatorum caritative de cetero relaxaverunt eisdem: — Apud Tornebere Jun. 1, 1285] :—Preterea Rex ratificavit omnes easdem cartas et privilegia &c., et perpetua confirmatione concessit Magistro Johanni de Fogo, confessori suo dilecto, Abbati MELROSSENSI, ac ejus successoribus et monachis ibidem, ut nullus prefatos religiosos vel eorum homines tenentes et servitores, predictas terras infra comitatum de Carryk, prefatis monachis pertinentes inhabitantes, ad curias quascunque vicecomitis aut comitis de Carryk consanguinitatis vel parentele in quibusdam terris usitatas seu alias, justiciarie et camerarie dumtaxat exceptis, ad armorum ostensiones, indictamentorum depositiones, contributionum soluciones, &c., vocare, citare vel etiam arrestare presumeret, vel etiam ad exercitum regis, nisi quum in propria persona pro regni defensione contigerit regem transire, dictos tenentes presumeret compellere, et tunc solum per ipsorum abbatis et monachorum ballivos, voluit congregari et ad exercitum regis adduci ; ac omnia alia maleficia dictorum tenentium et forisfacta in curiis dictorum abbatis et monachorum per ipsorum ballivos corrigi et reformari, et si mortem mererentur delinquentes in dictis curiis etiam morte puniri, ac omnibus de abbatis et monachorum tenentibus juste congruentibus per eosdem, voluit justiciam ministrari ; ita quod dicti abbas et monachi, omnes terras infra comitatum de Carrik sibi pertinentes de rege in liberam baroniam ammodo tenerent, cum omnibus libertatibus supradictis et etiam cum aliis libertatibus quibus moram de Carnetabbil et terram de Mauchlyne et Barmore tenebant et possidebant ut ubicunque eis placuerit placita et curias suas in dictis terris suis de Carrik tenerent, cum plena libertate recipiendi et in usus suos convertendi omnia forisfacta, &c. :—Test. 74. 15. 16. 58. 60. iii. 56.

143. Apud Edynburgh, 8 Jan.

REX confirmavit evidentiam fratris sui quond. Arch. Com. de Douglas, dom. Galwidie, &c., sub hac forma :—[This indentur made at Lauchmabane, the third day of Feveryheir 1420, betuyx a hee and a mychty Lord Schir ARCHEBALD ERYLE OF DOUGLASE, Lord of Galway and of Ananderdale on the ta part, and hys squyar MICHEL RAMSAY on the tother part,

centenys, purportis, and berys wytnes that thai ar acordyt in this mind eftir foluand, that is to say, that the forsaid lord has grantyt and giffin to the forsaid Michel, the keping of hys Castell of Louchmabane for al the terme of hys lyf wyth this feis, that is to say iiii^{xx} of ponddis of gud and usuale mone of Scotland ilk yheir and the landis of Usebyfeld outakand the medowys to be the lordis awin, and alsua the forsayd Michel sal taik and raise up the malis of Heythathe and Smalehame and thai sal be acontyt and alowit in the some of iiii^{xx} lb. beforsaid: And the forsaid Michel is oblist to his forsayd lord to kepe the forsaid castel till hys forsaidis lordis behuf and his ayris, batht in pece and in weyr agayne all other that ar dedlyk;—alsua the forsaid lord has grantit to the forsaid Michel the office of watter keping and the office of chamerlanry of Ananderdale for the terme of hys lyf, and quhat so ever the forsaid Michel takis of the forsaid office that it sal be alowit and comtyt in the forsaid some of iiii^{xx} of lb. and of the remaynand he sal be aconttable til hys forsaid lord at his will; and at thir condicionnys sal be lelly and trewly kepyt on bath the partis, the forsaid lord and his forsaid squyar ar oblist ilkane til other be the faythis of thair boiddis and be thir present indenturis, to the quhilk the forsaid lord has sett his sele to the ta part remanand with the said Michel; and the said Michel for he had na sele of hys awn he has procuryt the sele of mayster Alexander of Carnys, provost of Lyncludene, to be set to the part remaynand with the said lord at day, place and yher beforsad]:—NECNON aliam evidentiam dicti Arch. sub hac forma:—[Til al that thir lettrez heris or seis, Archebald, &c.: gretyng:—Wyt yhe us til haf made ordanyt and stabilist, and be thir present lettrez makkys, ordanys and stabilys our wele belufit dere squyar MICHEL THE RAMSAY our capitane governour and kepar of our castel of Louchmabane and chanceler and chamerlane of our forsaid lordschip of Annanderdale for al the terme of his lif, giffand and grantand to the said Michel, our power fullely and speceale mandment breiffis to gif, courtis of chamerlanry to set and to hald, within the said lordschip of Annanderdale als oft tymys at is sene behufful or mysterfull or as the cause requiris, and quhen the said Michel lykis, trespassouris to punys and usches of courtis to rase and al other thyng to do and use that to the office of chamerlanry and chancelery pertenys or may pertene of law or of custume, ferme and stable haldand and for to hald quhatsumever the forsaid Michel in thir forsaid thyngis takys on hand to do in our name; Quharfor til al lordis our frenddis and wele willand effectuusly we praye, and til al otheris that it afferis we byd and comanddis that to the said Michel in thir thyngis fornemmyt thai ansuer, obeye and intend and, gif myster be, souppouale, as till our self in propir person, as thai will haf favour of us in tyme to cum, and ondir all perel and charge that eftir may follow: In the wytnesyng of the quhilk thyng lely and trewly to be kepit, we haf gert set our sele to thir present lettrez at Louchmabane the 22 day of November 1423.]:—NECNON aliam evidentiam sub hac forma:—[Till al that thir lettrez heiris or seis, Archibald, &c., greting:—Wyt yhe us to haf made & ordanyt and stabylist and be thir present lettrez makys, ordanys and stabylis our wele beluffet der squyar MICHEL RAMSAY our capitane governour and kepare of our castel of Louchmabane for al the terme of hys lif, for the quhilk keping of our said Castel we haf gifin and grantit to the said Michel yherly to resayf tak up and joyse thir thynggis under vyrtyn; that is to say the fructis and the profittis of the kyrk of Dalgarnoch; Item, thre chalder of mele of the kirk of Ur: Item, thre chalder of mele of the kyrk of Drumfreis; Item, Hethach, Smalhame and Usbyfield; Item, the feis of the custumys langand to the watter keping; Item, al the smal custumys langand til us in Annanderdale; Item, our fysscheng of the vater of Anand in al placis and be the see sid, quharever thai be; and all thir thyngis fornemmyt we will and grantis and giffis to the forsaid Michel to resaif and joise pessable for al the terme of his lif, and thir fornemmyt profitis and commoditez

we wil that the said Michel rayise and joise uncomtable til ony man lifand, bot til ourself; attour it is our will and we grant fullely to the said Michel that, gif it happen ony of thir commoditez and pro fittis to falye be ony cause or maner that the said Michel may not rayse na get it, that he sal tak up at hys awin hand of the profittis langand to the chamerlanry of Ananderdale als mekil yherly as at that thyng wos of walow that sua happynys to falye, withoutyn let or obstacle of ony man; Atour this we haf giffin and grantit to the said Michel fredome to fysche in al our lowis about Louchmabane als oft as hym lykis bath with sett nettis and with draucht nettis at hys lyking:—In the wytnes, &c., Louchmaben, 22 Nov. 1423]: —Necnon aliam evidentiam nepotis sui Archibaldi comitis de Wgytoun et de Langavell, dom. de Esdale, sub hac forma: —[Till al that thir lettrez heris or seis Archebald, Erile of Wygtoun, &c., greting: —Forquhy that our derast and mast redoutyt lord our fader has giffin and grantit til hys wele beluffit squyar MICHEL THE RAMSAY the keping, governance, and the capitancy of hys castel of Louchmabane for al the terme of hys lif, and he has grantit til us in hys absence til haf entre and usscho within the said castel als oft as it is mysterful til us and to the contre; and alsua that he has ordynyt us hys stede-haldand and governour to the lordschippe of Ananderdale in hys absence; Attour this we oblys us lely and trewly and be thir our present lettrez and be the fayth of our body til our the forsaid lord our fader and to the forsaid Michel that our repair in the forsaid castel of Louchmabane sal mak the said Michel na prejudice to the keping of the forsaid castel in na maner of degree withoutyn fraud and gile; and at we sal be to the forsaid Michel in our lordis our faderis absence gud, trew, and tender lord, bath twechand hys forsaid office and twechand all manner of thyng that our forsaid derast lord our fader has grantyt hym for the keping of his forsaid castele; and that we sal not hender hym na mynyse the forsaid Michel of his forsaid office na of the thyngis grantit and giffin til hym tharfor nothir in al na in part na in preve na in appert withoutyn fraud and gile; attour we oblyse us as befor to the forsaid Michel that he sal joyse and use pesabylly the office of chancellary and of chamerlanry of Annanderdale withoutyn ony let of us or of ony of ouris for al the dayis of hys lyf in all manner, forme and effec as thai are grantyt till hym be our forsaid derast lord our fadyr: —In the wytnesing, &c., Louchmabane, 10 Jan. 1423]:—Test. 74. 20. 21. 46. 47. iii. 57.

144. Apud Edynburgh, 23 Jan.

REX confirmavit cartam fratris sui Jacobi de Douglas, dom. de Dalketh,—[qua assedavit et ad feodifirmam dimisit nepoti suo WILLELMO DE LEWYNGSTOUN,—unum tenementum in villa de Dalketh ex parte boreali magni vici ejusdem, inter tenementum Roberti Col ex parte una et tenementum Tho. de Spens ex parte altera:—Tenend. dicto Wil. et heredibus ejus in feodifirma:—Reddend. annuatim 13 sol. et 4 den. monete Scotie et sectam ad curias de Dalketh:—Test. Wil. de Douglas filio et herede dicti Jac., Hen. de Douglas, D. Wil. Monypeny, Joh. de Twedy, D. Joh. de Douglas:—Apud Dalketh in festo Beati Michaelis archangeli, 1421]:—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 73.

145. Apud Edynburgh, 15 Feb.

REX concessit VALTERO DE CRAG—terras dimedietatis de Estircrag in baronia de Northberwic, constabularia de Hadyngtoun;—quas Joh. Crag pater dicti Valt. personaliter resignavit: —Tenend. dicto Valt. et heredibus ejus in feodo:—Faciend. servitia debita, &c., cum wardis, &c.:—Reservato dicto Joh. libero tenemento dictarum terarrum:—Test. 74. 20. 21. 43. 47. iii. 58.

146. Apud Perth, 17 Mar.

Tres regni status in plano Parliamento apud Perth, Mar. 17, 1429 (quem ad diem materia terrarum de Luchald continuata fuerat) judicaverunt et dictaverunt pro lege—quod terre de Luchald in baronia de Dummany, vic. Edynburgh, in quorum-

cunque manibus existant, restituantur MERGRETE DOMINE DE CRAGY—et quod ponatur in eis adeo libere sicut erat priusquam per quondam Joh. de Mowbray militem et Jac. de Mowbray de illis spoliata erat;—quequidem terre ab ea per Philippum de Mowbray injuste fuerunt detente;—et quod dicta Mergreta habeat libertatem persequendi expensas et dampna, quas et que in dicta causa fecit et sustinuit, in quacunque curia ubi melius sibi videbitur expedire;—et quod dictus Philippus fuit in uno amerciamento dicti Parliamenti—quo sic perlato judicio prolocutor dicte Mergrete, Joh. de S. Michaele, allegavit quod dicta Merg. debebat de jure ulterius semper dictas terras de Luchald tenere de rege et non de dicto Phil. Mowbray.—[*Vide* Acta Parl. Scot. II. 28. 6.]
iii. 78.

147. Apud Perth, 20 Mar.
REX concessit NIGELLO NELESOUN—pro homagio et servitio ejus regi in captione quond. Tho. Nelesoun germani ejus ac rebellis regis, impensis, &c.,—terras de Creich, Gerloch, Daane, Moyzeblary, Croinzneorth, Tutumtarwauch, Langort, Amayde, in comitatibus de Ross et de Suthirland, vic. Invernys;—quas dict. Tho. per rebellionem suam contra majestatem regis nequiter rebellando forisfecit:—TENEND. dicto Nigello et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, in feodo:—FACIEND. tres sectas curie ad tria placita capitalia apud Invernys annuatim, cum wardis, &c.:—TEST. 74. 20. 21. 46. 65.
iii. 64.

148. Apud Perth, 20 Mar.
REX concessit MORGUNDO NELESOUN, pro ejus fideli servitio in captione quond. Tho. Nelesoun, rebellis regis, fratris ejus carnalis, alias impenso et impendendo in posterum, — terras de Galvale et de Balehegliss in Strathelovdele, de Achaness, Alcassmore, Leynsatmore, et Inveran, vic. Inverness:—TENEND. dicto Morgundo et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, in feodo:—FACIEND. tres sectas curie, &c., apud Invernys annuatim cum wardis, &c.:—TEST. 74. 20. 21. 46. 65.
iii. 65.

149. Apud Perth, 23 Mar.
REX concessit ANGUSIO DE MORAVIA, filio quond. Alex. de Moravia de Culbyn, pro ejus homagio et fideli servitio regi in captione quond. Tho. Nelesoun, rebellis regis, et alias multipliciter impensis et impendendis, — terras de Spangdull, Alrecarre, Fud, Polyssy, de Byghosse, de duabus Tronculis et duabus Forssis, in comitatibus de Ross et de Suthirland, vic. Invernys:—TENEND. dicto Angusio et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, in feodo:—FACIEND. tres sectas curie, &c., apud Invernys annuatim cum wardis, &c.:—TEST. 74. 20. 21. 46. 65.
iii. 66.

ANNO DOMINI 1430. ANNO REGNI 24.

150. Apud Perth, 26 Mar.
REX confirmavit cartam avunculi sui, Roberti, ducis Albanie, &c., regni Scotie gubernatoris,—[qua concessit THOME DE GLEDSTANYS filio quondam Wil. de G. militis,—terras de Robertistoun, vic. Selkyre;—quas Mergreta sponsa dicti Wil. resignavit:—TENEND. dicto Thome et heredibus ejus quibuscunque de domino Senescallo Scotie in feodo:—REDDEND. annuatim dicto Senescallo, predictus Tho. et heredes ejus de corpore ejus legitime procreati, quibus deficientibus, dictus Wil. et heredes ejus quicunque, apud Nesbit, die nativitatis Johannis Bapt., 6 sagittas latas vel 6 denarios argenti, albe firme, pro wardis, &c.:—Apud castrum de Doun in Menteth, Aug. 10, 1412, anno gubern. 7:—TEST. Joh. Senescalli comite Buchanie, Andrea Senescalli, filiis gubernatoris, Rob. Senescalli de Lorne, Joh. de Culquhone de Luss, Andrea de Hawic rectore de Lystoun secretario gubernatoris]:—TEST. 74. 20. 21. 43.
iii. 62.

ANNO REGNI 25. ANNO DOM. 1430.

151. Apud Perth, 20 Apr.
REX confirmavit cartam Georgii de Ramsay dom. de Folkstoun, — [qua concessit JOHANNI COUPER, burgensi burgi de Cupro, heredibus ejus et assignatis,—40 solidos annui redditus de terris de Folkstoun:—Apud Cuprum, Mar. 12, 1428]:—TEST. 74. 46. 20. 21. iii. 61.

152. Apud Pertht, 15 Maii.
REX concessit ALANO STEWART—comitatum de Cathenesse, vic. Invernes;—quem avunculus regis Valterus com. Atholie resignavit:—TENEND. dicto Alano et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, predicto Valtero et heredibus ejus quibuscunque, in feodo:—TEST. 74. 15. 55. 12. 20. 43. 68. iii. 74.

153. Apud Edynburgh, 25 Maii.
REX confirmavit cartam Hugonis Berklay militis dom. de Kylbyrny,—[qua concessit filio suo ARCHEBALDO BERKLAY, pro ejus homagio et servitio,—terras dimedietatis omnium terrarum suarum de Ledylanddis de Kylbyrny in baronia de Cunynghame vic. Are, viz., tres bovatas terre de Langlanddis, bovatam de Welhirst, bovatam de Mylnside, et dimedietatem bovate de Resslezet, jacentes ex parte orientali aque de Gernok, et duas bovat as de Auchinhufe ex parte occidentali ejusdem aque:—TENEND. dicto Archeb. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David filio dicti Hugonis, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Hugoni et heredibus suis, in feodo:—FACIEND. tres sectas curie, &c. de Kylbyrny pro omni alio servitio:—Apud Kylbyrny:—TEST. D. Wil. de Cunynghame dom. de Kilmauris, Hugone de Blare dom. ejusdem, militibus, Tho. Boyde dom. de Kylmernok, Hugone Cambel dom. de Loudoun, Joh. Sympyl dom. de Eliotstoun, Reginaldo de Foulertoun dom. de Corsby, Tho. de Craufurd dom. de Auchinnamys]:—NECNON aliam cartam dicti Hugonis Berklay,—[qua concessit DAVID BERKLAY, filio suo, pro homagio ejus, &c.,—terras dimedietatis omnium terrarum de Ledilandis et de Kylbyrny in baronia de Cunynghame, vic. Are, viz., duas bovatas terre de Estircathis, duas bovatas terre de Closingarth jacentes super aquam de Mauch, bovatam de Rutehirst, bovatam de Gatehirst, bovatam de Thyrnelehill, et dimediam bovatam de Roslezet propinquiorem aque de Mauch:—TENEND. dicto David et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Archebaldo filio Hug. et heredibus ejus, &c., (*ut supra*), quibus def., dicto. Hugoni et heredibus suis in feodo:—FACIEND. tres sectas curie de Kylbyrny, &c.:—Apud Kylbyrny:—TEST. ut in carta precedente]:—TEST. 74. 21. 20. 46. 47. iii. 79.

154.[1] Apud . . . . .
Rex confirmavit quasdam literas consortis sue Johanne Regine Scocie,—[in quibus concessit ROBERTO DE LYNTOUN servitori dicte regine,—Hospitale Beate Marie Magdalene, juxta burgum de Lynlythcu;—quod Robertus Heryot capellanus, ultimus Magister ejusdem, resignavit:—TENEND. pro toto tempore vite dicti Rob. cum terris, &c., eidem spectantibus:—Apud Edynburgh, Nov. 14, 1426.] iii. 80.

155. Apud Edynburgh, 27 Maii.
REX confirmavit DONALDO, THANO DE CALDORE—terras de Estirkynkele et molendinum de Alcok, in comitatu Rossie, vic. Invernys;—quas idem Donaldus personaliter resignavit: — TENEND. dicto Donaldo et heredibus ejus in feodo:—FACIEND. tres sectas curie apud castrum de Tardaile annuatim, &c., cum wardis, &c.:—TEST. 74. 21. 20. 46. 47. iii. 59.

156. Apud Edynburgh, 28 Maii.
REX confirmavit cartam Thome comitis Moravie,—[qua concessit DONALDO,

[1] The latter part of this charter is wanting in the register.

THANO DE CALDOR—terram de le Moy, in comitatu Moravie, vic. Fores;—quam quondam Petrus de Puntkyne resignavit:—Tenend. dicto Donaldo et heredibus ejus, in feodo:—Reddend. tres sectas ad curiam de Fores, &c., et forinsecum servitium &c.:—Apud Elgyne, Mar. 12, 1422:]—Necnon cartam Gilberti Meigners burgensis de Aberdene,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, concessit et vendidit DONALDO DE CALDOR—dimedietatem terrarum de Dummaglas in baronia de Kerdale, vic. Invernys:—Tenend. dicto Donaldo heredibus ejus et assignatis in feodo:—Reddend. domino superiori servitium debitum et consuetum, salvo forinseco servitio regis, quantum ad medietatem predictarum terrarum de jure noscitur pertinere: sub sigillo dicti Gilberti et propter majorem rei evidentiam et securitatem sub sigillo etiam D. Alexandri episc. Cathanensis:—Apud Aberdene, Mar. 29, 1421:—Test. dicto episc., Tho. Stewart milite dom. de Bonach, Alex. de Setoun de Gordoun, Joh. Waus tunc aldermanno de Aberdene, D. Wil. David rectore ecclesie de Glass, Joh. Grant armigero, et Wil. Cryne burgensi de Aberdene.]—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 70.

157. Apud Edynburgh, 2 Jun.

REX concessit WILLELMO DE BORTHWIC de eodem militi, tanquam utile et honestum,—licenciam specialem construendi castrum, in loco illo qui vulgariter dicitur le Mote de Lochorwart, vic. Edynburgh; ac ipsum castrum seu fortalicium erigere et fortificare, muris fossisque circumcingere, portis ereis seu ferreis munire, ac in summitate ornamentis defensivis preparare; in eodem constabularium, janitorem custodesque necessarios et optimos pro ejus voluntate ponendi et removendi,—ac omnia alia que ad securitatem et fortificationem dicti castri necessaria fuerint, faciendi. iii. 86.

158. Apud Pertht, 16 Jun.

REX confirmavit cartam avunculi sui Roberti ducis Albanie, &c., regni Scotie gubernatoris,—[qua concessit nepoti suo WILLELMO DE HAIA de Erole, constabulario Scotie,—terras baronie de Colly, vic. Kyncardin;—quas Wil. Fraser de Filorth resignavit:—Tenend. dicto Wil. et heredibus ejus de rege in liberam baroniam:—Test. Gilberto episc. Aberdonensi cancellario Scotie, Joh. Stewart com. Buchanie filio dicti guber., Alex. de Grahame filio dom. de Grahame, Tho. Brysbane, Wil. de Porduvyne, Wil. de Cochrane, David de Allirdas, Andrea de Hawic rectore de Lystoun secretario guber.:—Apud Falkland, Mar. 14, 1415, anno gub. 9]:—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 63.

159. Apud Pertht, 16 Jun.

REX concessit JOHANNI DE BLARE, filio et heredi Joh. de Blare de Adamtoun,—terras de Kylwynet in comitatu de Lenax, vic. Strevyling;—quas dictus Joh., pater, resignavit:—Tenend. dicto Joh., filio, et Elizabeth sponse ejus et eorum diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Joh., patris, in feodo, de rege et successoribus suis, comitibus de Lenax:—Test. 74. 43. 20. 21. 47. iii. 71.

160. Apud Edynburgh, 6 Jul.

REX concessit NICHOLAO DE RUTHERFURD—terras illas jacentes in Kyrcyhettame, vic. Roxburgh;—que ad manus regis devenerunt ratione bastardie Thome Ker:—Tenend. dicto Nich. et heredibus ejus de dominis superioribus dictarum terrarum in feodo:—Test. 74. 46. 20. 21. 47. iii. 67.

161. Apud Perth, 8 Aug.

REX confirmavit cartam confirmationis Roberti (III) Regis, patris sui,—[super cartam Alexandri Fraser dom. baroniarum de Colly et de Durrys, militis, factam apud Aberdene, Sep. 20. 1400, (in qua, cum consensu Elizabeth de Hamyltoun sponse sue, concessit ALEXANDRO FRASER filio suo, pro homagio et servitio sibi et dicte sponse sue et eorum diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis impenso et impendendo per ipsum Alex.,—terras de duabus Kynclonyes, de Balcharne, et de Balfuthachy

in baronia de Durrys, vic. Kyncardyn :— Tenend. dicto Alex. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. patri et heredibus suis libere reversuras, de dicto Alex. patre et dicta Elizabeth et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus quod absit, dedit, concessit et confirmavit dicto Alex. filio, pro servitio sibi impenso, baroniam de Durrys, vic. Kyncardyn :— Tenend. dicto Alex. filio, et heredibus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. patri et heredibus suis libere reversuram, de dicto Alex. patre et heredibus suis, in feodo):—Test. carte Roberti Regis—Valt. episc. S. Andree, Gilberto episc. Aberdonensi cancellario, David duce Rothesaie com. de Carryk et Atholie primogenito regis, Rob. duce Albanie com. de Fyf et de Menteth, Arch. com. de Douglas dom. Galwidie, Jac. de Douglas dom. de Dalketh et Tho. de Erskyn, militibus :—Apud Renfrew, Oct. 5, 1400, an. reg. 11] :—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 72.

162. Apud Pertht, 8 Aug.

REX concessit THOME KENNEDY—terras de Trowere in comitatu de Carryk vic. Are ;—quas Joneta de Hawod resignavit :—Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David Kennedy, fratri ejus germano, et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Tho., de rege et successoribus suis, comitibus de Carryk, in feodo :—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 76.

163. Apud Pertht, 10 Aug.

REX constituit ALEXANDRUM DE MONTGOMERY de Ardrossane, et ROBERTUM CUNYNGHAME de Kylmauris, milites, custodes suos infra partes de Kyntyre et de Knapdale ;— dans et concedens eisdem conjunctim et divisim plenariam potestatem et mandatum speciale, prefatas terras unacum insulis de Gezay et Dannay ad custodiam castri regis de Soon pertinentibus, regendi, gubernandi et defendendi ;—ligeos regis habitatores earundem ad pacem regis inducendi et alliciendi ;— remissionem regis plenariam etiam eisdem concedendi ;—et pro eisdem, ex parte regis tractandi et componendi ;—terras prefatas cum insulis supradictis assedandi et ad firmam vel in feodo pro tempore concedendi ;—firmas earum percipiendi et levandi ;—curias regias tam vicecomiti quam justiciario spectantes tenendi ;—delinquentes in forma juris communis regni puniendi et multandi ;—amerciamenta et eschaetas exigendi, levandi et percipiendi ;—firmas tam pecuniarias quam alias de dictis terris et insulis ad usum ipsorum sine compoto levandi et percipiendi et de ipsis pro libito eorum voluntatis disponendi, ac omnia alia et singula faciendi que ad officium hujusmodi custodientium de jure pertinere dinoscuntur ;—Preterea concessit eisdem custodiam castrorum de Soon et de Skypinch, et desuper ligeis suis et inhabitantibus dictarum terrarum et insularum mandavit quatenus prefatis Alex. et Rob. et eorum alteri parerent et obedirent in omnibus &c., in pace et in guerra :—presentibus post septennium a festo pentecostes ultimo preterito in robore duntaxat duraturis. iii. 60.

164. Apud Edynburgh, 26 Aug.

REX voluit et ordinavit, ECCLESIAM CANDIDE CASE, ipsius prelatos et ministros ecclesias, homines tenentes et servientes, terras, redditus et possessiones, &c., tractari, sicut ceteri regni sui prelati, episcopi, abbates et alii ecclesiarum ministri et ipsorum bona, &c. ;—sic quod clerus ubique infra regnum de cetero non in disparitate et differentia, sed uno jure unoque privilegio et libertate generali toti ordini clericorum indultis gauderet et uteretur. iii. 75.

165. Apud Edynburgh, 28 Aug.

REX confirmavit cartam Duncani comitis de Lenax,—[qua, cum consensu reverendissimi domini sui Murdaci ducis Albanie et gubernatoris Scotie, ac Isabelle filie dicti Duncani, ducisse Albanie, ac cum consensu et bona voluntate nepotis dicti Dunc. Valteri Senescalli, et filii et heredis prefati ducis Albanie, concessit D. WILLELMO DE GRAHAME, militi, pro

homagio et servitio,—terras de Errathybeg, Ryncastill, Ardule, Mukarycht, Estirgarthcaroun, Myddelgarthcaroun, Kylern, Westirladlawane, superioritatem de Myddilladlawane, carucatam terre de Kylmonagane, Strathblahane, Mukdanacroyfe, Clochbarre, Douglaston, Cayston, duas Thownachis, Barlocha, Achanrosse, Ballecleracht, carucatam terre de Bargrochane, in comitatu de Lenaux;—quas dictus Wil. personaliter resignavit:—Tenend. dicto Wil. et Patricio filio quondam Alex. de Grahame, quond. filii et heredis dicti Wil., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro, fratri dicti Pat. et filio quond. dicti Alex. et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis dicti Wil. de corpore ejus, &c., et eorum heredibus masculis, &c., quibus omnibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Wil. in feodo:—Faciend. dicto comiti servitium debitum et consuetum, et regi forinsecum servitium quantum pertinet ad tantas terras infra comitatum de Levenax:—Apud Kylhern, Aug. 10, 1423:—Test. Valt. Senescalli nepote dicti Dun., D. Valt. de Buchannan milite, Joh. de Buchannan, D. Tho. Parchar et D. Rob. Lang de Fyntryf et Inchecaillach rectoribus, Gilberto de Galbrath, Wil. de Dunlop, et Donaldo Clerico.]:—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 84.

166. Apud Edynburgh, 28 Aug.

REX confirmavit cartam confirmationis et ratificationis tallie per Isabellam Stewart ducissam Albanie, comitissam de Fyf et de Menteth ac heredem comitatus de Lenax,—[factam super quandam cartam talliatam per quondam Duncanum comitem de Lenax, patrem ejus, WILLELMO DE GRAHAME militi, concessam, de terris de Errathybeg, &c. (ut in carta preced. 165):—Apud Falkland, Aug. 25, 1423]:—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 83.

167. Apud Edynburgh, 29 Aug.

REX confirmavit cartam avunculi sui, Roberti ducis Albanie, &c., gubernatoris Scotie,—[qua concessit WILLELMO DOMINO DE GRAHAME militi, et MARIOTE STEWART sorori regis sponse ejus, et ROBERTO DE GRAHAME eorum filio,—terras de Aldmonros, de Kynnabre et de Charltoun, vic. Forfare;—quas iidem Wil. Mar. et Rob. apud Stramyglo personaliter resignaverunt:—Tenend. prefatis Wil. et Mar. et eorum diutius viventi, necnon prefato Rob. de G. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio de G. fratri ejus germano et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo de G. fratri ejus germano et heredibus ejus (*ut supra*), quibus def., Henrico de G. fratri ejus germano et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Valtero de G. fratri ejus germano et heredibus ejus &c. (*ut supra*), quibus omnibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Wil. dom. de G. libere reversuras, de rege in feodo:—Test Gilb. episc. Aberdonen. cancellario, Murdaco Stewart de Kincleven milite filio dicti gub., Rob. de Grahame, Alex. de Grahame, Wil. de Foulertoun, And. de Moravia, Dav. de Allirdes, D. Nicholao Huntar rectore de Forteviot secretario gub.:—Apud Falkland, Aug. 4, 1420, anno gub. 15]:—Test. 74. 43. 20. 21. iii. 81.

168. Apud Edynburgh, 29 Aug.

REX confirmavit cartam avunculi sui Roberti ducis Albanie, &c., gubernatoris Scotie;—[qua concessit WILLELMO DOMINO DE GRAHAME militi,—terras baronie de Malanok, et annuos redditus ejusdem, vic. Drumfrese;—quas Alex. Fraser de Ewysdale resignavit:—Tenend. dicto Wil. et Marie Stewart sponse ejus et eorum diutius viventi ac heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Wil., de rege, in feodo:—Test. Henrico episc. S. Andree, Wil. episc. Glasguen., Rob. episc. Dunkelden., Gilb. episc. Aberdon. cancellario, Valt. Stewart com. Atholie et Cathanie fratre dicti gub., Joh. Stewart com. de Ross et de Buchane filio dicti gub., Alex. Stewart com. de Marr et Garviach nepote dicti gub., Joh. Stewart dom. de Lorn, Rob. de Lewyngstoun de Drumry, militibus, Malcolmo Flemyng de Bigar, Valt. de Haliburtoun de Dryltoun,

And. de Hawic rectore de Lystoun secretario gub. :—Apud Inverkethnie, Maii 15, 1416, anno gub. 10] :—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 82.

169. Apud Edynburgh, 29 Aug.
REX confirmavit cartam Murdaci, ducis Albanie, &c., et gubernatoris Scotie,—[qua concessit WILLELMO DOMINO DE GRAHAME militi,—terras baronie de Dundaf, vic. Strevylyn, necnon superioritatem terrarum de Kynpont, Elotstoun, Clyftoun, Pontfraystoun, in constabularia de Lynlythcu, vic. Edynburgh ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :— Tenend. dicto Wil. et Patricio filio et heredi quond. Alex. de G. filii et heredis dicti dom. de G. et heredibus ejus masc. de corpore ejus legit. procreatis, quibus deficientibus, Alex. de G. secundo filio dicti quond. Alex. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def. Joh. de G. filio dicti Wil. dom. de G. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Rob. de G. filio ejusdem Wil. ex Mariota comitissa Angusie sponsa ejus secunda genito, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Patricio de G. secundo filio ejus de predicta sponsa ejus genito et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. de G. tertio filio ejus de prefata sponsa ejus genito et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Henrico de G. quarto filio ejus de predicta sponsa ejus genito, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Valtero de G. quinto filio ejus de prefata sponsa ejus genito, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. dom. de G. cognomen et arma de la Grahame gerentibus quibuscunque libere reversuras, de rege, in feodo: —Faciend. servitia debita et consueta;— Salvis tamen predicte Mariote juncta sua infeodatione et tertia predictarum terrarum cum contigerit :—Test. Wil. episc. Glasguen. cancellario, Valt. Stewart de Fyf et de Menteth et de Lennax filio gub., Rob. dom. de Erskyne, Umfredo de Cunynghame, militibus, et Alano de Ottyrburne secretario gub. :—Apud Strivelyn, Jan. 8, 1421, anno gub. 2] :—Test. 74. 43. 20. 21. iii. 85.

170. Apud Edynburgh, 4 Sep.
REX concessit JOHANNI MEGNERS, filio David Meigners militis,—terras de Eddirdamoky et de Merynche jacentes in Dessawer, et officium Tochachderety regis de Kerctollony, ac etiam terras de Fornachy et Goulentyn jacentes in le Abthene de Dul, et terras de Achilly, vic. Pertht ;— quas dictus David personaliter resignavit : —Tenend. dictas terras et officium dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto David et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), in feodo :—Faciend. vardam, &c.: —Reservato libero tenemento dictarum terrarum et officii dicto David pro toto tempore vite ejus ac tertia earundem sponse ejus, cum contigerit :—Test. 74. 46. 20. 21. iii. 87.

171. Apud Edynburgh. 4 Sep.
REX concessit JOHANNI MEIGNERS filio David M. militis,—terras baronie de Enach, vic. Dumfreyse ;—quas dictus David personaliter resignavit:—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto David patri ejus, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti David in feodo :—Faciend. wardam, &c.:—Reservato libero tenemento dictarum terrarum dicto David pro toto tempore vite ejus et tertia earundem sponse ejus, cum contigerit :—Test. 74. 43. 20. 21. iii. 88.

172. Apud Edynburgh, 9 Sep.
REX confirmavit JOHANNI DE ERTH filio Wil. de Erth militis,—terras de Narachna in Glenestanchale, in comitatu de Carryk, vic. Are,—necnon officium constabularie castri de Cluny, unacum officio forestarie foreste de Cluny, vic. Pertht ;— quas et que dictus Wil. personaliter resignavit :—Tenend. dicto Joh. et Eufamie sponse ejus et eorum alteri diutius viventi, ac heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Wil. in feodo :—Faciend. wardam, &c. :— Test. 74. 46. 20. 21. iii. 89.

173. Apud Edynburgh, 12 Sep.
REX confirmavit literam donationis unius tenementi jacentis in burgo de Edynburgh in vico boreali ejusdem, inter tenementum Joh. Herwy ex parte una et tenementum quond. Ade de Bronhil ex parte altera, factam sub signeto regis, JOHANNI DE WELLIS, dilecto et fideli servitori suo, tempore quo ipse erat in Anglia;—quod tenementum regi contigit ratione quod Joneta de Forsythe filia quond. Malcolmi Sadeler bastardi absque legitimis heredibus obiit et migravit:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus in feodo:—sub signeto regis in loco sigilli sui, quod signetum robur et virtutem sigilli sui habere voluit:—Apud Londoun, Feb. 12, 1413.
iii. 96.

174. Apud Edynburgh, 14 Sep.
REX confirmavit HUGONI FRASERE de Lovet—terras de Golfurd, Kynnoudy, Petquhyn, Bordland, et de Monte Viridi, vic. Narne;—quas idem Hugo personaliter resignavit:—TENEND. dicto Hugoni et heredibus ejus de rege et successoribus ejus, comitibus de Rosse, in feodo:—FACIEND. annuatim tres sectas curie, &c., apud Narne unacum wardis, &c.:—TEST. 74. 46. 20. 21.
iii. 91.

175. Apud Edynburgh, 14 Sep.
REX confirmavit HUGONI FRASER de Lovet—terras baronie de Kynnel, vic. Forfare;—quas idem Hugo personaliter resignavit:—TENEND. dicto Hugoni et heredibus ejus, in feodo:—FACIEND. wardam, &c.:—TEST. 74. 43. 20. 21.
iii. 92.

176. Apud Edynburgh, 14 Sep.
REX confirmavit DONALDO DE CALDOR—Thanagium de Caldor, et firmam terre quam Fergusius Dempstare reddere consuevit tempore Regis Alex., vic. Narn;—quas idem Donaldus personaliter resignavit:—TENEND. dicto Don. et heredibus ejus de rege et successoribus suis, comitibus Rossie, in feodo:—SOLVEND. annuatim 8 lib. monete Scotie in cameram comitis de Rosse:—FACIEND. forinsecum servitium et tres sectas in curia vic. de Narn, cum wardis &c.:—TEST. 74. 46. 20. 21.
iii. 93.

177. Apud Edynburgh, 15 Sep.
REX confirmavit quasdam literas impignorationis Thome de Dolas de Tulyglenys factas ANDREE OSTLER burgensi de Fores—de terris ejus de Inchstacnyk, sub hac forma:—[Til al men that thir lettrez herys or seis Thom of Dolas, lord of Tulyglenys, gretyng in God aylestand:—Wyt yhe me in my strenyeand myster til haf put in wede til my lowyt and tender frend Andro Osteler burges of Fores al the landis of Inchstacnyk for a some of silver—that is to say 14 mark of usuale mone of Scotland beforhand till me payit;—TILL HAF and till hald to the sayd Androw, hys ayris and hys assignez, with al esimentis, profittis and rychtwys pertinentis, quhil the sayd Andro of the forsayd some fullely be content and payit, the fermys and the frottis in the mene tyme tane in the principale some of na maner of waye to be contyt,—and gif it hapnys, the tanehalf of the sayd to be wonnyn fra the sayd Andro be the law, the some that half lyis for to be payit to the sayd Androw, the tothir half to remayne til he be payit of the forsayd some;—and gif it happynys, as God forbede it do, me my ayris, executuris or assignez or ony othir in our name to mak ony contradiccion or gayncallyng in thir thingis, I oblys me myn ayris, executuris and assignez and al my landis of the Hillis and the Haynyng and al othirs and al my guddis movabill and unmovabil to warand this wedsettyng, and to be distreinyeit at the wil of the sayd Andro hys ayris and hys assignez wythoutyn the ordinance of ony Juge of halykyrk or secular til the sayd Andro his ayris and his assignez alswele of the costis and skathis that he sustenys as of the principale det he fullely sal be payit:—In the wytnes of the quhilk thyng my sele is put to this present lettrez at Fores the xxiiij day of May the yheir of our lord a thousand fourhundreth thuerty and thre yheir:]—TEST. 74. 46. 20. 21.
iii. 90.

178. Apud Edynburgh, 16 Sep.
REX confirmavit quasdam indenturas factas inter WILLELMUM DE FENTOUN de eodem ex parte una, et

HUGONEM FRASER de Lowet ex parte altera, super maritagio inter dictum Hugonem et Jonetam de Fentoun, sororem dicti Wil.,—sub hac forma;—[This indentur made at the Baky, the third day of the moneth of Marche the yheir of our lord a thousand fourhundreth and xv, betuyx thua nobil lordis and mychty, Villiame of Fentoun lord of [that] ilk on the ta part, and Huchon Fraser lord of Lowet, on the tothir part, proportis and berys wytnes in manir, forme, and effec eftir folowand,—that is for to say, that the sayd Huchon Fraser, lord of the Lowet, God grantand, sal lede in to wyf Jonet of Fentoun the systir of the sayd Villiam of Fentoun, lord of that ilk, and in recompensacion and assytht for the sayd mariage to be made wyth the sayd Huchon Fraser, the forsayd Villiam of Fentoun, lord of that ilk, haf giffin and grantit in juntfethment and throu this composition has confermyt to the sayd Huchon Fraser, and to Jonet of Fentoun hys systir, and to the langar liffand of thaim thua, and to the ayris betuyx thaim to be gottyn, thir landdis undirwyrtyn, that is to say, Ensowchtan, Kyrkomyr, Maule, and Woster Eskdole, lyand in Strathglas wythin the baronry of the Arde, in name and assent of xx^ti markis;—Also the sayd William of Fentoun has grantit to the sayd Huchon and to Jonet in joyntfeftment, twa Bwntactis in the extent of ten marcis in manir as is befor wyrtyn of the landis of Strathglas, undir this condicioun, that quhat tyme that the landis of Wchtirach be recoveryt the sayd Huchon Fraser and the sayd Jonet sal resayf tha landis into joyntfeftment, in the extent of 10 marcis, and gif tha landis of Uchtirach be not fundyn of the extent of 10 marcis be auld extent, the forsayd Villiam of Fentoun sal assytht in covenable place the vant of that 10 marcis:—and than the sayd Huchon and Jonet and thair ayris sal frely delyver and upgif to the sayd Villiam of Fentoun or til hys ayris, the sayd landis of Bowntacte wythoutyn ony clame of the sayd Huchon or of Jonet or of thair ayris to be made:—Als it is acordyt betuyx the sayd partis that the forsayd Huchon sal dow and gif in name of dowry, to the forsayd Jonet xx^ti lb. into the lordschip of Golford lyand wythin the schirefdome of Narne, and quhar it vantis of xx^ti lb. of that land he sal assytht and gif hyr dowar of the landis of Dalcors quhil scho be fully assytht of xx^ti lb.:—Alsua the forsayd Villiam sal gif chartyr and possessioun to the forsayd Huchon and Jonet and to thair ayris as it is forspokyn, and falyeand of the ayris betuyx thaim of thar body lauchfully gottyn, I, Villiam of Fentoun lord of that ilk wil that al the forsayd landis wyth the [pertinentys] resort and retour agayne to me and to my ayris:—and this thyng lelely to be done and fulfillit bath the partis has giffin thar bodely athe on the haly evangelis:—and to the mare sekyrnes, to the part remanand of this indentur wyth the forsayd Huchon the sele of Villiam of Fentoun, lord of that ilk, is to put, and to the part remaynand wyth the forsayd Villiam of Fentoun lord of that ilk, the sele of Huchon Fraser, lord of the Lowet, is to put:—this thyngis done the yheir, day, the moneth, befor wyrtyn.] —TEST. 74. 46. 20. 21. iii. 95.

179. Apud Edynburgh, 20 Sep.

REX confirmavit HUGONI FRASER DE LOWET et heredibus ejus,—terras nominatas in quadam retornatione, de mandato regis per Johannem de Narne, substitutum vicecomitis de Invernys, pro parte dicti Hugonis recepta et ad capellam regiam presentata,—que retornatio memorat quod Alex. Fraser de Lowet, frater dicti Hug., obiit ultimo vestitus et saisitus, ut de feodo, ad pacem et fidem regis, de tertia parte terrarum baronie de la Arde, et baronia de Abirtarf, cum pertinentiis viz.; Strathorchok, de tertia parte terrarum de Glenelg, de tribus leis de Mucway, Balebrahide, Lehynather, de duabus Daltulechis, et de Dalcors, in dicta baronia de Abirtarf et regalitate Moravie, infra balliam regalitatis de Invernys;—et quod dictus Hugo est legitimus et propinquior heres ejusdem Alex. de dictis terris, et est legitime aetatis;—et quod 10 marcas dicte terre cum pertinentiis nunc valent per annum et 340 marcas valebant tempore pacis;—a comite Moravie tenentur per wardam et

relevium :—FACIEND. tres sectas &c., apud Lawokhill,—et in manibus regis nunc existunt recognite per vicecomitem ob causam mortis Jac. comitis Moravie, qui obiit circa festum Beati Laurentii ult. :—Inquisitio facta fuit apud Invernys, Maii 2, 1430, per subscriptos, viz. :—Donald de Caldor thanum ejusdem, Joh. de Roiss de Kilrawas, Hug. Roiss, Alex. Stantoun de Lethyn, Joh. de Haia de Lochboy, Angusium Moravie, Tho. Caldor, Wil. Caldor, Joh. Dolas, Dav. Piccart, Wil. Sincler, Joh. Graneter, Adam Brethi, And. Ostillar, Moricium Gray, Wil. Tarrail, Angusium Horaldi majorem, Rob. Waus, Pat. Doulsoun, Ang. Horaldi minorem, Alex. Kennathsoun, Valt. Andree et Mich. Donaldi :—Sub sigillis dicti Joh. de Narn et prefatorum hominum :—ET QUIA per sufficientem informationem per dictum Hug. F. factam, ad plenum constabat, quod carte sue super dictis terris confecte, per guerras insularum, rebellium regis combuste erant, consumpte, et destructe,—idcirco Rex dictas terras cum pertinentiis, in illa forma qua ipsas de comite Moravie dictus Hugo aut predecessores sui tenuit seu tenuerunt, dicto Hugoni et heredibus ejus ratificavit :—SALVIS servitiis regi, &c. iii. 94.

180. Apud Edynburgh, 11 Jan.

REX confirmavit venditionem, quam Alexander de Cragy fecit WILLELMO DE LIBERTOUN, burgensi de Edynburgh,—de terris de la Orchardfelde, vic. Edynburgh :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus et assignatis de rege in feodo :—TEST. 74. 46. 20. 21. iii. 102.

181. Apud Pertht, 27 Jan.

REX confirmavit cartam David, ducis Rothsaye, comitis de Carrik et Atholie, ac Senescalli Scotie, primogeniti regis, et locumtenentis domini regis, generaliter constituti, —[qua concessit RICARDO DE SPALDYNE, pro servitio ejus,—totam partem suam terrarum de Lunlethyn, et de Cragou, vic. Forfare, et totam partem suam terrarum de Ardaray et de Invergelli, vic. Fyf;—que sibi pertinuerunt causa nobillissime principisse genetricis sue, quondam Regine Scotie :—TENEND. dicto Ricardo et heredibus ejus in feodo :—TEST. David com. de Crawfurd, Joh. de Ramorgny, Joh. de Hamyltoun de Fyngaltoun, militibus, Wil. de Lyndesaye de Rossy, et Valt. de Hamyltoun, scutiferis] :—TEST. 74. 20. 76. 46. 47. iii. 101.

182. Apud Pertht, 30 Jan.

REX confirmavit cartam Normanni de Lesly dom. de Rothess,—[qua concessit DAVID DE GARTHIN, pro bono consilio, auxilio et servitio sibi sepius impensis, —terras de Lunlethin in baronia ejusdem, vic. Forfar :—TENEND. dicto David et Elizabeth sponse ejus et eorum diutius viventi et heredibus eorum, de rege in feodo : —TEST. D. Wil. de Haye milite, Joh. Berklay de Kyppo, Tho. de Lummysdene et Joh. de Lummysdene] :—TEST. 74. 20. 76. 46. 47. iii. 98.

183. Apud Pertht, 31 Jan.

REX confirmavit cartam confirmationis sororis sue Mergrete ducisse Turonie, comitisse de Douglas, domine Galvidie et Vallis Anandie,—[qua confirmavit quandam cartam Willelmi de Douglas, dom. de Leswalt,—(qua concessit scutifero suo ANDREE AGNEW, pro ejus servitio,—officium constabularie de Lochnalle, unacum 4 marcatis et 20 denariatis terre de Lochnalle, et terris de Granchquher, infra baroniam de Leswalt, vic. Wygtoun ;—ac etiam officium ballie baronie de Leswalt cum annexis ejusdem :—TENEND. dicto And. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio Agnew filio naturali dicti And. et heredibus ejus &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Wil. de Douglas heredibus ejus et assignatis, in feodo :—EXCEPTO tantummodo et reservato lacu de Lochnalle :—TEST. Alex. Cambel dom. de Corswelle, Tho. M'Douel de Garslane, Nigello Adar de Portar, Adam de Dalyhel de Elotstoun, et M. Gilb. de Park secretario dicti Wil. de D.:—Apud Wygtoun, Nov. 10, 1426):—carta confirmationis data apud Treyf, July 30, 1427] :—TEST. 74. 20. 21. 43. iii. 99.

184. Apud Pertht, 31 Jan.

REX confirmavit cartam Willelmi de

Douglas, dom. de Leswalt,—[qua concessit scutifero suo ANDREE AGNEW—officium constabularie de Lochnalle, &c. ut in carta preced. 183]:—TEST. 74. 20. 21. 43. iii. 100.

185. Apud Pertht, 1 Feb.

REX confirmavit cartam Gilberti M'Cambil et Nevini M'Gilvar, burgensium burgi de Invermassan,—[qua concesserunt ANDREE AGGNEW, heredibus ejus, executoribus et assignatis,—totum jus suum et clameum molendini quod habuerunt vel habere poterint in futuris, cum tofta et crofta jacentibus inter torrentes, in baronia ville de Invermassan, vic. Wygtoune, cum servitio ad hoc debito et consueto:—Gilbertus sigillum Thome M'Dowele appendi procuravit, et Nevinus sigillum D. Alex. Cambel, dom. de Corswel, prepositi dicti burgi appendi procuravit:—Apud Insulam, Oct. 14, 1426:—TEST. D. Pat. M'Men olim Abbate de Dundranane, Dav. Ross, Gilberto M'Dowel, Dun. M'Maycan, And. M'Kelli, Dun. M'Nely]. iii. 97.

186. Apud Perth, 4 Feb.

REX confirmavit JOHANNI FORSTARE de Corstorfyne militi, camerario Scotie,—terras dominicas de Corstorfyne, terras ville de Corstorfyne, que fuerunt quond. Rob. de Conynghame de Kilmauris militis, terras de Drylau, terras de Libertoun inferiori, terras de Medoufelde, terras de Clerkyntoun, vic. Edynburgh;—quas idem Joh. in Parliamento apud Perth personaliter resignavit;—etiam concessit dicto Joh. terras ville de Corstorfyne, quas Joh. de Maxwele de Caudorwod armiger in dicto Parl. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Joh. et, post ejus decessum, Joh. Forstare filio ejus et heredi et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., Henrico F. fratri ejus et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. F. fratri ejus minori et heredibus ejus &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. F. fratri dicti Joh. patris et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. patris, de rege, in unam integram et liberam baroniam, Corstorfyne de cetero nuncupand.:—REDDEND. annuatim unum den. argenti apud Corstorfyne, nomine albe firme:—TEST. 1. 74. 25. 21. 22. 46. 47. iii. 103.

187. Apud Perth, 13 Feb.

REX in Parliamento tento apud Perth confirmavit cartam Malcolmi comitis de Leneaux,—[qua confirmavit DUNCANO FILIO GILLECRIST illam donationem quam Maldouiny comes de Levenax avus dicti Malc. fecit Gillecrist fratri dicti Dunc.—de superiori Arochor, de Luss, per has divisas, scil. ab amne qui dicitur Duneglasnaucheragh et sicut idem amnis descendit de monte in stagnum Loume usque ad rivum qui dicitur Trosty et ex altera parte montis usque occidentem Aldbelaghnascaniche currit in Lochlung:—TENEND. dicto Dun. et heredibus ejus in feodo:—FACIEND. de communibus auxiliis regis cum communiter per regnum evenerint quantum ad unum Arochor in Levenax pertinet, et inveniendo in communi exercitu regis de qualibet domo in qua casei fiunt, duos caseos:—TEST. D. Simone Flandrensi, D. Duncano filio Anulif, D. Henrico de Veteri Ponte, Malcolmo de Drumeth, Mich. filio Duncani, Roberto capellano dicti Malc. comitis]:—NECNON aliam cartam,—[qua Murdacus comes de Menteth concessit GILBERTO DE DRUMMONDE, pro homagio ejus et servitio,—totam occidentalem dimedietatem ville de Buchchopill propinquius terre de Rusky adjacentem, infra comitatum de Menteth:—TENEND. dicto Gilberto et heredibus ejus et assignatis in feodo:—FACIEND. forinsecum servitium domini regis, et tres sectas curie de Menteth per ann.;—et voluit quod, si contigerit dictum Gilb. aut Matildam sponsam ejus in fata decedere, predicta Matilda totam predictam dimed. ville de Buchchopill, pro tempore vite ejus teneret et possideret;—et si contigerit dictum Gilb. sine herede masculo de corpore ejus legitime procreato in fata decedere, post decessum dicte Matilde, concessit Elene filie dicti Gilb. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, totam prenominatam dimed. ville de B.;—et si contigerit dictam Elenam sine herede &c. (*ut supra*) decedere, voluit

quod Elizabeth soror dicte Elene predictam terram eadem forma teneret et possideret; —et quod post decessum dicte Eliz. si contigerit eam sine herede masculo decedere Johanna soror dict. Eliz. sepe dictam terram possideret;—et quod post decessum Johanne si heredem masculum de corpore suo non haberet procreatum, Anabella soror dicte Johanne sepe dictam terram in eadem forma in omnibus et per omnia gauderet;—si vero contigerit predictam Anabellam post decessum suum de corpore suo heredem masculum non habere, voluit quod dicta dimed. ad dictum Gilb. de Drummonde et ad heredes ejus integraliter reverteretur:—Test. D. Mauricio episc. Dunblanen., D. Alex. de Menteth fratre dicti Murd., Joh. de Menteth, D. Valt. de Menteth, Malc. de Drummonde, Gilcrist filio Donaldi, Anacolo filio Simonis]:—Necnon aliam cartam Roberti comitis de Fyf et de Menteth,—[qua in excambium legitimum terrarum de Drummonde, concessit WILLELMO DE SPENSA burgensi de Perth, et ISABELLE CAMBELL sponse ejus, filie et heredi quond. Duncani Cambell, — terras de Achaland, Ketidy et Cragsumquhar in comitatu de Fyf, vic. ejusdem:—Tenend. eisdem Wil. et Isab. et eorum alteri diutius viventi et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Isabelle legitimis quibuscunque, in feodo:—Faciend. forinsecum servitium domino regi, et dicto comiti tres sectas curie &c., de Fyf,—pro omnibus aliis servitiis, exceptis warda et relevio, quandocunque contigerint advenire:—Et etiam concessit dictis Wil. et Isab. &c.,—licentiam et potestatem tenendi curiam vite et membrorum in predictis terris quotiens et quum eis de jure videretur expedire;—ita tamen quod—si quis causa latrocinii fuerit calumpniatus et condempnatus in eadem curia, latro hujusmodi ad furcas comitatus de Fyf suspenderetur;—Salvis dictis Wil. et Isab. &c. prelibatis eschaetis in eorum curia contingentibus:—et cum licentia et potestate habendi prisonam in dictis terris et malefactores incarcerandi ac etiam scrutandi et inveniendi—prout dicitur Scotice *Ranscauth*:—Test. Dougallo episc. Dunblanen, Murdaco primogenito et herede dicti Rob., D. Valt. Senescalli dom. de Railistoun, D. Pat. de Grahame dom. de Kincardyne, D. Alano de Erskyne dom. de Inchemartyn, D. Joh. Heryng dom. de Dysert, militibus, D. Gilb. de Ochtirtir decano Dunblanen, Joh. Rolloc, clericis dicti comitis]:—Test. 74. 20. 76. 46. iii. 107.

188. Apud Pertht, 17 Mar.

REX confirmavit cartam Archibaldi Macdowel militis, dom. de Malcarstoun,—[qua concessit patruo suo HUCHTREDO MACDOWELL armigero,—20 terras colonias *husbandlandis* vulgariter nuncupatas in villa et territorio de Malcarstoun,—pro quodam annuo redditu 20 lib. monete Scotie, per Fergucium Macdowel patrem predicti Huchtredi et D. Dougallum patrem dicti Arch. M'D., dominos quondam de Malcarstoun, dicto H. et heredibus ejus collato, de dicta villa tam tempore guerre quam pacis;—quarum terrarum 5 terre colonie jacent ex parte occidentali cimeterii ecclesie S. Petri de Malcarstoun versus le Abbothyll in vico australi, et 15 terre colonie jacent in territorio supradicto, incipientes in parte occidentali ville predicte et extendentes in parte orientali versusque ad illam domum seu locum que quond. vocabatur domus Wil. Hinde in vico boreali:—Tenend. dicto H. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime genitis, de dicto Arch. et heredibus suis, quibus deficientibus, reversuras heredibus quibuscunque dicti Arch.: — Reddend. unam rosam ad crucem de Malcarstoun in festo nativitatis B. Joh. Baptiste annuatim, nomine albe firme:—Apud Kelsow, Nov. 12, 1411:—Test. D. Abbate de Kelsow, M. Rob. Penwen notario, Fergucio de Haliburtoun, et Joh. de Haliburtoun, scutiferis.]:—Test. 74. 20. 76. 46. iii. 104.

ANNO DOMINI 1431. ANNO REG. 26.

189. Apud Pertht, 19 Apr.

REX confirmavit cartam confirmationis Georgii de Dunbare, comitis Marchie, factam apud castrum ejus de Dunbare, Feb. 29, 1413, super carta Archebaldi comitis de Dowglas, dom. Galwidie, Vallis Anandie et de Wedirburne, fratris regis,—[qua dictus Arch. concessit scutifero et consanguineo suo DAVID DE HUME, pro ejus servitio,—terras suas de Wedirburne, com. Marchiarum, et vic. Berwici:—TENEND. dicto Dav. et heredibus ejus quibuscunque de dicto Arch. quamdiu vixerit in humanis et post decessum ejus de dicto Geo. com. Marchiarum et heredibus ejus quibuscunque, in feodo:—FACIEND. pro toto tempore vite dict. Arch. unam sectam apud curiam capitalem regalitatis de Laweddre singulis annis, et post decessum suum, dicto com. Marchie &c. servitia per dict. Arch. eidem fieri debita et consueta:—Apud Edynburgh:—TEST. D. Wil. de Haya de Lochorquhart, Wil. de Borthwic de eodem, militibus, Rob. de Hoppringill, Georgio de Ruthirfurd et Wil. de Sancto Claro, scutiferis]:—TEST. 74. 20. 76. 46. 47. iii. 106.

190. Apud Pertht, 21 Apr.

REX confirmavit cartam Henrici de Lewyngstoun dom. de Manerstoun,—[qua concessit filio suo HENRICO DE LEWYNGSTOUN—terras de Medilbenyng, vic. Lynlythcu;—quas quond. Wil. de Bekyrtoun impignoravit dicto Hen. patri, et pro quadam certa summa pecunie in vadium dimisit:—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto de L. fratri ejus et heredibus ejus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. de L. fratri ejus et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo de L. fratri ejus et heredibus &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis heredibus quibuscunque dicti Hen. filii libere reversuras:—SALVO dicto Hen. patri libero tenemento dictarum terrarum tempore vite sue persistente:—Apud Manerstoun, Apr. 12. 1431]:—SALVIS regi wardis &c.:—TEST. 74. 20. 46. 47. iii. 105.

191. Apud Perth, 24 Apr.

REX confirmavit literam impignorationis per Alexandrum de Cragy serjandum, factam VALTERO HOG, burgensi de Edynburgh, — de terris ejus vocatis le Serjandlandis, vic. Edynburgh, sub hac forma: — [Till all and syndry quhais knawlage thir present lettrez sal cum Alex. of Cragy serjand of fee wythin the myddyll ward of Edynburgh gretyng in God:—Yhour universite sall knaw me for my profyt forsene and in my myster til haf wedeset and in pawnd layde till a worthy man Wat Hog burges of Edyn. al my landdis wyth the pertinentis callit the Serjand Landis lyand wythin the sayd mydilward of Edynburgh, the quhilk ar now in my handis or at I may haf eftyr the decese of my moder for ane and fifty ponddis of usuale moneth of Scotland lent and payit thankfully to me in my myster, of the quhilk somme I hald me wele content, and the sayd Valter hys ayris executuris and assignez therof quytclamys for ever:—the quhilk somme I oblys me and myn ayris to pay to the sayd Valter hys ayris or assignez at thir termys eftyr folowand, that is to say thre ponddis at the fest of Wytsonday next folowand the date of thir presentez, and aucht ponddis of the fest of Sant Martyne in wynter next thyrefter folowand, and aucht punddis at the fest of Wytsonday next thyrefter and swa furtht terme in terme and yheir in yheir quhil at the sayd somme be fullely payit but fraud or gyle; and gif it hapnys me the sayd Alex. or myn ayris in the paying of the sayd somme at ony of thir termys forsayd or wythin 15 dayis next efter the sayd terme to falye, as God forbede it do, I oblyz me myn ayris executuris and assignez and specially my forsayd landis to remayne wyth the forsayd Valter hys ayris and assignez frely, quhytly, wele and in pece ay quhyl

that he or hys ayris be fullely assythit of al the hale somme apon a day that remanys unpayit of the sayd termys wythowtin fraud or gyle; the fermys, frottys and emolumentis resavyt be sayd Valter his ayris or hys assignez in the mene tyme nocht be comtyt in the part of paying of the sayd somme bot in thair propyr use as lauchfull wynnyn and honest be thai turnyt and applyit;—the quhilk fermys and frotys I gif and graunt til the sayd Valter of my fre wil for hys gud consale, help and supple done to me thankfully of befor tyme; the quhilk landis wyth the pertinance I and myn ayris sal warand and defend to the sayd Valter and hys ayris in maner and forme as is forsayd, agayne al dedelyk :—In wytnes of the quhilk thyng til thir presentez I haf set my sele the twelft day of Aprile, the yher of our Lord M cccc and xxxj]. iii. 108.

192. Apud Perth, 24 Apr.

REX confirmavit literas assedationis et ad firmam dimissionis per Willelmum de Benyng de Estirbenyng factas ALANO DE FARLE burgensi de Edynburgh, heredibus ejus et assignatis,—super terris ejus de Estirbenyng in constabularia de Lynlythcu, vic. Edynburgh,—pro terminis 19 annorum, pro certa summa pecunie dicto Wil. premanibus gratanter persoluta:—Apud Edynburgh, Mar. 10, 1429:—TEST. Wil. de Libertoun preposito burgi de Edyn., Geo. de Faulai, Joh. Butler, ballivis ejusdem, Joh. de Libertoun, Simone Schele, Joh. Broune, clericis:—TEST. 74. 20. 21. 46.

iii. 111.

193. Apud Perth, 28 Apr.

REX confirmavit cartam Johannis de Haia de Louchluy,—[qua concessit filio suo primogenito WILLELMO DE HAIA,—terras suas de Louchluy, de le Park, Rate, Urchuynmore, vic. Narne in Moravia:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus de domino comite de Ross:—REDDEND. 2 denarios nomine albe firme:—SALVO forinseco servitio regis:—Apud Narne, Apr. 17, 1431:—TEST. Hugone Fraser de Lovet vicecomite de Invernys, Donaldo Caldor vicecomite de Narne, Joh. de Narne de Crumdole vicecomite de Elgine et Fores, Joh. de Ross de Culravoc, Valt. Andree burgen. de Invernys]:—TEST. 74, 20, 21. 46.

iii. 109.

194. Apud Perth, 28 April.

REX confirmavit cartam Johannis de Haia de Lochluy,—[qua concessit filio suo primogenito WILLELMO DE HAIA,—terras suas dimedietatis baronie de Kerdale, vic. regalitatis de Invernys in Moravia:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus quibuscunque de dominis superioribus comitibus Moravie:—REDDEND. annuatim dictis comitibus tres sectas curie, &c.:—SALVO servitio forinseco regi:—Apud Narne Apr. 17, 1431:—TEST. ut in preceden. carta 193—unacum Rob. Tarays, vicario de Altry];—TEST. 74. 20. 21. 46.

iii. 110.

195. Apud Perth, 1 Maii.

REX confirmavit quandam evidentiam Mergrete comitisse de Anguse et de Marr factam PATRICIO LYNDESAY, consanguineo Jacobi de Sandelandis militis, et assignatis ejus,—de 5 lib. levandis annuatim per manus husbandorum commorantium in le Kyrktoun de Strethychtine,—sub hac forma:—[Till all that this wyrt sal here or se, Mergarit Contas of Angous and Marr gretyng in God aylestande:—Wyt us to haf considerit the gud wil and fordeide done til us in syndry tymys bygane throuch Patrik Lyndesay cosyng to Schyr Jamys of Sandelandis, for the quhilke fordeide we haf gevyne and grantyt and confermyt and be this our lettrez giffis grantis and confermys to the sayd Patrik and to hys assigneis, five pondis of gud and usuale mone of Scotland for terme of hys lyf yhere be yhere, to be tane throw the handdis of our husbandis dowelland in the Kyrktoun of Strethechtin, at the termys of Martymes and Wytsonday be ewyn porciounys, and gif it hapnys to falye that the said Kyrktoun cummys nocht to sa mekyll throuch distroblance or falland case we will that the sayd Patrik be payit of the formast penys cummand of the said baronry in maner for wyrtyne:—TO HALD and to haf the

sayd fyve ponddis to the said Patrik and hys assignez of us, our sone of Angus and of hys ayris fra hyne forthwart frely quhytly wele and in pese als frely als ony pension wythin Scotland throwch ony or till ony man is giffin grantit or confermyt, and heratour we oblys us that quhat tyme at thar be tutoris ordanyt for the barnys of our sone of Angous that we sal ger thaim conferme this our gift forsayd and the barnys gif we lyf till thai cum to perfyt eylde, and gyf we decess this thyng unconfermyt the (? we) byd and chargis the ayris of our sayd son of Angous and the tutouris quhat ever thai be for the tyme that thai distroble not the sayd Patrik in our gyft forsayd sen it is anerly done for thair profyt and at thai will haf in mynde how we made our lyffyng les in our tyme for lestand profyt to thaim ;—In wytnes hereof and of our gift forsayd we haf set to our sele :—THIR WYTNES, Androw Lyndesay our alya Schyr Villiam Broune, Schyr Thomas of Merenys owr chapellanys and syndry othir] :—NECNON aliam evidentiam Willelmi de Douglas militis comitis Angusie factam prefato Patricio de 20 solidis levandis annuatim de terris de Ballergus,—sub hac forma :— [Till all thaim that this lettrez sall here or see Vylliame of Douglas knycht, and Eryll of Angous gretyng :—Wyt yhe us to haf giffin grantit and be this our present lettrez giffis granttis confermys til our lufit Patrik Lyndesay twenti schilling yheirly for hys gud deid and service till us done in syndry tymys bygane and also for the upgiffin of hys tak of the landdis of Kyrktoun the quhilk he hade of us for certane termys :—to be tane and raysit the said twenti scheling of our landdis of Ballergus be the handdis of the mallerys quhat ever thai be for the tyme at the termys of Martimes and Wytsonday be ewyne porciounys :—and gif it hapnys that the sayd toun of Ballergus throuch falland case or hapnyng of ony maner cummys not to the sayd payment, we will that the sayd twenti scheling to the sayd Patrik and hys assignez be tane of our myle of the maynys or of the formast pennys cummand of our sayd baronry of Strethychtin wythin the shyrefdome of Angous :—TILL HALD and to haf the sayd twenti scheling to the sayd Patrik and hys assignez of us and our ayris for al the termys of the sayd Patrikys lyf, in maner and forme as is befor wyrtyn als frely qwytly honorabylly wele and in pese as ony pensioun or annuale is giffyn grantit or confermyt throuch ony or till ony wythin the kynryk of Scotland :—the entre of the sayd Patrik in raysing of the sayd pensioun at Martymes the yheir of our Lord a thousand fourhundreth twenty and fyf :—the quhillk pensioun in maner and forme as is befor wyrtyne, but desayit fraude or gyle we and our ayris to the sayd Patrik and his assignez agaynys al maner of men and women sale warand and defend :—In wytnes of the quhilk thyng because our awne sele wes not present we procuryt the sele of Richart Luffale to this letter standand as for our awne, and granttys treuly that we sall set our awne sele to this sayd letter quhen we cum quhar it is :—THIR WYTNES Schyr Thomas the Haye of Yhester, Schyr Archebald of Douglas schyref of Tevydale, John of Ogilby, Vylliame of Wedyrburne, Robert Gray, and syndry otheris, at Strewyling the xij day of May the yheir forsayde.]

iii. 112.

196. Apud Perth, 4 Maii.

REX mandavit Justiciarium ex parte australi aque de Forth ac vicecomites et ballivos suos de Pertht,—ut facerent persolvi secundas decimas lucrorum, tam de itineribus justiciarorum quam exitibus curiarum vicecomitum, necnon de wardis et releviis regi contingentibus infra vic. de Perth,—Abbati et Conventui MONASTERII DE SCONA,—in perpetuam et puram elemosinam per suos antecessores collatas.

iii. 113.

197. Apud Perth, 7 Maii.

REX confirmavit cartam Andree Lufe, aurifabri, burgensis burgi de Pertht,—[qua, pro salute anime sue et animarum matris sue, antecessorum et successorum &c., concessit, in honorem Dei &c., ad sustentationem unius capellani in ECCLESIA PAROCHIALI BURGI DE PERTH ad altare

Beati Eligii in dicta ecclesia,—40 solidos annui redditus, levandos annuatim de illis tribus acris terre sue jacentibus juxta molendinum fullonum dicti burgi inter viam regiam ex parte una et aqueductum molendinorum ex parte altera; —necnon illam terram suam jacentem in vico ecclesie dicti burgi ex parte orientali ejusdem vici, inter terram Duncani Goldsmytht ex parte australi et terram Michael Mercer ex parte boreali:—TENEND. a dicto Andrea in feodo;—SALVIS tamen de predicta terra firma regia debita et consueta, et altari S. Petri 10 sol. annui redditus, ac ponti de Tay 6 sol. et 8 den. annuatim persolvendis:—RESERVATA dicto And. et heredibus ejus presentatione dicti capellani quum vacare contigerit:—Apud burgum de Perth, 30 April 1431]:—TEST. 74. 20. 76. 46. iii. 114.

198. Apud Perth, 26 Maii.

REX confirmavit impignorationem illam quam Robertus de Ros de Cragy fecit JOHANNI DE CAMERA burgensi de Perth,—de terris de Northleis et dimedietate terrarum de Petsandy, ac de terris de Byn, in dominio de Kinfaunys, vic. Perth:—TEST. 74. 20. 76. 46. iii. 115.

199. Apud Perth, 20 Mar.

REX, cum inter curas et solicitudines quibus animus suus afficitur et que sibi ex ministerio regalis dignitatis incumbunt, ad ea summopere retorquere deberet intuitum, per que in regno suo grata literarum studia tenerentur, et perficientium in scientiis numerus augeretur &c, — omnes et singulos rectores qui pro tempore fuerint, facultatum decanos, procuratores nationum, regentes, magistros et scolares, in alma UNIVERSITATE S. ANDREE, studentes presentes et futuros, sub sua firma pace, custodia, defensione et manutenentia, suscepit et specialiter reservavit:—NECNON eosdem rectores, decanos, procuratores, regentes, magistros, bedellos, scriptores, stationarios, pergamenarios, et scolares continue studentes, dummodo prelati non existerent, ab omnibus tributis, muneribus, exactionibus, collectis, vigiliis, custodiis et pedagiis amodo infra regnum statuendis liberaliter exemit:—et concessionem suam, et gratie specialis prerogativam indultam eisdem studentibus pro perpetuis temporibus omnino voluit inviolabiliter observari:—TEST. 1. 8. 15. 12. 69. 70. 46. 20. 76. 71. 72. ii. 118.

ANNO DOMINI 1432. ANNO REG. 26.

200. Apud Perth, 31 Mar.

REX confirmavit quasdam literas Henrici episcopi, prioris, archidiaconi et capituli S. Andree,—[super diversis immunitatibus, privilegiis et libertatibus factis et concessis, doctoribus, magistris, baccalariis et scolaribus universis presentibus et futuris in civitate S. ANDREE commorantibus:—TEST. Tho. de Buttill archidiacono Candide Case sacri palatii apostolici causarum auditore, D. Joh. de Myrtoun preposito eccl. colleg. de Bothvile Glasguen. dioces., decretorum doctoribus, Columba de Dunbar decano eccl. colleg. de Dunbar S. And. dioces., M. Pat. de Howstoun ecclesiarum Glasguen. et Brechinen. canonico in utroque jure bacallario, D. Joh. de Loudoun vicario perpetuo eccl. de Kirkpatrik Glasguen. dioces. notario publico; — cum attestatione notariali Symonis de Lystoun clerici S. And. dioces., et Ricardi de Crag, S. And. dioces., notariorum publicorum:—Apud S. Andream in domo capitulari cathedralis ecclesie, Feb. 27, 1411]:—TEST. 1. 8. 15. 12. 69. 70. 46. 20. 76. 71. 72. 73. ii. 119.

TABLE OF NAMES OF WITNESSES TO THE FOREGOING CHARTERS OF KING JAMES I.

1. Henricus, Episcopus S. Andree.
2. Willelmus, Episcopus Glasguensis.
3. Murdacus, Dux Albanie.
4. Alexander, Comes Angusie.
5. Willelmus, Comes Orcadie.
6. Jacobus de Douglas, de Abbircorne.
7. Willelmus, Episcopus Glasguen., Cancellarius.
8. Walterus, Comes Atholie (et Cathanie), Avunculus Regis.
9. Johannes de Setoun, Miles.
10. Walterus de Ogilby (Ogilvy), Miles.
11. Johannes de Cameroun, Secretarius Regis.
12. Alexander, Comes de Mar.
13. Jacobus de Douglas, Miles.
14. Johannes Forestarii de Corstorfyn, Miles.
15. Archibaldus, Comes de Douglas (Nepos Regis).
16. Johannes Forstar, Miles.
17. Rob. de Lawedre, Miles.
18. Willelmus de Borthwyk, Miles.
19. Johannes Senescalli, Miles.
20. Johannes Forestarii (Forstare), (de Corstorfyne), Camerarius.
21. Walterus de Ogilby (Ogilvy), Thesaurarius (de Luntrethen, miles), (Camerarius, Carta 102).
22. Robertus de Lawedre, Vicecomes Laudonie.
23. Joh. de Cameroun, Prepositus Ecclesie Collegiate de Lincloudane, Secretarius Regis.
24. Henricus, Comes Orcadie.
25. Jacobus de Douglas de Balvany, Scutifer.
26. Tho. de Summyrvile de Carnwythe.
27. Rob. de Lawedre (de Bas), Miles, Justiciarius.
28. Robertus, Episcopus Dunkeldensis.
29. Johannes Cameroun, Custos Privati Sigilli (et Prepositus de Lincloudane ut supra 23).
30. Edwardus de Lawedre, Archidiaconus Laudonie in Ecclesia S. Andree, Clericus Regis.
31. Willelmus de Cadzou, Clericus Cancellarie.
32. Johannes Sympil de Elyotstoun, Scutifer Regis.
33. Alexander de Seton, Scutifer Regis.
34. Johannes Forestarii, Magister Hospitii Regis.
35. Jacobus de Dundas, Scutifer.
36. Robertus de Lawedre de Edringtoun, Justiciarius.
37. Johannes Cameroun, Eccl. Glasguen. Electus Confirmatus (Custos Privati Sigilli).
38. Johannes de Scheves, Clericus Registri.
39. Johannes Forestarii de Libertoun, Camerarius.
40. Walt. de Ogilvy de Balliciane, Thesaurarius.
41. Alexander de Forbes (de eodem), Miles.
42. Johannes, Episcopus Glasguensis, Custos Magni Sigilli.
43. Willelmus Foulis, Custos Privati Sigilli.
44. Geo. de Crechtoun, Scutifer.
45. Rob. de Lawedre, Justiciarius ex parte australi aque de Forth.
46. Wil. de Foulis, Prepositus Eccl. Collegiate de Bothwyll et Custos Privati Sigilli.
47. M. Tho. de Myrtoun, Decanus Glasguen.
48. Pat. de Ogilvy, Miles.
49. Alex. de Newtoun, Scutifer.
50. Willelmus de Sancto Claro, Scutifer.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

51. Johannes de Newtoun, Scutifer.
52. Walt. de Haliburtoun de Dyrltoun.
53. Pat. de Ogilvy, Justiciarius ex parte boreali de Forth.
54. Wil. Steuart, Scutifer.
55. Willelmus Comes de Angous, Nepos Regis.
56. Alex. de Lindesay Comes de Craufurd.
57. Alex. de Setoun de Gordoun, Miles.
58. Wil. de Crechtoun de eodem, Miles.
59. Adam de Hepburne de Halys, Miles.
60. Wil. de Borthwic, filius.
61. Wil. de Douglas de Leswalt.
62. Wil. de Edmundystoun, Scutifer.
63. Fergusius Kennedy, Scutifer.
64. Joh. Sybbald, Miles.
65. Joh. Vyncester (Canonicus Glasguen., 147.)
66. Joh. Benyng.
67. Wil. de Crennystoun.
68. Joh. de Spensa, Computorum Rotulator.
69. Laurentius de Lundoris, Rector Univ. S. Andree.
70. Jacobus, Prior S. Andree.
71. Rob. Lany, Prepositus Capelle Regis, S. And.
72. Tho. Arthuri, Prepositus Civitatis S. Andree.
73. Ricardus Crag, Licenciatus in Decretis, Clericus Cancellarie.
74. Joh. Episc. Glasguensis, Cancellarius.
75. Wil. de Foulis, Secretarius Regis.
76. Walt. de Ogilvy, de Luntrethin, Magister Hospitii Regis.

REGISTRUM MAGNI SIGILLI REGUM SCOTORUM

REGNANTE JACOBO SECUNDO.

ANNO DOMINI 1439. ANNO REGNI 3.

201. Apud Strevelyn, 3 Maii.
REX, cum dominus progenitor ejus paulo ante obitum (prout coram rege et consilio suo sufficienti testimonio extitit declaratum) concessit Waltero Scot militi, pro captione Gilberti de Ruthirfurde et aliis ejus benemeritis et servitiis, &c., terras dominicales de Ecfurde,—volens itaque dictam concessionem approbare, &c., confirmavit dicto WALTERO SCOT militi et heredibus ejus,—easdem terras dominicales de Ecfurde, viz. le Est-Maynis et le West-Maynis vocatas Wodden, vic. Roxburghe: —Tenend. de rege, quousque rex aut successores sui persolverit aut persolverint dicto Walt. heredibus seu assignatis ejus in ecclesia parroch. de Ecfurde 500 marcas: —Faciend. annuatim regi tres sectas ad tria placita cap. vic. Roxburghe:—Test. 76. 2. 3. 4. 5. iii. 123.

202. Apud Edinburgh, 10 Jul.
REX concessit GEORGIO DE BALMANACH et heredibus ejus,—terras de Fillederuchrye, in baronia de Methven vic. Perth;—quas Joh. de Hadingtoun burgen. de Perth in manus Wil. dom. de Creichtoun cancellarii Scotie, in capella castri de Edinburgh, resignavit:—Tenend. de rege et heredibus suis baronibus de Methven, &c.:—Test. 6. 2. 4. 7. 5. ii. 121.

203. Apud Strevelyn, 13 Aug.
REX confirmavit cartam Alexandri de Ramorgny de Petlessy,—[qua concessit JOHANNI LYNDESAY militi dom. de Byris heredibus ejus et assignatis, pro ejus beneficio et consilio multipliciter impensis, —terras de Petlessy vic. Fyfe:—Test. D. Pat. Hepburne milite dom. de Wachtoun, Joh. Lumisdene vicecomite de Fyfe dom. de Glengirnoche, David Balfoure de Caratstoun, Alex. de Hepburne, Henrico Malevile et Joh. Bewclas:—Apud eccles. de Seris, Jul. 18, 1439]:—Test. 6. 8. 3. 9. 10. 11. 12. iii. 120.

204. Apud Strevelyn, 4 Sep.
REX concessit ALEXANDRO DE HUME de eodem militi et heredibus ejus, —terras in villa et territorio de Hume, vic. Berwici;—quas Geo. de Sancto Claro de Hume resignavit:—Test. 6. 8. 2. 7. 5. iii. 119.

205. Apud Strevelyne, 5 Sep.
REX concessit JOHANNI DE CATHKERT et heredibus ejus,—terras de Bertonholme et de Snotgers in baronia de Conynghame, vic. Are; et terras de Litil Caldorwode, vic. Lanark; una cum officio coronatoris dimedietatis baronie de Renfrew;—quas et quod Agnes Vaus per-

sonaliter resignavit :—TEST. 6. 13. 10. 14. 15. 7. 16. 17. iii. 118.

206. Apud Strevelyn, 18. Sep.
REX confirmavit cartam Georgii de Setoun dom. ejusdem, militis, — [qua concessit ROBERTO DE SETOUNE, pro ejus homagio et fideli servitio impenso,—terras de le Est Bernys in constab. de Hadintoun, vic. Edinburghe :—TENEND. prefato Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legit. procreatis, quibus deficientibus, eidem Geo. et heredibus ejus quibuscunque plenarie reversuras, de dicto Geo. et heredibus suis :—TEST. Dominis Alex. de Setoun dom. de Gordoun, Wil. de Crechtoun dom. ejusdem, David de Dunbar dom. de Cokburne, Jac. de Hamiltoun de Fingaltoun, militibus, Joh. de Fauside dom. ejusdem, Jac. de Fauside filio ejus, et Rob. Michaelis de Hirdmanstoun notario :—Apud Edinburghe, Dec. 12, 1438.] :—TEST. 6. 2. 3. 7. 5. iii. 121.

207. Apud Edinburghe, 18 Sep.
REX, de avisamento consilii sui generalis, concessit et assignavit JOHANNI SWIFTE burgensi de Edinburghe, et heredibus ejus,—tenementum in burgo de Edinburghe situatum ad portam orientalem cimiterii parrochialis ecclesie Beati Egidii ejusdem burgi ;—quod Rob. de Lawedre burgen. de Edinb. genitori regis vendidit pro 400 lib ;—pro eo et ex eo quia prefatus Joh. pro prefato genitore regis 150 lib. pro resto dict. 400 lib. prefato Rob. de L., prout prefatus Joh. de mandato dicti genitoris regis ipsum obligaverat, plenarie persolvebat &c. iii. 164.

208. Apud Edinburghe, 13 Oct.
REX confirmavit JACOBO DOMINO DE DALKETH, militi,—terras de Quhitingeame, vic. Edinburghe ;—quas idem Jac. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Jac. et Jonete sponse ejus et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque :—TEST. 6. 2. 7. 5. 10. iii. 122.

209. Apud Edinburghe, 12 Nov.
REX confirmavit cartam Willelmi Ade et Willelmi Myddilmast vicariorum de Lynton in Roythryk et Selkyrk-Regis,—[qua, pro salute animarum suarum &c., concesserunt altari Beati Michaelis in ECCLESIA BEATI ANDREE DE PEBLIS et capellanis ibid. Deo servientibus,—tenementum infra villam de Peblis ex parte boreali vici regis ejusd., inter tenementa quond. Ricardi Twnnow et Margarete Twnnow ; tenementum ex parte occidentali aque de Peblis, quod solebat vocari *Toddis-Wawes*, inter tenementa Joh. Bithet et Pat. Johannis ; et vastum tenementum inter tenementa Tho. Brone et Tho. Doby ; et tenementum inter viam regiam et aquam de Peblis, prope tenementum Joh. Dikison quod solebat vocari *Tak-Smythis-Wawes;* de quibus tenementis diverse firme, &c., domino regi et heredibus Andree et Katerine de Prestwyk aliisque debentur annuatim: —TENEND. in puram elemosinam :—Apud Peblis, Aug. 26, 1436] :—TEST. 6. 10. 18. 19. 5. 20. iii. 134.

210. Apud Edinburghe, 16 Nov.
REX confirmavit cartam David de Haia domini de Yhester, baronie de Olivercastel, baronie de Hopprew et baronie de Duncanelau et de Morehame, militis—[qua concessit fratri suo germano EDMUNDO DE HAIA, pro ejus homagio et servitio &c.,—terras de Thalek, in baronia de Olivercastel, vic. Peblis, et terras de Kyngildurris, in baronia et vic. predictis; ac etiam terras suas de Linplum, viz. quartam partem terrarum de Linplum, in baronia de Duncanlaw, constab. Hadingtoun, vic. Edinburghe ; et annuum redditum 2 marc. 6 sol. 4 den. de terris de Westir Hopprew, vic. Peblis ; —quemquidem annuum redditum Marg. de Geddes resignavit ;—ac etiam dimediam partem unius terre husbandie, in villa et territorio de Duncanlaw, constab. Hadingtoun, vic. Edin. ;—quamquidem Isabella de Weddale resignavit :—TENEND. predictas terras dicto Edm. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto David et legitimis et propinquioribus heredibus suis quibuscunque,—ac tenend. dict. annuum redditum

et dimediam terre husb. prefato Edm. heredibus ejus et assignatis, de dicto David :—Reddend. annuatim dicto David communem sectam apud maneriem de Hoppreu cum wardis, &c.,—et pro terris de Linplum tres sectas ad tria placita cap., apud Yhestre,—et pro dict. annuo redditu unam rubeam rosam, nomine albe firme,—et pro dimedia terre husb. 1 den. argenti apud Yhestir, nomine albe firme :—Test. Gilb. de Haya de le Mynyhane, Geo. Malevin, Tho. de Loch burgen. de Peblis, D. Joh. Blount vicario de Carmichel et D. Pat. de Mortoun capellano :—Apud castrum de Peblis, Aug. 12, 1439] :—Necnon aliam cartam dicti David de Haia, —[qua concessit prefato EDMUNDO DE HAIA, pro ejus servitio fideli,—annuum redditum 12 marcarum de terris baroniarum de Yhestir, Duncanlaw et Morehame, constab. Hadingtoun et vic. Edinburgh :—Tenend. dicto Edm. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legit. procreatis, de dicto David et heredibus suis, donec et quousque dictus David vel heredes sui infeodaverit vel infeodaverint dictum Edm. &c., in 8 marcat. terrarum et saisinam (dederit) de terris baroniarum predict. de Yhestir, Duncanlaw et Morehame, vel infra ymas terrarum suarum de Twedale in loco competenti secundum antiquam extentam earundem :—Test. Philippo de Nesbit, Rob. de Edingtoun, scutiferis, D. Pat. de Morton capellano, Joh. Wan, et Wil. Harper clerico notario publico :—Apud castrum de Yhestir, Mar. 7, 1436] :—Test. 6. 21. 3. 22. 10. 23. 24. 25. 5. iii. 126.

211. Apud Edinburghe, 16 Nov.
REX confirmavit cartam Isabelle de Foresta filie senioris et unius de heredibus quondam Joh. de F.,—[qua, in sua viduitate ac urgenti necessitate, cum consensu Jacobi de Wedale filii sui et heredis, concessit et titulo venditionis tradidit EDMUNDO DE HAIA fratri D. David de Haia dom. de Yhestir militis, — terras suas dimedietatis de Wendene, cum toftis et croftis ejusdem, infra baroniam de Duncanlau, et dimed. unius terre husbandi que vocatur *la Bradecroft*, infra villam et territorium de Duncanlaw, cum dimed. duarum partium molendini ejusdem ville, necnon pasturam infra dominicas de Duncanlau et de Barow, viz. 6 boves, 6 vaccas cum sequelis eorum anni unius, 3 equos et 60 oves matricis cum sequelis eorum unius anni :—Tenend. dicto Edm. heredibus ejus et assignatis de domino superiori earundum :—Reddend. 1 den. ad festum S. Mich. archangeli, nomine albe firme :—Test. D. Pat. de Dunbare dom. de Bele, D. Dav. de Dunbar dom. de Cokburne, militibus, Pat. de Dunbare filio et herede predicti domini, Geo. de Grahame, Geo. de Dunbare, Tho. Purvas, Wil. Ker et Tho. Bel de Yhestir,—unacum sigillo filii dicte Isabelle :—Apud Bele, Feb. 4, 1438]:—Necnon aliam cartam Dungalli de Macdowel de M'carstoun, —[qua concessit EDMUNDO DE HAYA de Talow, pro ejus fidelibus auxilio, consilio, et favore &c., et heredibus ejus,—quartam partem terrarum de Kynplum (Lynplum?), in bar. de Duncanlaw, vic. Laudonie :—Reddend. annuatim dicto Dungallo &c., unum par cirothecarum apud crucem baronie de Duncanlaw, nomine albe firme : —Insuper dictus Edm. se et heredes suos obligavit dicto Dungallo et heredibus ejus in fideli auxilio, &c., cum et quotiens ad hoc fuerint requisiti :—Apud Dunde, Maii 15, 1439] :—Test. 6. 21. 3. 22. 10. 23. 24. 25. 5. iii. 127.

212. Apud Crechtoun, 12 Jan.
REX concessit PATRICIO DE HEPBURNE de Walchtoun militi, et heredibus ejus,—mediam partem terrarum de Athilstanfurde et molendinum ejusdem, cum terris ad dict. molendinum spectantibus et parcis super aquam de Tyne, in constab. Hadingtoun, vic. Edinburghe ;—quam Joh. de Dolas resignavit :—Test. 6. 21. 3. 22. 26. 10. 23. 24. iii. 124.

213.[1] Apud Edinburghe, 1 Feb.
REX concessit WALTERO STEWART filio quondam Wil. S. de Castelmylke militis, et heredibus ejus,—dimediam partem terrarum de Arthourle, in baronia et

[1] Dated an. reg. 4 ; either this or the A.D. must be wrong.

vic. Renfrew;—quam Joh. de Pollok de Arthourle resignavit:—Tenend. de Senescallis Scotie, &c.:—Test. 6. 1. 27. 28. 5. iii. 137.

214. Apud Edinburghe, 1 Feb.
REX concessit JOHANNI DE ROSSE et heredibus ejus,—alteram dimed. dict. terrarum (de Arthourle);—quam Joh. de Pollok resignavit:—(Carta non ad longum in Registro inserta). iii. 137. (ii.)

215. Apud Edinburghe, 8 Feb.
REX concessit WILLELMO BULLOK burgensi de Peblis, et heredibus ejus,—tertiam partem terrarum de Bonyngtoun, vic. Peblis;—quas Jac. Haliday personaliter resignavit:—Test. 6. 10. 29. 30. 7. 5. iii. 125.

ANNO REGNI 4. ANNO DOMINI 1439.

216. Apud Edinburghe, 23 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis de Rate domini de Fothas et de Drumtolti,—[qua concessit nepoti suo THOME GALMOK, pro servitio fideli, et heredibus ejus,—dimediam partem terrarum suarum de Drumtolti;—que quondam fuerunt Wil. de R. patris dicti Joh.:—Tenend. de dicto Joh.:—Reddend. annuatim 1 den. argenti:—Salvo servitio forinseco domini regis:—et si in forisfacto vel amerciamento contra dictum Joh. inciderint, 6 den. tantum exhibebunt:—Test. Alex. de Stathin dom. de Dulleward, Joh. de Petcarne publico notario, D. Joh. Gudefalou vicario de Glenbervy, et D. Pat. Brou:—Apud Fouthas, Jan. 17, 1439]:—Test. 6. 10. 29. 5. iii. 128.

217. Apud Edinburghe, 24 Feb.
REX confirmavit cartam Andree de Ogilby de Inchemartyn militis et Mariorie sponse ejus,—[qua concesserunt DAVID BOSVILE de Cragincat et heredibus ejus,—terras suas de Balmulto cum pertinen. viz. tertiam partem earundem cum castro et capitali manerio, vic. Fyfe;—in excambium terrarum dicti David de Westir Drone cum pertinen. viz. dimedietatis earundem, vic. predict.:—Tenend. de rege:—Apud Inchemartyn, Feb. 20, 1439]:—Test. 6. 10. 29. 5. iii. 129.

218. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX confirmavit cartam David Bosvile de Cragincat,—[qua concessit ANDREE DE OGILBY de Inchemartyn militi, et MARIORIE sponse ejus,—terras de Westir Drone cum pertinen. viz., dimedietatem earundem, vic. Fyfe:—Tenend. dictis And. et Mar. et eorum diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, Alex. de Ogilby filio et heredi David de O. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus omnibus def., legit. et propinq. heredibus dicti And. quibuscunque, de comite de Fyfe:—Apud Edinburgh, Feb. 22, 1439]:—Test. 6. 10. 29. 5. iii. 130.

219. Apud Edinburghe, 26 Feb.
REX concessit WALTERO DE OGILBY de Beufort et heredibus ejus,—terras baronie de Oures cum molendino ejusdem cum tenentibus et tenandriis, &c., vic. Kyncardin;—quas Tho. Rate resignavit:—Tenend. de rege:—Test. 6. 10. 29. 30. 5. iii. 131.

220. Apud Edinburghe, 26 Feb.
REX confirmavit cartam Margarete de Fenton de Beufort filie senioris quondam Walt. de F. de B. et unius heredum ejusdem,—[qua concessit WALTERO OGILBY filio quondam D. Pat. de O. de Uchterhous, pro consilio et auxilio, &c.,—quartam partem terrarum suarum de Beufort et manerium ejusdem, ac quartam partem suam terrarum de Ard, vic. Invernys; necnon quartam partem suam baronie de Baky et manerium ejusdem, cum advocatione capelle, vic. Forfare; ac quartam partem baronie de Culas et de Buthirgask, vic. Perth; unacum quarta parte sua terrarum de Coklau, Balmure, et Drumblate, vic. Abirdene:—Tenend. dicto Waltero et heredibus inter ipsum et

PRECEPTUM SASINE SUPER CARTA IMMEDIATE PRESCRIPTA REGISTRATUM EX MANDATO DOMINORUM. xiii. 496.

INSTRUMENTUM SUPER HUJUSMODI SASINA REGISTRATUM. xiii. 497.

[2] The regnal year is given in this charter as the 8th, which is probably an error, as the Annus Domini is fully given as 1447.

ANNO DOMINI 1449. ANNO REGNI 13.

290. Apud Linlithqw, 9 Dec.
REX donavit EDMUNDO DE LE HAYA de Tallon, et ANABELLE, sponse ejus, et eorum alteri diutius viventi et eorum assignatis,—maritagium Willelmi de Maxwell filii et heredis quond. Wil. de M. de Tellyn, per decessum ejusdem quond. Wil. regi spectans;—quo decedente ante matrimonium ejus completum, maritagium alterius ejus germani filii et heredis dicti quond. Wil. iv. 92.

291. Apud Linlithcu, 10 Dec.
REX confirmavit cartam Jonete de Kinros de Kippanerosse,—[qua, cum avisamento et consilio amicorum suorum, concessit WILLELMO DE STRIVELYNE, filio et heredi apparenti Luce de S. de Ratherne,—pro consilio et auxilio sibi sepius in temporibus retroactis impensis, et specialiter in recuperatione terrarum suarum de Lubnoche in dominio de Strongartney, vic. Perth, de manibus Joh. de Menteith alias per predecessores dicte Jonete impignoratarum,—terras suas predictas de Lubnoche, in dom. et vic. predict.:—TENEND. dicto Wil. heredibus et assignatis ejus a dicta Joneta de domino de Strongartney:—REDDEND. annuatim dicto dom. superiori unum *rabukhed*, ac regi forinsecum servitium:—TEST. D. Rob. de Lawder episc. Dunblanen., M. Joh. Christini officiali et cancellario Dunblanen., Alex. le Grahame, Wil. de Handome, Malc. Uchiltre, scutiferis, et D. Joh. Roberti notario publico, (cum sigillo Pat. dom. le Grahame appenso, &c.):—Apud Kincardin, Nov. 5, 1448]:—TEST. 106. 6. 107. 108. iv. 91.

292. Apud Linlithcu, 10 Dec.
REX concessit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS—dimedietatem terre jacentem prope ecclesiam parochialem de Cultre ex parte boreali ejusdem;—unacum advocatione sive jure patronatus ejusdem eccl. paroch., Joh. de Menzeis de Ennach alternatis vicibus jure hereditario spectante;—quam dictus Joh. personaliter resignavit:—TEST. 106. 6. 109. 110. 108. iv. 94. (i.)

293. Apud Linlithcu, 14 Dec.
REX remisit JOHANNI EPISCOPO DUNKELDENSI—omnes actiones, querelas, &c., quas erga eundem concepit seu habere potuit, pro quibuscunque offensis, &c., per dictum episc. temporibus retroactis commissis. iv. 93.

294. Apud Edinburghe, 20 Dec.
REX ratificavit quasdam literas tractatuum et nove ratificationis et approbationis confederationum antiquarum inter REGNA SCOTIE ET FRANCIE per eorum reges, principes, commissarios et ambaxiatores; et renovavit amicitiam &c., cum Karolo VII. rege Francorum. iv. fol. 1. b.

295.[1] Apud Edinburghe, 20 Dec.
REX cum consensu trium regni sui statuum approbavit, ratificavit et subscriptione sua manuali confirmavit quasdam literas tractationis inter ipsum et . . . . . Ducem . . . . . iv. fol. 1. b.

296.[1] Apud Edinburghe, 22 Dec.
REX ratificavit quasdam ligas et confederationes inter ipsum et . . . . . Ducem Britanie . . . . . iv. fol. 1. a.

297. Apud Linlithqw, 3 Jan.
REX concessit KAROLO DE MORAVIA et heredibus ejus,—terras de Howelset, in dominio de Ananderdale, vic. Drumfres;—quas Ric. Bell resignavit:—TEST. 106. 6. 79. 111. 109. 112. 113. 108. 114. 115. iv. 98.

[1] The leaf of the Register on which Nos. 296, 295, and the beginning of 294 are engrossed is torn in half. Two leaves before this, being the first two leaves of the fourth volume of the Register are believed from internal evidence to be completely lost. The numbering of the charters commences with the one immediately after 294, but this has evidently been done at a period much later than the engrossing.

298. Apud Edinburghe, 3 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam clerici sui M. Thome de Lawedre, canonici Aberdonen. ac magistri hospitalis de Soltre S. And. dioc.,—[qua, pro salute animarum Jac. (I) Regis, &c., concessit ac fundavit pro sustentatione unius capellani ad altare B. Martini et B. Thome in ECCLESIA BEATI EGIDII DE EDINBURGH, et ad sustentationem ornamentorum ejusdem altaris,—annuos redditus 6 merc.—40 sol.—20 sol. ac 26 sol. 8 den. de certis tenementis[1] in via regia burgi de Edinburghe et in via australi ejusdem burgi vulgariter seu antiquitus *Cowgate* nuncupata, situatis:—TENEND. de dicto Tho. in puram elemosinam:—Apud Edinburghe, Maii 20, 1444]:—TEST. 106. 6. 79. 109. 112. 113. 108. 114. 115.
iv. 107.

299. Apud . . . . . 6 Jan.
REX concessit NINIANO DE MURRAY, pro toto tempore vite ejus,—10 marc. annuatim levandas de itineribus Justiciarie et de exitibus curiarum vic. Drumfres et senescallatus Vallis Anandie, quibus deficientibus de thecis regis.
iv. 94. (ii).

300. Apud . . . . . 6 Jan.
REX concessit DAVID DE MURRAY fratri Niniani de M.,—pro toto tempore vite dicti Niniani (*sic*),—10 marc. annuatim de firmis regiis burgi de Drumfres levandas.
iv. 94. (iii).

301. Apud Linlithqw, 9 Jan.
REX confirmavit literam indenture inter ARCHEBALDUM COMITEM MORAVIE ex parte una et JACOBUM DE DOUGLAS de Heriotemure, fratres gemellos, ex parte altera, sub hac forma—[This indentur made at Edinburgh the 25 day of August the yher of God 1447 yeris betuix nobil and mychti men Archebald of Douglass, Erle of Murrave on the ta parte and James of Douglass of Heriotemure brother germane on the tother part, before a rycht worschipful and mychti lady, the Contase of Douglass and of Anendale, and alsa in the presens of a hee and a mychti lorde, William Erle of Douglas and of Anendale, lord of Gallway &c.;—and of thar consent and ordinance it is acorditt betuix the said presentis in fourm and maner eftir folouand,—that is to say—that the forsaid Archebald and Jamys ar oblist and be thir indenturis oblis thaim, the haly evangellis twichit, leleli and treuli, but fraude or gyle, cavillacioune, excepcioun, contradictioune, or dissate that thai sal stand and abide at the ordinance, deliverance, determinacioun and decrete of of the said lorde Erle of Douglass, of his moder and thair consale, quhilk of thaim be the said lorde and his counsale forsaid is declarit first borne that the tother of thaim in tyme cuming sal nevermare for him his ayris and his successouris hald ferm and stabil the said determination, &c., and never in na tyme revoke, againsay or withstand the said deliverance in prive or in appert, in the law or by the law, na clame to the heretage nam na part of it in the contrar of the said decrete and declaratioun of the said lord Erle of Douglass and of his consale;—renunciand in this part ather of the said partis al privilegis of law, lettres, bullis of the pape or cardinalis and statutes of the kynrik the quhilk mycht profit til ony of the said partis or be scaithful or hindering to the tother of thaim or to thar ayris or engender or prejudice;—and atour it is acorditt that the said partis are submittit and submittis to the said lord and his consale in the distribucioun of ony landis, possessiounis or gudis movabil or unmovabil quhatsumever it be plesand to him for to gif or distribute, gif it sal happyn the said lorde Erle to decesse wythoutin ayre of his body lachfulli to be gottyn or ony uthir that emplese or may emplese to him, and never in tyme to cum be thaim na be thair ayris na nane uthiris in

[1] The following are the names of the persons mentioned as the tenants of the subjects from which the above annual rents were to be raised, or the tenants or proprietors of the adjoining tenements.—Donald de Kile, Rob. de Fergushil, umquhile Joh. Cuke, Abbey of Melrose, Geo. de Cochrane, Joh. de Fauside, Joh. Gupild, Ric. Perell, Rob. de Hawyk, Rob. de Bonkle, Sir Wil. Pacok chaplain, Wil. de Liddale.

thar name in jugement na utouth privaly or in appert for to wythstand or againsay the foresaid ordinance, &c., but fermly to bide thareat but fraude or gyle or ony excepcioun;—and atour ather of the said partyis is oblist to the said lord that thai sal mak and sele al and sindry evidentis and obligatiounis til utheris that sal be sene spedeful to the said lorde and his consale and his said derest moder quhat tyme that be thaim ony of the said pertinentis be requirit thareto; the quhilk condiciounis and poyntis al and sindry before wirtin lelely and treuli to kepe but fraude or gyle as said is, the hale evangelis twichit bath the said partis in the presens of al and sindry the personez underwritin has gevyn bodily aith:—In witnessing of the quhilk thing the selis of the saidis Archebald and James interchangeabli ar put to thir indenturis togidder wyth the sele of the said he and mychti lady and of the said lord Erle of Douglas, of Alex. Erle of Crauford, Alex. lord Montegummery, Lourence lord Abirnethy in Rothimay, John Lord Lyndssay of the Byris, Maister James Lyndsay persoun of Douglas, Robert Flemyng lord of Cummernald, Thos. of Cranstoun of that ilk, Schyr Joh. Walace of Cragy, Schyr James of Auchinlek of that ilk, knycht, John of Sanct Michel and James of Parkle of the said partyis,—in witnessing of the forsaid thingis instantly procurit the yere, day, moneth and place before wirtin the common sele of Edinburgh and the officialis sele of Louthian as said is procurit hereto ar put]:—Necnon aliam literam decreti et declarationis Magistri Nicholai de Ottirburn, Magistri in artibus, licentiati in decretis, canonici ecclesie Glasguen., officialis curie S. Andree infra partes Laudonie,—[qua, certis probis mulieribus unacum matre dict. fratrum gemellorum juratis, &c., comperit et declaravit dictum Jacobum de Douglas seniorem prefato Archebaldo fratre suo gemello esse et fuisse:—Test. Dominis Alex. com. de Craufurd, Alex. dom. de Montegummery, Joh. dom. de Lyndsay de Byris, Joh. Walace dom. de Cragy, Jac. de Auchinlek de eodem, militibus, M. Jac. Lindsay de Colvantoun rectore de Douglas, Tho. de Cranstoun de eodem, Joh. de Sancto Michaele de Quitester, Tho. de Cranstoun, Wil. de Cranstoun, Wil. de Libertoun, Tho. de Berwic, Wil. Cameroun, Alex. Napare, Lansloto de Abirnothy et Joh. de Haukyrstoun:—Apud Edinburgh, 26 Aug, 1447].—Sequuntur tres attestationes notariales ad veritatem premissorum in dicto decreto sub manibus Wil. Arouse presbyteri S. Andree dioces., Rob. Michaelis de Hyrmanstoun, clerici S. Andree dioces., et David Rede, S. Andree dioces. notariorum:—Test. 106. 6. 79. 111. 109. 112. 113. 108. 114. iv. 95.

302. Apud Linlithqu, 9 Jan.

REX confirmavit cartam quam fecit Robertus Colvyle de Uchiltre, Mergarete Colvile matri sue, sub hac forma,—[Til al and sindry that this charter heris or seis Robert Colevyle of Ochiltre greting in God ayelestand;—Wittis me to hafe gevin and graunttit and be this my present charter to haf confermyt til my derast and best belovet moder MERGARET COLEVYLE al and hale my landis of Trarelgin and the Oxgang, the Playde, Achincloich, and twa markis worth of Byrnokstoun, the Lesynasach, the Langlandis and the Bradeland wyth thair pertinentis liand wythin my baronry of Uchiltre and the schyrefdome of Are, for hir gude dede to me monyfaldly done, for al the dais of hir liffe:—To be haldin and to be had al and hale the forsaid lands wyth thair pertinentis to the forsaid Mergaret wyth al proffitis, fredomez, commoditeis, esmentis and richtwis pertinentis to the forsaid landis pertenand or [that] be ony manner of way richtwisly may pertene in tyme to cum, wyth al ald richtwis markis and divisis in boscis, planis, moris, marresis, woddis, watteris, ways, roddis, stankis, pasturis, with myllis, multuris, fiching, fouling, wyth halking and hunting, petis and colis als wele under yerde as above, baith in lenth and in breide, alswele nocht nemmyt as nemmyt alswele fer as ner, frely, quitely, honorably, haleli, fulleli, wele, and in pece, and als freli as ony lady broukis ony thrid wythin the kynrik of Scotland:—Gevand therof yherely the said Mergarete to me and myne ayeris a penny of silver in name of blanchferme on Saynt Connellis day at the par-

roche kirk of Ochiltre, alanerly gif it be askit for all wardely askyns :—and I the forsaid Robert and myne ayeris al and hale the forsaid landis wyth thar pertinents to the forsaid Mergaret for al the dais of hir liffe in al thingis and throu al thingis as is befor said agayne al dedely sal warand, acquiete and defend:—IN WITNES of the quhilke thing I hafe set my sele at my mansioun of Bartnok the 10 day of Septembre, the yer of our lorde a thousand four hundreth and fourty j. yeris, befor thir witnes, George Cambell lorde of Loudoun and Schyreff of Ar, Schyr Jamys of Achinlek lorde of that ilk, knychtis, David Cambell and Huchon Cambell and uther divers] :—TEST. 106. 6. 79. 111. 109. 112. 113. 108. 114. iv. 96.

303. Apud Linlithqu, 10 Jan.

REX concessit JOHANNI KENEDY de Culleane, heredibus ejus et successoribus,—terras de Lesenthane, vic. Are.;—quas Joh. Murdachsoun resignavit:—TEST. 106. 6. 79. 109. 112. 113. 108. 114. iv. 97.

304. Apud Linlithqu, 14 Jan.

REX confirmavit literam assedationis, quam fecit Willelmus dom. Creichtoun cancellarius Alano Malevile, &c., sub hac forma,—[Be it kend til al men be thir present lettrez me Williame lorde Creichtoun and Chancelar of Scotland, knycht, til have set and to ferme lattin and be thir present lettrez settis and to ferme lattis to my luvit and speciale ALANE MALEVILE, JAMIS MALEVILE, and ARCHIBALD MALEVILE, al and sindry the landis of Ricardtoun with the pertinantis liand in the regale of Bathcate for the terme of sewyn yeris next folowand the date of thir present lettrez: —entrand in the said landis at the feste of Witsenday 1450 :—TO BE HALDIN and had, the forsaid landis of Ricardtoun with the pertinantis in lenthe and brede as thai ly to the saidis Alane, James and Archibald and to thair ayris and assigneis, with al fredomys, commoditeis, esmentis and richtwis pertinantis alswele not nemmyt as nemmyt to the said landis pertenand or richtwisly may pertene, frely, quietly, honarably, wele and in pece, withoutin ony impediment or revocacioun enduring the terme of sewyn yeris forsaid ;—PAYAND thereof yerely be the said A. J. and A. thair ayris or assigneis to me or quhom that I assign fourti markis of usuale monay of Scotland for the malis of the said landis proporcionally at twa custumable termez of the yere that is to say Witsenday and Martinmes &c. :—And I forsuth . . . . sal warand and defend the said landis . . . . except gif it sal happen Cristiane lady of the said landis to decese in the menetyme, as God forbeid, the quhilk perchance happenand, I oblis me be thir presentis to do my lele diligence withoutin fraude or gile to further the said A. I. and A. to brouke and joise the forsaid landis to the ische of the termez of sewyn yeris forsaidis :—IN WITNES of the quhilk thing my sele is to put at the palace of our soverain lorde the kingis at Lithqw, Dec. 4, 1449] :—TEST. 106. 79. 109. 112. 113. 108. 114. 115. iv. 99.[1]

305. Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX confirmavit literam assedationis quam fecit Johannes dom. de Haliburtoune DOMINO ALEXANDRO DE HUME, militi, sub hac forma,—[Be it kend til al men be thir present lettrez me John Lord Haliburtoun to have set and to ferme lattin . . . . til Alexander of Hume of that ilk al and sindry my landis of Lamden . . . . by and within the erledom of Marche and the scherifdome of Berwic for al the dais of the said Schyr Alexanderis liffe :—TO BE HALDIN and to be had to the said Schyr Alex. for al the dais of his liffe with al fredomez, &c., ... with fredome to mak tenandis ; . . . . PAYAND to me yereli the alde male of the said landis as thai gif now, ... And gif it happnis the said landis to be distroublit or vexit be way of Inglismen it sal be alowit to the said Alex. of the malis of the said landis as is alowit of sa mekle maling on the foure halfes aboute :

[1] Under the date 16 Jan. 1447 [iv. 75 (iv)] is inserted in the Register an Act of Parliament "anent thaim that plenzeis of spoliatioune." *Vide* Acta Parl. Scot. II. 36. 7.

. . . . IN WITNES of the quhilk thing to thir present lettrez I have put my sele at Dirltoun, Jan. 3, 1447] :—NECNON aliam literam quam fecit dictus Johannes dicto Alexandro, sub hac forma,—[Be it kend til al men be thir present lettrez me John Lorde of Haliburtoune and Schyreff of Berwic for til hef made, stablit, depute and ordanit . . . . Schyr Alexander of Hume of that ilk, knycht, my scheriff-depute of al and hale my said Schyrefdome of Berwic; GEVAND and GRANTAND to the said Schyr Alex. my full and plaine powar, schyref-courtis within the said schyrefdome to set, proclame, and halde; al maner of brevis and borowis to execute, trespassouris to punys, eschetis and amerciamentis to rase and inbring, and for thaim to strenye if nede be, al men and thair gudis, inhabitantis the said schyrefdome, before quhatsumever juge or jugis thai be athachit, to borow and bring again to the fredome of the said schyrefdome of Berwic; and al uthir and sindry thingis to do and til use that to thyr office of Schyreff-depute be law, use or custum is knawen to pertene and that I mycht do myself in propre persoun;—I haldand and for to hald ferme and stablis quhatsumever the said Schyr Alex. my schyreff-depute in the said office in my name lauchfulli ledis to be done, thir my lettriz til endure for al the dais of the said Schyr Alexanderis liffe;—IN WITNES, &c., Dirltoune, Jan. 4, 1447] :—TEST. 106. 6. 109. 112. 113. 108. 115. iv. 17.

306. Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX, consensu trium regni sui statuum, confirmavit certas terras, &c., que extendebant in veris annuis redditibus ad valorem 10,000 scutorum monete Francie,—pro dotalicio consortis sue MARIE REGINE SCOTORUM, in contractu suo matrimoniali per ambaxiatores suos promisso :—TENEND. in liberam regaliam, &c.—[*vide* Acta Parl. Scot. II. 61. 13]. iv. 1.

307. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REX, ex deliberatione et decreto trium regni statuum in Parliamento congregatorum, confirmavit—ut omnes ECCLESIARUM CATHEDRALIUM REGNI SCOTIE †EPISCOPI, tunc existentes et futuri,—plenam et liberam perpetuis futuris temporibus haberent testamentorum suorum factionem : — necnon de omnibus rebus, clinodiis, jocalibus . . . . . ac aliis bonis mobilibus quibuscunque disponendi plenam et liberam haberent potestatem, &c. [*vide* Acta Parl. Scot. II. 61. 14]. iv. 5.

308. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX, ex matura deliberatione et pleno consensu trium regni statuum in pleno Parliamento, &c., confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS et de Avandale, dom. Galwidie,—terras forestarum de Ettrik et de Selkyrk, vic. Selkirk, pro ejus fideli servitio;—quas idem Wil. in prefato Parl. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejusdem Wil. quibuscunque, in liberam regalitatem seu regaliam :—NECNON concessit prefato Wil. omne jus, &c., sibi contingen. in terris supradictis ratione cujuscunque resignationis vel alias seu donationis quondam Arch. com. de Douglas, facte Jacobo (I) regi, de dictis terris :—REDDEND. annuatim unam sagittam cum lato capite, in festo nativ. B. Joh. Bapt. apud montem de Selkyrk, nomine albe firme :—TEST. 57. 106. 116. 31. 117. 118. 119. 120. 6. 111. 124. 122. 123. 21. [*vide* Acta Parl. Scot. II. 63. 16.] iv. 109.

309. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX, ex matura deliberatione, &c., concessit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., pro ejus servitio,—terras totius dominii et regalitatis Galwidie, tam supra aquam de Cre quam citra, vic. Drumfres;—quas idem Wil. in dicto Parl. resignavit;—et quas etiam Margareta ducissa Turonie, amita regis, in sua pura viduitate per procuratores suos resignavit :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :— REDDEND. annuatim unam rosam rubeam apud pontem de Drumfres, in festo nativ. B. Joh. Bapt., nomine albe firme :—TEST. 57. 106. 116. 31. 117. 118. 119. 120.

6. 111. 124. 122. 123. 21. [*vide* Acta Parl. Scot. II. 64, 17]. iv. 110.

310. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit JOHANNI DE ERSKINE, filio primogenito Alex. de E. de Dwn, et heredibus ejus,—terras dominicas de Dwn, et terras de Balwelawe, in baronia de Dwn, vic. Forfare;—quas dict. Alex. resignavit:—Reservato libero tenemento dictarum terrarum dicto Alex. et Jonete sponse ejus et eorum alteri diutius viventi:—Test. 57. 106. 116. 6. 98. 111. 124. 122. 123. 112. 113. iv. 101.

311. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit JOHANNI DE ERSKINE filio primogonito Alex. de E., heredibus ejus et assignatis,—baroniam de Dwn, vic. Forfare;—quam dictus Alex. resignavit:—Reservato libero tenemento dicto Alex.:—Test. 57. 106. 116. 6. 98. 111. 124. 112. 113. iv. 102.

312. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit JOHANNI STRANG, et MARIOTE MULTRARE sponse ejus,—terras quarte partis duarum villarum, que vulgariter Pedunynis appellantur;—quas Wil. Strang de Ballcasky resignavit:—Tenend. dictis Joh. et Mariote et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. S. de B. quibuscunque;—Test. 57. 106. 6. 98. 110. 112. 113. 108. iv. 103.

313. Apud Edinburgh, 29 Jan.
REX fassus est se recepisse per manus JOHANNIS MENZEIS de Ennach, filii et heredi D. David Menzeis monachi regularis monasterii de Melros, militis,—summam 100 lib. pro redemptione 1½ carucat. terre in villa et territorio de Cultre, vic. Lanark;—quas terras dicti D. David et Joh. vendiderunt Roberto de Levingstoun burgen. de Linlithqw,—et idem Rob. suas literas reversionis dictam summam continentes, sub suo sigillo tradidit:—quia per forisfacturam dicti Rob., in Parl. tento apud Edinburgh, Jan. 21, 1449, ad mortem condemnati, prefata summa, &c., regi pertinebat:—de qua summa rex tenuit se persolutum, et prefatum David, heredes ejus executores et assignatos, quittos inde clamavit, ac dictam 1½ carucat. terre eis et eorum heredibus de dicta alienatione relaxavit, et ipsos David et Johannem in possessionem realem, &c., earundem reinvestivit. iv. 100.

314. Apud Edinburgh, 29 Jan.
REX confirmavit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLEE—comitatum de Huntle, ac dominium de Strathbolgy, necnon terras de Cluny, Tulch, Obyn, Glentanyr et Glenmuk, vic. Aberdene; et dominium de Gordoun, vic. Roxburgh; necnon baroniam de Panbride, vic. Forfare;—quos idem Alex. apud Edinburgh coram tribus statibus in Parl. congregatis personaliter resignavit:—Tenend. terras infra vic. Aberdene, in unam liberam baroniam, vocatam Huntlee, incorporatas, &c., et baroniam de Panbride ac dominium de Gordoun, dicto Alex. et prolibus heredibus inter ipsum et Elizabeth sponsam ejus comitissam de H. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—Reddend. annuatim pro dicta baronia unita de Huntle unam sectam apud Aberdene ad tres curias capitales ibidem,—pro dicto dominio de Gordoun, unam sectam apud Jedworth ad tres curias, &c.,—et pro baronia de Panbride, unam sectam apud Forfar ad tres curias, &c.:—Test. 57. 106. 116. 31. 117. 118. 119. 120. 6. 98. 111. 124. 122. 21. 125. 112. 110. 108. iv. 106.

315. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX, coram tribus regni statibus in pleno Parliamento, &c., concessit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS et Avandale et ejus assignatis, pro ejus servitio,—maritagium Mergarete de Douglas consang. regis, filie quond. Arch. com. de D., cum universis terris, redditibus, firmis et possessionibus qui ad maritagium ipsius juste et secundum leges regni deberent pertinere:—remisit etiam dicto Wil. pro ejus benemeritis et compluribus gratuitis servitiis regi hactenus multipliciter impensis,—omnes summas

wardarum, releviorum, &c., sibi aut predecessoribus suis spectantes, de quibus summis rex fassus est seipsum solutum et dictum Wil., heredes ejus, executores et assignatos, de eisdem quietos clamavit in perpetuum. (*vide* Acta Parl. Scot. II. 64, 18).

iv. 105.

316. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., pro ejus servitio, &c.,—dimedietatem terrarum de Echlinge, unacum dimed. terrarum husbandiarum de Dummanyn, Jac. de Dundas alias pertinen., in baronia de Dummanyn, ac cum dimed. toftarum et croftarum ville de Quenysfery, alias ipsi Jac. de D. etiam pertinen., vic. Linlithqu ;—que terre ratione eschaete propter proditoriam traditionem in personam regiam per eundem Jac. commissam et crimen lese majestatis per dictum Jac. nequiter perpetratum, ad manus regis devenerunt, sicuti in Parl. apud Edinburgh tento anno suprascripto notorie compertum extitit et declaratum :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus et assignatis de barone de Dummanyn in feodo :—TEST. 57. 106. 116. 6. 109. 70. 110. 113. 126. 71. 114. 115.

iv. 59.

317. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., heredibus ejus et assignatis, pro ejus servitio, &c.,—dimedietatem terrarum de Dundas, vic. Linlithqu ;—que terre ratione eschaete, &c. (*ut in carta* 316) :—TENEND. de barone de Wyncheburgh in feodo :—TEST. 57. 106. 116. 6. 109. 70. 110. 113. 126. 71. 114. 115.

iv. 60.

318. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX concessit ALEXANDRO LYOUN, filio et heredi Patricii dom. Glammis, et AGNETI DE CREICHTOUN sponse dicti Alex. filie Wil. dom. Creichtoun cancellarii,—terras de Auchtermuny, vic. Strivelyne, necnon terras de Banchary et de Petedy, in constabularia de Kingorne, vic. Fiffe ;—quas dictus Pat. apud monasterium S. Crucis de Edinburgh personaliter resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Agneti et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque :—TEST. 106. 6. 127. 128. 129. 130. 131. 108. 115.

iv. 108.

319. Apud Strevelyne, 19 Feb.

REX confirmavit cartam Willelmi dom. Crechtone, —[qua concessit GILBERTO DE CORRY filio naturali Jac. de C., pro ejus servitio,—terras de Tordoff et de Dailbank, in dominio de Ananderdale, vic. Drumfres :—TENEND. dicto Gilb. et Elisabeth sponse ejus, filie Joh. de Carutheris de le Holmendis, et eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. et heredibus ejus quibuscunque, de dicto Wil. tanquam domino tenementi de Caruthiris :—RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum dicto Jac. de C.:—TEST. Jac. dom. de Frendraucht filio dicti Wil. milite, Alex. de Narne de Sandfurd, Rob. Ledale, M. Geo. Schoriswode, Jac. Ker, Adam Wawane :—Apud Streveline, Feb. 18, 1449] :—TEST. 106. 112. 110. 113. 132. 71. 108.

iv. 104.

320. Apud Edinburgh, 19 Feb.

REX exoneravit abbatem et conventum MONASTERII DE DUNFERMLYNE et eorum successores—ab omni comparitione et secta facienda vel gerenda in curiis vicecomitatuum de Fiffe et Clakmanan ac aliqua ipsarum, ratione terrarum de Luscreviot et de Dolare dictis abbati, &c., spectantium.

iv. 122. (ii).[1]

[1] See No. 341, *note*.

ANNO REGNI 14. ANNO DOMINI 1449.

321. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX concessit servitori suo, ROBERTO NORRY, pro ejus servitio,—unum annuum redditum 4 mercarum, de tenemento quod tunc habuit dict. Rob. in burgo de Strevelyn, inter terram Geo. Smith ex parte australi et terram que alias fuit Alex. Gulde ex parte boreali; necnon de tenemento inter ecclesiam Fratrum Predicatorum dicti burgi ex parte boreali, et terram Joh. Brady ex parte australi;—qui in manus regis devenit ratione forisfacture Alex. de Levingstoun, militis:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. iv. 2.

322. Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alicie de Hay, relicte quond. Wil. de Hay dom. de Yester militis,—[qua, pro salute animarum regis Jacobi, &c., concessit Deo, &c., et altari B. V. M. in ECCLESIA COLLEGIATA DE BOTHANIS, S. And. dioces., et capellano perpetuo ad dictum altare divina celebraturo,—terras suas de Blans, viz., quarterium terrarum de Blans, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh, et annuos redditus 14 solidorum de terra sive tenemento dict. vulgariter *le Pentis*, in burgo de Hadingtoun, 11 sol. 4 den. de terra Tho. Johnsoune, 7 sol. 6 den. de terra Rob. Philpsoun, 5 sol. de terra quond. Wil. de Dene, 10 sol. de terra Tho. Edwardsoun, 7 sol. 6 den. de terra And. Crumby; ac 2 mercas annualis pensionis de thecis suis;—quousque dict. cap. de aliis 2 marc. ann. red. infeodaret; ac concessit illam terram cum domibus et edificiis infra eandem constructis quam D. David de Hay de Yester, miles, filius et heres dicte Alicie, pro mansione dicti capellani et ejus successorum dicte A. concessit:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Edmundo de Haya de Linplum filio dicte Alicie, Tho. de Haya, Arch. de Haya, Joh. de Borwic de Crukistoun, M. Stephano Kerr preposito dicte eccl. colleg., D. Ric. Knollis, D. Rob. de Mophame, capellanis ejusdem:—Apud Yester, Feb. 23, 1447]:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 77.[1]

323. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX confirmavit THOME SOMERVILE, filio Wil. dom. Somervile, et ELIZABETH DE ERTH, uni heredum quond. Wil. de Erth de le Plane militis,—terras de Cragisquarter, Pulles, Millisquarter, Enrequisnequarter, in baronia de Plane, vic. Strivelin;—necnon terras septime partis dicte baronie de Plane, septime partis terrarum de Crannok, septime partis de Glorate, vic. Strivelin, septime partis baronie de Fordale, vic. Fiffe;—quas dicta Elizabeth in sua viduitate resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque:—TEST. 106. 6. 109. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 3.

324. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX concessit ALEXANDRO NAPER, suorum computorum rotulatori, et heredibus ejus,—pro ejus continuo et fideli servitio quondam carissime matri regine impenso, et in remunerationem et recompensationem lesionis ejus corporis ac gravaminum et dampnorum eidem illatorum tempore proditorie traditionis et incarcerationis dicte regine per Alex. de Levingstoune militem et Jac. de Levingstoune filium ejus ac eorum complices perpetratarum, &c.,—terras de Philde in dominio de Methven, vic. Perth;—que ad manus regis devenerunt ratione forisfacture Alex. de Levingstoun filii dicti Alex. de L. militis:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. 106. 6. 109. 98. 111. 110. 113. 112. 108. 114. 115. iv. 4.

[1] The following are the names of persons who appear as proprietors or tenants of the boundaries of the tenements mentioned in the above charter:—Joh. Andresoun, Joh. Nicholsoun.

325. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX cum sui concilii deliberatione matura de novo ratificavit et confirmavit cartam suam,—[qua concessit quond. JACOBO (DOUGLAS) domino de Dalkeith, et JONETE sponse ejus, filie quond. Wil. de Borthwik de eodem, militis, et eorum alteri diutius viventi,—baroniam de Mortoun cum castro ejusdem, vic. Drumfres;—quam et quod idem Jac. apud castrum de Edinburgh personaliter resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme, apud Mortoun:—TEST. Wil. de Creichtoune cancellario, Alex. de Levingstoun dom. de Calentare, Wil. de Cranstoune, Joh. de Cokburne, militibus, M. Ricardo de Crag vicario de Dunde clerico regis:—Apud Edinburgh, Feb. 26, 1439[1]]:—Et rex voluit dictam confirmationem perpetuis temporibus futuris inviolabiliter conservari:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 6.

326. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX de sui concilii deliberatione matura de novo ratificavit et confirmavit cartam ipsius quond. JACOBO domino de DALKEITH, concessam, &c.,—*ut in carta* 208:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 7.

327. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX, cum sui concilii deliberatione matura, concessit WILLELMO EPISCOPO GLASGUENSI, heredibus ejus et assignatis,—pro cordiale affectione et singulari favore quem erga ipsum gessit et pro ejus fideli concilio et gratuitis servitiis regi multipliciter impensis,—tenementum in burgo de Strivelyne in vico nuncupato vulgariter *Southgate* ex parte australi ejusdem, inter terram quond. Thome Baxter ex parte una, et terram Duncani Andersoun ex parte altera;—quod tenementum ad manus regis devenit ratione forisfacture Rob. de Levingstoune:—TEST. 57. 6. 109. 98. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 8.

328. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO LE HAY connestabulario Scotie—terras de Ensira, et piscaturam ejusdem, vic. Perth;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. et Beatrice sponse ejus et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. 106. 57. 116. 31. 98. 111. 124. 122. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 9.

329. Apud Edinburgh, 20 Mar.
REX constituit et deputavit Magistrum NICHOLAUM DE OTTIRBURNE consiliarium et secretarium suum, et JOHANNEM DE DALRYMPILL mercatorem suum, conjunctim et divisim et eorum quemlibet in solidum—procuratores suos speciales ad petendum, exigendum et recipiendum a Philippo Duce Burgundie, &c., summam 20,000 scutorum (vel aliqua ipsius parte)[2] de moneta in regno Francie cursum habente, regi solvenda primo die mensis Aprilis proxime futuro, tanquam in secundo termino in parte solutionis dotis cum consorte sua Scotie Regina regi promisse; ac cum potestate pro dicta summa nomine regis quittantias &c., dandi. iv. 90. (i.)

ANNO DOMINI 1450. ANNO REG. 14.

330. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX constituit et ordinavit Magistrum ANDREAM DE DURISDERE, decanum Aberdonensem clericum et conciliarium

[1] See *ante* No. 224. The date in that charter is two days later and there are two witnesses more.

[2] These words occur in another charter of similar tenor, which occurs in the Register immediately after the one given in the text iv. 90 (ii).

regis, suum procuratorem ad sua et regni sui negotia solicitanda in curia Romana apud Sanctissimum Patrem Nicholaum Papam V. iv. 88.

331. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX concessit JOHANNI DE DRUMMONDE, heredibus ejus et assignatis,—terras de Douchlasche et de Petharry, vic. Perth;—quas Tho. de Builly rector de Creif resignavit:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 10.

332. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX confirmavit cartam Georgii domini de Setoun et de Langnudre militis,—[qua concessit Domine KATERINE DE SETOUN relicte quond. D. Joh. de Setoun dom. ejusdem, avi dicti Geo.,—terras illius tenandrie sue husbandie 6 marcarum et 40 den., in qua tunc habitabat Joh. de Galaway, in villa et territorio de Langnudre, ex parte orientali rivoli de Langnudre in conestabularia de Hadingtoune, vic. Edinburgh;—in excambium pro ejus rationabili tertia parte terrarum de Lowstoun et Kynwed, vic. Perth:—TENEND. dicte Katerine pro toto tempore vite ejus, sicut et omnes alie tertie ejus tente fuerunt, a dicto Geo., de rege, in liberum excambium:—TEST. Joh. de Sancto Claro de Hirmandstoun, Alex. de Setoun, armigeris, Tho. Gibsoun, et D. Marco de Wellis publico notario:—Apud Setoun, Jun. 20, 1449]:—TEST. 106. 6. 109. 112. 110. 113. 108. 114. 115. iv. 11.

333. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX confirmavit ROBERTO CREICHTOUN DE SANCHQUHARE militi, et heredibus ejus et assignatis,—terras de Houthwate, Stanyris, Knokkis, Twathtwatis, 5 mercatas terrarum de Wamfra, 1 merc. terrarum in villa de Meffat, in dominio Vallis Anandie, vic. Drumfres;—quas idem Robertus personaliter resignavit:—FACIEND. annuatim tres sectas curie apud Lochmabane:—TEST. 106. 6. 109. 98. 112. 110. 108. 114. 115. iv. 12.

334. Apud Edinburgh, 1 Apr.
REX concessit GEORGEO DE CREICHTOUN de Carnis, militi, admirallo Scotie, et ejus assignatis,—terras de Burnetoun, vic. Edinburgh, ac etiam de Le Wra, vic. Lynlithqw;—quas Nich. de Borthwic resignavit:—TEST. 106. 6. 109. 98. 112. 110. 108. 114. 115. iv. 13.

335. Apud Edinburgh, 1 Apr.
REX concessit NICHOLAO DE BORTHWIC et heredibus ejus,—terras de Lany, vic. Edinburgh;—quas Geo. de Creichtoun de Carnis, admirallus Scotie personaliter resignavit:—TEST. 106. 6. 98. 112. 110. 108. 114. 115. iv. 14.

336. Apud Edinburgh, 7 Apr.
REX concessit WILLELMO DOMINO CREICHTOUNE cancellario, heredibus ejus et assignatis,—terras de Caprostoun, vic. Peblis;—quas Jac. dom. Frendracht, Wil. de Cranstoun de Craling filius et heres apparens Tho. de C. de eodem et Jac. Kyngisee apud monasterium S. Crucis de Edinburgh personaliter resignaverunt:—REDDEND. annuatim unum den. argenti apud Caprostoun, nomine albe firme:—TEST. 106. 98. 109. 112. 133. 113. 127. 108. 114. 115. iv. 15.

337. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam David II. Scotorum Regis,—qua confirmata est alia carta confirmationis per Robertum I. patrem ejus facta super tertiam cartam per David I. Regem,—(qua tertia carta dictus David, regali auctoritate, assensu Henrici filii sui et episcoporum regni sui, comitum quoque baronumque confirmatione et testimonio, clero etiam acquiescente et populo, divino instinctu concessit ECCLESIE SANCTE CRUCIS EDWYNESBURGENSI, et canonicis regularibus in eadem Deo servientibus in perpetuam elemosinam,—ecclesiam scilicet castelli cum omnibus appenditiis et rectitudinibus ejus et examine duelli aque et ferri calidi, quantum ad ecclesiasticam dignitatem pertinent;—cum Salectuna per ejus rectas divisas;—et ecclesiam S. Cuthberti, cum parochia et omnibus rebus que eidem ecclesie pertinent, et cum Kirktoun per rectas divisas ejus, et cum terra

in qua ecclesia sita est, et cum alia terra que sub castello jacet, viz., a fonte qui oritur juxta angulum gardini regis, per viam qua itur ad ecclesiam S. Cuthberti et ex alia parte sub castello usquequo pervenitur ad unam craggam que est sub eodem castello versus orientem,—et cum duabus capellis que ad eandem ecclesiam S. Cuthberti pertinent, scilicet Corstorphyne, cum duabus bovatis terre et sex acris, et illa capella de Libertoune cum duabus bovatis terre, et cum omnibus decimis et rectitudinibus, tam de vivis quam de mortuis de Legbernarde, quas Makbetbere eidem ecclesie dedit;—concessit etiam ecclesiam de Erth, cum terra que ad eandem ecclesiam pertinet et cum terra quam rex ei augmentavit et dedit, sicut ministri sui et probi homines perambulaverunt et tradiderunt Alvino abbati, cum una salina in Herth et 26 acris terre, quam ecclesiam et terram prenominatam voluit ut canonici S. Crucis tenerent in perpetuum;—et prohibuit ne aliquis canonicos sive homines eorum qui in eadem terra manent, injuste gravaret aut disturbaret, neque aliquis operationes sive auxilia sive consuetudines seculares injuste ab eis exigeret:—voluit etiam ut iidem canonici haberent libertatem molendini faciendi in eadem terra; et ut haberent in Erth omnes consuetudines, &c., viz. in aquis, in piscationibus, in pratis, in pascuis et in omnibus aliis necessariis rebus, sicut melius habuerunt die illa qua illam habuit rex in suo dominio; et Broctunam cum ejus rectis divisis; et Inverleith illam que vicinior est portui cum rectis divisis ejus, et cum ipso portu, et cum medietate piscationis et cum tota decima totius piscationis que ad ecclesiam S. Cuthberti pertinet, et Petindreiame cum ejus rectis divisis, et Hamer et Fordame cum rectis &c., et hospitale cum una carucata terre, et 40 sol. de burgo regis de Edinburgh singulis annis, et redditum 100 sol. singulis annis ad adindumenta canonicorum de cano regis de Perth, et hoc de primis navibus que negotiationis causa venerint ad Perth; et si forte non venerint, concessit prefate ecclesie de redditu suo de Edinburgche 40 sol., et de Strevylyne 20 sol., et de Pertht 40 sol., et unum toftum in Strevylyne, et tractum unius retis ad piscandum, et unum toftum in burgo suo de Edinburgche, liberum et quietum ab omni consuetudine et exactione, et unum toftum in Berwic, et tractum duorum retium in Schipwele, et unum toftum in Renfrew 5 particarum, et tractum unius retis ad salmones et ibi piscari ad allecia libere:—et prohibuit ne aliquis inde a dictis canonicis sive ab hominibus eorum aliquas consuetudines exigeret:—concessit etiam rex prefatis canonicis de camera sua singulis annis 10 lib. ad luminaria ecclesie et ad operationes ejusdem ecclesie, et ad reparationes ejusdem operationum in perpetuum: precepit etiam rex omnibus ministris suis et forestariis de Strevylynsire et de Clacmanant quod abbas et conventus haberent liberam potestatem in omnibus nemoribus regiis et forestis, capiendi tantum de materia quantum eis placuerit et voluerint ad edificationem ecclesie eorum et domorum ad quelibet negotia facienda; et quod homines eorum qui ad eorum negotia in eisdem nemoribus materiam capiunt regiam, firmam pacem haberent itaquod non permitterentur in aliquo disturbari; et porcos dominicos supradicte ecclesie in omnibus nemoribus regiis, concessit esse quietos de pagnadio:—concessit etiam medietatem sepii et uncti et corriorum de occisa de Edinburgche, et decimam de omnibus cetis et marinis beluis que regi evenerint ab Alvyn usque ad Colbranddispad, et decimam omnium placitorum regiorum et lucrorum ab A. ad C. et medietatem regie decime de cano regis, et de suis placitis et lucris de Kentire et de Errogeil, et omnes pelles arietinas et omnes agninas de castello et de Lynlythqw que moriuntur de suo dominio, et 8 celdras de braseo, 8 de farina, et 30 carratas de Busche de Libertoune et unum de molendinis regis de Dene, et decimam molendini de Libertoun et de Dene, et novi molendini de Edynburgche et Cragenimarffis, quantum inde rex habuit in suo dominio, et quantum Uviethe Albus eis de eodem Craggo in elymosinam dedit:—concessit etiam eis herbergare quoddam burgum inter eandem ecclesiam et suum burgum;—et concessit

ut burgenses eorum haberent communionem vendendi res suas venales et emendi in foro regis, libere, absque calumpnia et consuetudine sicut regis proprii burgenses;—et prohibuit ne aliquis in burgo eorum panem vel cervisiam aut pannum vel aliquid venale caperet per vim, aut sine voluntate burgensium;—concessit etiam canonicos esse quietos de tholoneo et de omni consuetudine in omnibus burgis regis, et per totam terram suam, scilicet de omnibus rebus quas ement vel vendent;—et prohibuit ne aliquis caperet pandum super terra S. Crucis, nisi abbas ejusdem loci rectum et jus facere recusaverit:—voluit autem ut omnia prescripta ita liberaliter et quiete tenerent, sicut rex proprias suas terras possidebat:—et voluit ut abbas curiam suam ita libere &c., haberet sicut Episcopus S. Andree et Abbas de Dunfermlyne et Abbas de Kelcow curias suas habebant:—TEST. Rob. episc. S. And., Joh. episc. Glasguen., Henrico filio regis, Wil. nepote regis, Edwardo cancellario, Herberto camerario, Gillymychale comite, Golpatricio (Gospatricio) fratre Delphyni, Rob. de Monteacuto, Rob. de Burnevyl, Petro de Bruse, Normanno vicecomite, Oggu, Leysing, Gilise, Wil. de Grahame, Turstano de Crychtoune, Vleino archidiacono, Lelfrino (Aelfrico) capellano, Walerano capellano;—[circa 1147]):—TEST. (carte confirmationis Rob. I) Wil. episc. S. Andree, Wil. episc. Dunkelden., Bernardo Abbate de Abirbroth. cancellario, Tho. Ranulphi com. Moravie dom. Vallis Anandie et Manne, Walt. Senescallo Scotie, Jac. dom. de Douglas, Joh. de Mentethe, Gilb. de Haya constabulario Scotie, Rob. de Keth marescallo Scotie, Alex. de Setoun, militibus:—Que dicta carta David II. memorat regem voluisse, ut omnes terras predictas, dicti canonici haberent, in liberam regalitatem cum plena administratione ejusdem in omnibus,—et quod dicti abbas et conventus haberent capellaniam capelle regie, itaquod abbas qui pro tempore fuerit foret capellanus regis principalis, &c.:—TEST. (carte confirmationis Dav. II.), Wil. episc. S. And., Rob. Senescallo Scotie nepote regis, Duncano com. de Fyfe, Joh. Ranulphi com. Moravie dom. Vallis Anandie et Manne, Pat. de Dunbar comite Marchie, Mauricio de Moravia, Malcolmo Fleming, Tho. de Carnoto cancellario, militibus:—Apud Villam de Ayre, Jun. 6, a. r. 14]:—NECNON Rex confirmavit cartam confirmationis Rob. III. regis Scotorum,—[qua confirmavit cartam ejusdem tenoris per David II. factam apud Monasterium de Dunfermlyne, Dec. 30, a. r. 14.:—TEST. ut in carta ejusdem David supradicta, facta apud villam de Ayre:—TEST. (carte dicti Rob. III.) Walt. S. And., et Matheo Glasguen., episcopis, Rob. com. de Fyfe et de Menteth fratre regis, Arch. comite de Douglas dom. Galwidie, Jac. de Douglas dom. de Dalketh, Tho. de Erskyne, militibus, Alex. de Cokburne de Langtoune custode magni sigilli;—Apud Edinburgche, April 4, a.r. 1 (1391)]:—TEST. 106. 57. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 238.[1]

338. Apud Edinburgch, 20 Apr.

REX confirmavit cartam confirmationis David II. factam apud Dunfermlyne, Dec. 30, a. r. 14,—[qua confirmavit cartam patris sui Rob. I. que tali modo confirmat cartam David I.—(in qua carta dictus David I. concessit ECCLESIE S. CRUCIS DE EDWYNESBURGENSI,—ecclesiam castelli, &c., ut in carta 337 ad longum recitatur):—TEST., &c., singularum prefatarum cartarum ut in eadem carta]:—TEST. 106. 57. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 239.[2]

339. Apud Edinburgch, 20 Apr.

REX confirmavit cartam David II. regis Scotorum,—[qua concessit abbati et conventui MONASTERII SANCTE CRUCIS DE EDINBURGCH, quia a prima fundatione ejusdem monasterii fuerunt in plena possessione in feodo inveniendi regibus Scotie capellanum perpetuum in capella regia, &c.,—quod dictam capellaniam capelle regis cum omnibus ejus pertinentiis haberent et possiderent:—TEST. Rob. Senescallo Scotie nepote regis, Duncano com. de Fyffe, Patricio de Dun-

[1] The original charter is in the possession of the City of Edinburgh.

[2] The original charter is in the possession of the City of Edinburgh.

bar com. Marchie, Malc. Flemynge, Tho. de Carnoto cancellario, militibus :—Apud Dumbertane, Dec. 10, a.r. 14] :—TEST. 106. 57. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 240.

340. Apud Edinburgh, 23 Apr.
REX, pro singulari favore, zelo et dilectione quos erga Willelmum comitem de Douglas, &c. gessit, et propter ejus grata et fidelia servitia, &c., fecit VILLAM DE STRATHAVANE, vic. Lanark, liberum burgum in baronia :—concessit etiam tenentibus et inhabitantibus ejusdem plenam potestatem vendendi et emendi in ipso burgo, &c.,—ac etiam ut in dicto burgo haberent crucem et forum die Dominica singulis ebdomadis et nundinas publicas singulis annis in perpetuum in festo Beati Laurentii Martiris et per octavas ejusdem. iv. 18.

341. Apud Edinburgh, 24 Apr.
(REX confirmavit cartam) . . . . .
[(qua) . . . . TEST. Tho. de Cranstoune, Wil. de Libertoune, Lanceloto de Abernethi, Joh. de Dalrympill, Simone de Schele, Andrea Bel, Joh. Swyft, Tho. Clerc, burgen. de Edinburghe, unacum sigillo Pat. de Cokburne tunc prepositi de Edinburgh :—Apud Edinburgh, Jul. 31, 1447] :—TEST. 106. 57. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 122. (iii).[1]

342. Apud Edinburgh, 24 Apr.
REX concessit abbati et conventui MONASTERII SANCTE CRUCIS DE EDINBURGCH—illas terras regias vulgariter vocatas *le Kingis Inche* in dominio de Bothkennar, vic., Strevylyn, inter terras dictorum abbatis, &c., ex parte una et terram de West Kers et aquam de Caroun ex parte altera,—in excambium pro terris dictorum abbatis, &c., in villa de Leith, in baronia de Restalrige, alias per dictos abbatem &c., quond. Jac. I. progenitori regis concessis et alienatis ;—quas terras de le Inche, rex univit et incorporavit regalitati baronie de la Kers dicto conventui pertinenti ; quas etiam terras prefato abbati, &c., amortizavit et ad manum mortuam pro perpetuo concessit :—SALVIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum : —TEST. 106. 57. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 241.

343. Apud Edinburgh, 25 Apr.
REX concessit DAVID DE LAWDER, avunculo Rob. de L. de Edringtoune, et MARIOTE sponse dicti Dav.—terras de Popill, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—quas dictus Rob. in manus regis tanquam comitis Marchie personaliter resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Mariote et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis de corpore dicti Dav. legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque : — REDDEND. annuatim regi tanquam comiti Marchie duo paria calcarium deauratorum apud Popill, ad festum Beati Michaelis archangeli, nomine albe firme :—TEST. 106. 6. 109. 98. 112. 133. 113. 114. 115. iv. 19.

344. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REX—attendens perpendensque grata obsequia, labores et servitia, quondam genitori suo et sororibus suis Dalphine Viennensi ac Ducissis Britanie et Austrie, ceterisque sororibus suis amantissimis, per Willelmum Monypenny militem, sincere dilectum gratanter impensa, &c.,—concessit dicto WILLELMO MONYPENNY, — terras vocatas Hallis de Erth, vic. Striveline ;—quas rex terras de Monypenny perpetuis futuris temporibus nuncupari voluit et in liberam baroniam incorporavit :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et heredibus suis libere reversuras : —REDDEND. unam rosam rubeam in festo nativitatis Beati Joh. Bap. nomine albe firme :—TEST. 57. 106. 116. 117. 6.

[1] Three entries in the Register are numbered 122. The first is cancelled and unfinished. It is the confirmation by the King of a charter of Patrick Ogilvy of Uchtirhous granting to his brother Walter of Peuforte the office of sheriff of Forfar and Banff. The second entry is given in full under No. 320 in this volume and the third is the one above quoted.—The whole of the first part of the charter is missing from the Register.

98. 111. 124. 123. 133. 112. 113. 114. 115. iv. 37.[1]

345. Apud Edinburgh, 1 Maii.

REX fassus est se recipisse a serenissimo principe PHILIPPO, DUCE BURGUNDIE, Lothringie, Brabantie et Limburgie, comite Flandrie, Arthesie et Burgundie, ac confederato regis amantissimo — summam 20,000 scutorum monete Francie, in secundo termino solutionis dotis regi cum consorte sua Regina Scotie promisse :—et de qua summa dictum principem quietum clamavit. iv. 89.

REX confirmavit JOHANNI MAXWEL de Caldorwod,—terras baronie de Fynlaustoun, et terras de Stanle, vic. Renfrew;—quas idem Joh. personaliter resignavit,—et quas terras de Stanle, rex baronie de F. univit et annexavit :—TENEND. dicto Joh. et Mergarete ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—FACIEND. communem sectam ad curias vicecomitatus de Renfrew, &c. :—TEST. 106. 6. 111. 38. 133. 128. 126. 134. 129. 130. 114. 115.

iv. 129.[1]

405. Apud Edinburgh, 18 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Berclay dom. de Kippon,—[qua assedavit et ad feodifirmam dimisit Magistro THOME RAMSAY canonico Dunkeldensi—terras de Murtoune, infra parochiam de Lucheris, vic. Fiffe :—TENEND. dicto Tho. et ejus assignato vel assignatis et eorum heredibus quibuscunque :—REDDEND. annuatim 13 sol. 4 den. monete Scotie :—TEST. M. Tho. Logy canonico capelle regie, canonico Universitatis S. Andree pro tempore, Alex. Ramsay de Petcrovy, David Berclay, scutiferis, et Joh. Polowe :—Apud S. Andream, 3 Jul. 1450]: —TEST. 106. 5. 109. 133. 71. 129. 114. 115. iv. 128.

406. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REX assedavit et ad firmam dimisit JOHANNI DE ARNOT et JONETE DE LUNDY sponse ejus—terras de le Cotelandis de Largo, in comitatu de Fiffe, vic. ejusdem, — exceptis le *Bailyelandis*, le *Serjandlandis* et terra quam tunc habebat Tho. Broune;—assedavit etiam dictis Joh. et Jon. molendinum de Largo ;—insuper concessit licentiam construendi in terris regis de Stanelaw molendinum dictum *Wyndmyln* ad ipsorum commodum,—pro cujusquidem molendini constructione concessit iisdem unam acram in dictis terris de Stanelaw :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—REDDEND. annuatim pro dictis cotagiis et dicto *Wyndmilne* 6 lib., et ad festum B. Martini annuatim 2 bollas farrine avenatice et 28 pultria : — et pro molendino vocato *Wattermylne* ad festum Pentecostes 40 sol. et ad festum B. Martini 20 bollas ordii et 24 capones, ac alia servitia debita, &c. :—TEST. 106. 6. 109. 133. 126. 71. 70. 112. 129. 114. 115. iv. 130. et 260. (i.)

407. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX confirmavit JACOBO DE BALBIRNY et KATERINE sponse ejus—terras de Balbirny in villa ejusdem, in comitatu de Fiffe, vic. ejusdem ;—quas idem Jac. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Kat. et eorum alteri diutius viventi, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque, de rege tanquam comite de Fiffe :—TEST. 106. 6. 138. 133. 126. 129. 114. 115.

iv. 134.

408. Apud Edinburgh, 15 Jan.

REX confirmavit cartam Johannis de Maxwell dom. de Caldorwod et de Achincloch militis,—[qua concessit WALTERO LE GRAHAME de Walastoun et heredibus ejus, pro ejus servitiis, &c.,—terras de Achincloch, Hiltoun et Haldinarag (Aldinarag), in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane :—TENEND. a dicto Joh. et heredibus ejus de domino superiore comite de Levenax :—RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum Mariote Stewart comitisse Angusie matri dicti Walt. :—TEST. Rob.

---

[1] *Note in Register.*—Carta suprascripta renovatur in eadem forma de data 3 Aprilis 1454, a.r. 18 (*vide postea*, No. 599).

de Dalzel de eodem, David Cambel fratre germano vicecomitis de Are, Alex. de Lekprewikk de eodem, Joh. de Blakfurde, scutiferis, et D. Joh. de Ladlaw capellano notario publico :—Apud Dowald, Dec. 31, 1450]:—TEST. 106. 6. 133. 129. 114. 115. iv. 131.

409. Apud Edinburgh, 15 Jan.
REX confirmavit cartam Malcolmi Ramsay de Panbride,—[qua concessit DAVID DEMPSTARE de Caraldstoun et heredibus ejus, pro ejus concilio et auxilio, &c.—dimediam partem terrarum de Petforky, infra dominium de Brechin, vic. Forfare :—TEST. Joh. Skrymgeour milite, Alex. Grahame, David Heris de Dery, et M. Joh. Ydill notario publico:—Apud Dunde, Nov. 17, 1449] :—TEST. 106. 6. 133. 126. 129. 114. 115. iv. 132.

410. Apud Edinburgh, 15 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri de Crawmonde de eodem, &c.,—[qua vendidit et alienavit WILLELMO DE CARREBERIS burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Clarbarstoune in dominio de Crawmonde-Regis, vic. Edinburgh, pro certa summa pecunie dicto Alex. premanibus persoluta :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : —TEST. Alex. Napare rotulorum domini regis computatore, Rob. de Balmanoch de Dunde, Joh. Lamb thesaurario de Edinburgh, Joh. Carnis de Crawmonde, Joh. Howisoun, Jac. Howisoun filio ejus, Adam de Brounhill burgensi de Edinburgh, Wil. de Dunhop serjando dicti Alex. de C., Rob. Michaelis et David Rede, notariis publicis: —unacum sigillo M. Alexandri Guthry de Dunde :—Apud Edinburgh, Jan. 13, 1450]:—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 106. 6. 129. 114. 115. iv. 133.

411. Apud Edinburgh, 17 Jan.
REX concessit JOHANNI LE ROSSE de Haukhede militi, et heredibus ejus,—terras de Tarbart, vic. Are, necnon terras de Auchinbak, vic. Renfrew ;—quas Robertus Rosse de Tarbart, apud monasterium S. Crucis de Edinburgh per suos procuratores resignavit :—TEST. 106. 6. 133. 126. 129. 114. 115. iv. 135.

412. Apud Are, 13 Feb.
REX confirmavit GILBERTO KENEDY de Dunnure consanguineo suo,—custodiam castri regis de Lochdune, ac terras vulgariter nuncupatas *le Pennylandis*, custodie dicti castri pertinentes ;—quas idem Gilbertus personaliter resignavit:—TENEND. dicto Gilberto et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et heredibus suis libere reversuras :—FACIEND. onera necessaria ad custodiam dicti castri pertinentia :—TEST. 106. 6. 126. 129. 114. 115. iv. 180.

413. Apud Are, 13 Feb.
REX concessit JOHANNI KENEDY filio et heredi apparenti Henrici K. de Bennane, et heredibus ejus,—terras de Bennane, et de Dalregane, in comitatu de Carric, vic. Are, unacum officio serjandi dicti comitatus ;—quas dictus Henricus resignavit :—RESERVATO dicto Henrico libero tenemento dictarum terrarum et post ipsius decessum rationabili tertia parte earundem ejus sponse :—TEST. 106. 6. 126. 129. 114. 115. iv. 181.

414. Apud Are, 13 Feb.
REX confirmavit GILBERTO KENEDY de Dunnure consang. suo,—quod ipse Gilbertus et heredes sui masculi essent caput totius progeniei sue tam in calumpniis quam in aliis articulis et negotiis ad *Kenkynoll* pertinere valentibus ; unacum officio ballivi comitatus de Carric et hominum ipsius ductione et cum armorum ostensione in omnibus, sub comite de Carric qui pro tempore fuerit ;—que idem Gilb. personaliter resignavit :—TEST. 106. 6. 126. 129. 114. 115. iv. 182.

415. Apud Are, 13 Feb.
REX confirmavit GILBERTO KENEDY de Dunnure consang. suo,—terras de Cassillis, et de Giltre, unacum terris de duabus Kylmoris, in comitatu de Carric, vic. Are ;—quas idem Gilb. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Gilb. et heredibus ejus masc. de corpore legitime

procreatis, quibus deficientibus, Tho. K. de Kyrkoswald et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Gilberto K. Davidsoun et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., personis in antiquis cartis cum dicto Gilberto K. de Dunnure remanentibus specificatis et talliatis, in liberam baroniam :—TEST. 106. 6. 126. 129. 114. 115.
iv. 183.

416. Apud Are, 13 Feb.
REX confirmavit GILBERTO KENNEDY de Dunnoure consang. suo,—terras de Dunnoure cum castro ejusdem, ac terras de Garvane et de Glennop, in comitatu de Carric, vic. Are ;—quas idem Gilb. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Gilberto et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, personis in carta confirmationis regis apud dictum Gilb. remanente, specificatis et talliatis, de rege, tanquam comite de Carric, cum pascuis, &c., unacum donatione capelle de Monyboile :—REDDEND. annuatim apud ecclesiam de Are unum par calcarium deauratorum, nomine albe firme : —TEST. 106. 6. 126. 129. 114. 115.
iv. 184.

417. Apud Lanark, 16 Feb.
REX confirmavit ROBERTO COLEVILE de Ochiltre, militi, et CRISTIANE DE CREICHTOUN sponse ejus, filie Rob. de C. de Sanchare militis,—terras baronie de Uchiltre, vic. Are, terras baronie de Oxiname, terras de Hetoune, terras de Maxtoune, vic. Roxburgh ;—quas idem Rob. Colevile resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Crist. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque :—TEST. 106. 6. 109. 38. 112. 114. 115.
iv. 185.

ANNO REGNI 15. ANNO DOMINI 1450.

418. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX, pro singulari favore, zelo ac dilectione quos gessit erga ipsum, concessit GEORGEO DE CREICHTOUN de Carnis, militi, admirallo regis, et ejus assignatis,—terras baronie de Tybbris, vic. Dumfres :—TEST. 106. 6. 109. 133. 38. 112. 114. 115.
iv. 242.

419. Apud Edinburgh, ult. die Feb.
REX concessit WALTERO SCOT de Kirkurde militi et heredibus ejus, pro ejus homagio et servitiis, &c.,—terras de Ekfurde, vic. Roxburgh :—TEST. 106. 6, 109. 38. 133. 128. 129. 114, 115.
iv. 243.

420. Apud . . . . . .
REX concessit SIMONI DE GLENDUNEWYN militi et heredibus ejus, pro ejus homagio et servitiis,—20 lib. terrarum in baronia de Alde-Roxburgh, vic. Roxburgh . . . . . (*cetera desunt*) iv. 244.

421. Apud Edinburgh, ult. die. Feb.
REX confirmavit cartam per se alias factam, —[qua concessit WILLELMO DOMINO CREICHTOUN cancellario heredibus ejus et assignatis,—terras de Castellaw, vic. Edinburgh].
iv. 34. (ii).[1]

422. Apud Edynburgh, ult. die. Feb.
REX confirmavit cartam per se alias factam, —[qua concessit ANDREE KER de Altoburne et heredibus ejus,—terras de Cattiscluch in baronia de Herbertschyre, vic. Strivelin].
iv. 51. (ii).[2]

423. Apud Edynburgh, 1 Mar.
REX confirmavit cartam per se alias factam, —[qua concessit STEPHANO SCOT et heredibus ejus,—terras de Murehous, vic. Edinburgh].
iv. 28. (ii).[3]

424. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX confirmavit cartam per se alias factam,

[1] As a memorandum in Register. *Vide* No. 363.
[2] As a memorandum in Register. *Vide* No. 374.
[3] As a memorandum in Register. *Vide* No. 356.

—[qua concessit STEPHANO SCOT et heredibus ejus,—terras de Castelcary et de Weltoune, vic. Striveline.] iv. 29. (ii).[1]

425. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX confirmavit ALEXANDRO NAPARE computorum rotulatori, et ELIZABETH sponse ejus—terras de Philde, in dominio de Methven, vic. Perth; —quas idem Alex. apud monasterium S. Crucis de Edinburgh personaliter resignavit:—Tenend. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—Reddend. unum denarium argenti, nomine albe firme:—Test. 106. 6. 109. 133. 112. 114. 115. iv. 137.

426. Apud Edinburgh, 15 Mar.
REX confirmavit cartam Johannis de Abircrumby de Balcormow,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ANDREE RAMSAY civi civitatis S. Andree, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 5 mercarum de terris de Balcormow, in baronia de Abircrumby, vic. Fyffe:—Test. David de Abircrumby, David Prest, Wil. Strang de Balcasky, Joh. de Balglavy capellano:—Apud S. Andream, Feb. 9, 1450]:—Test. 106. 6. 109. 110. 126. 129. 112. 114. 115. iv. 136.

427. Apud .... 22 Mar.
REX de novo confirmavit JONETE sponse quondam Jacobi Domini DE DALKETHE —cartam suam de terris de Quhittingeame, vic. Edinburgh—("que in Registro ex antiquo habetur ad longum.") iv. 191.[2]

428. Apud ..... Mar. 22.
REX de novo confirmavit JONETE sponse quondam Jacobi Domini DE DALKETHE —cartam suam de baronia de Mortoune et castro ejusdem, vic. Drumfres—("que in Registro ex antiquo habetur ad longum.") iv. 192.[3]

429. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX—quia in Monasterio de Dunfermlyne, non tantum sacratissima pignora gloriosissime ac clarissime progenitricis sue Beate Margarete Regine, venerabiliter requiescunt, verum etiam quam plurima corpora progenitorum suorum, regum Scotorum inibi decentissime sunt sepulta, &c.,—ratificavit et confirmavit omnes concessiones, donationes, &c. infrascriptas, dicto MONASTERIO DE DUNFERMLYNE ac abbati et conventui ejusdem, et eorum successoribus factas et concessas;—Imprimis, Dona Regis Malcolmi I. et Regine ejusdem beate Margarete dona subsequentia preponendo hec scilicet, Parcy, Blaklaw, Petbachly, Petcorthy, Petlyver, Bolgy, schiram de Kirkaldy, Inveresk-minorem: —Dona Duncani Regis, duas villas nomine Luskyr:—Dona Edgari Regis, schiram de Gellalde:—Dona Etheldredi, Halis:—Dona Alexandri Regis I., Primrosse, schiram de Gaytmylk:—Dona Sibille Regine, Breth:—Dona David I. Regis, Dunfermlyne citra aquam in qua monasterium situatur, Kyngorne que propinquior est Dunfermlyne cum ejus appenditiis, Fode, Inveresk-majorem et molendinum ac piscaturam, et Carbarrin ac ecclesiam de Inveresk, et Wemoth cum ejus rectis divisis, ac Fothris, juxta S. Andream, etiam cum ejus divisis, Petyhochir, et schiram de Nethbrin cum ejus appenditiis, Balbarde et Balcristin cum eorum rectis divisis, unam mansuram in Berwik, aliam in Roxburgh, tertiam in Hadingtoune, quartam in Edinburgh, quintam in Linlithqw, sextam in Strivelyng, et in eadem villa duas ecclesias, et unam carucatam terre que adjacet ecclesie de Strivelyne que tunc vocabatur Southfelde, et omnem decimam dominiorum regis in frugibus et animalibus, ac in piscibus et etiam in denariis, et mansiones Rogeri presbiteri, unum rete et dimedium, et unam mansionem in burgo de Perth, et ecclesiam ejusdem, ac capellam de Castello, et unam mansionem que pertinebat dicte ecclesie, octavam partem de omnibus placitis et lucris de Fiffe

[1] As a memorandum in Register. *Vide* No. 353.

[2] As a memorandum in Register.

[3] As a memorandum in Register.

et de Fothrik; et ut haberent abbas et monachi dicti monasterii, in foresta de Clakmanane, omnia necessaria ad ignem et edificia sua et hominum suorum; ac etiam de selchis que ad Kingorne capientur, postquam decimati fuerint, omnes septimos haberent; et in Berwico, tractatum de Aldstell, et omne quod juste ei pertinet; nec aliquod namum caperetur super terram vel super homines dicti monasterii, pro forisfacto alicujus nisi pro proprio forisfacto ipsorum; et quod juste redderentur dicto monasterio, omnes ejus Cumyrlauch cum tota eorum pecunia ubicunque inveniretur; et ut haberent omnes homines suos cum omni pecunia eorum in cujuscunque terra fuerint, qui fuerunt in terris suis, die qua fuerunt ablati; et ut dicti abbas et conventus haberent per totum regnum Scotie tolloneum quietum, de cunctis rebus quas mercati fuerint, ad propria eorum necessaria; et ut haberent passagium et navem de Inverkeithin, et quandam piscaturam apud Perth, libere et quiete:—Dona Regis Malcolmi II.,—Mastertoune cum ejus rectis divisis et 23 jugera terre et quoddam pratum prope Dunfermlyne; et quodcunque cete ex parte Scotie applicuerit vel captum fuerit, totum capud preter linguam eidem monasterio remaneret; et dimedietatem totius sanguinis omnium cetuum que capiuntur inter Forth et Taye ad luminaria coram altaribus ecclesie de Dunfermlyne; et quod omnes homines eorundem essent liberi ab omni operatione pontium et castellorum et omnium aliorum operum; et ecclesiam S. Trinitatis Dunkelden. cum terris ad illam pertinentibus et cum aliis rectis pertinentiis ejus; et unum toftum in Edinburgh quod Robertus de Lundoneis habuit; et unum plenarium toftum cum crofta in villa de Clakmanan:—Ex dono vero Regis Willelmi,—redditum 100 solidorum de firma burgi de Edinburgh, quos dedit in die exequiarum fratris sui Regis Malcolmi; ac 20 acras terre:—Dona vero Regis Alexandri II.,—schiram de Dolare per ejus rectas divisas in liberam forestam; ac terras de Gask; et terras de Smetoune juxta Mussilburgh; ac terras de Bethwaldefe et de Beth occidentali;—De dono vero Regis Roberti I.,—le Feryfelde juxta Inverkeithin cum pertinentiis; cok(e)tam cum nova magna custuma tam de burgis de Dunfermlyne, Kirkcaldy, Mussilburgh et Passagio Regine, quam de omnibus terris regis aliis infra regnum Scotie quibuscunque; necnon 5 marcas sterlingorum annuatim percipiendas de firmis burgi de Inverkeithing per manus ballivorum dicti burgi:—et omnia autem sicut prenominata sunt que a prefatis progenitoribus Regis (Jac. II.) dictis ecclesie et monasterio concessa fuerunt et confirmata sicut in autenticis eorum scriptis continentur; Rex etiam, dicto monasterio, &c., de novo concessit et in perpetuum confirmavit terras de Ardlory, vic. Kynros, quas, cum esset minor annis, Rex Ricardo abbati prefati monasterii concesserat ad fundandam unam capellaniam in dicta ecclesia; ac illas de novo annexuit regalitati dicti monasterii; ac exonerationem comparitionis et secte faciende et gerende in curiis vic. de Fiffe et Clakmanan, ratione terrarum eorum de Loscrevoth et de Dolare; necnon declarationem quam pro dictis abbate et monasterio super perceptione octavi denarii lucrorum regis de Fiffe et de Fothrik, ac etiam renovationem super replegiatione hominum regalitatis eorum et signanter inhabitantium dictas terras de Loscrevioth et de Dolare a curiis justiciariorum, camerariorum, vicecomitum, prepositorum, ballivorum et officiariorum quorumcunque rex provide fecit:—Confirmavit etiam resignationem seu renunciationem factam per Geo. dom. de Lesly de terris de Balbarde in manibus dicti abbatis domini superioris earundem:—Test. 106. 6. 109. 110. 112. 114. 115. iv. 186.

ANNO DOMINI 1451. ANNO REGNI 15.

430. Apud . . . . 26 Mar.
REX de novo confirmavit abbati et conventui MONASTERII DE DUNFERMLYNE—terras de Ardlory, vic. Kinrosse: "que carta ex antiquo habetur in Registro ad longum." iv. 193.[1]

431. Apud . . . . . .
REX, pro zelo et singulari favore, &c.—de novo confirmavit BURGO DE PEBLIS et communitati ejusdem—infeodationes, libertates, saisinas et possessiones eis et dicto burgo per antecessores suos factas,—de firma burgali et custumis, &c., et de communibus pasturis et libero introitu et exitu, viz. de le Kingismure, de Cadmure, de Hommildoune et de Venlaw, ac de communi pastura, &c. in terris de Glencarse a solis ortu usque ad occasum ejusdem:—quia, per guerrarum discrimina et ignium incendia, carte, evidentie et singule eorum litere infeodationis predecessoribus dicte communitatis et ipsi, destructe, combuste et adnullate extiterant . . . . . (*cetera desunt*). . . . . iv. 194.

432. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Georgei domini Setoune,—[qua concessit D. WILLELMO DOMINO CRECHTOUNE cancellario Scotie, heredibus ejus et assignatis, pro ejus conciliis et auxilio, &c.—terras de Wyntoune, in baronia de Setoun, vic. Edinburgh, et constab. Hadingtoune: . . . . .] . . . . . (*cetera desunt*). iv. 195.

433. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX exoneravit abbatem et conventum MONASTERII DE DUNFERMLYNE et eorum successores ab omni comparitione et secta facienda vel gerenda in curiis vic. Fyff et Clakmanane,—ratione terrarum de Luscriviot et de Dolare, dictis abbati et conventui spectantium. iv. 198.

434. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX mandavit vicecomiti de Fyff—quatenus abbatem et conventum MONASTERII DE DUNFERMLYNE et eorum successores—de octava parte lucrorum et finium ad regiam majestatem spectantium infra vic. de Fyffe deserviri faceret. iv. 199.

435. Apud . . . . . 27 Mar.
REX de novo confirmavit HENRICO DE DEMPSTARETOUN, filio Jac. de D.—terras de Dempstarestoune, vic. Fyffe;—per dictum Jac. resignatas, et per regem dicto Hen. donatas:—"que carta in Registro ex antiquo habetur ad longum." iv. 190.[2]

436. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX concessit PATRICIO DE HALIBURTOUNE filio et heredi apparenti Joh. dom. H., et heredibus ejus,—terras baronie de Dyrltoun, vic. Edinburgh, terras de Halsyntoun, Brigeam, et Mellostane, vic. Berwik;—quas dictus Joh. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum dicto Joh., et post ipsius decessum rationabili tertia Jonete ejus sponse:—TEST. 106. 6. 109. 133. 112. 114. 115. iv. 140.

437. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX concessit PATRICIO DE HALIBURTOUN, filio et heredi apparenti Joh. dom. H., et MERGARETE DE HEPBURNE, filie Patricii de H. de Halis,—terras de Lamden, necnon dominium de Haliburtoun, vic. Berwic;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Merg. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. et heredibus ejus legitimis et propinquioribus quibuscunque:—TEST. 106. 6. 109. 133. 38. 112. 114. 115. iv. 141.

[1] As a memorandum in Register. *Vide* No. 359.

[2] As a memorandum in register. *Vide* No. 394.

438. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX confirmavit cartam Roberti de Bykkirtoune domini de Lufnois,—[qua concessit D. PATRICIO DE HEPBURNE de Waulchtoun, militi, heredibus ejus et assignatis, pro concilio et auxilio ejus, &c.,—dimediam partem terrarum de Lufnois, cum pertinentiis, tam dominicalium quam aliarum, in constabularia de Hadingtoune, vic. Edinburgh, — (castro suo de Lufnois et manerio capitalis messuagii ejusdem dumtaxat exceptis) :—TENEND. a dicto Rob. de rege :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme: —TEST. Wil. episc. Glasguen., Wil. dom. Crechtoune cancellario Scotie, Joh. dom. Lindissay de Biris, Jac. de Crechtoun camerario Scotie dom. de Frendrach, Geo. de Crechtoune de Carnis admirallo Scotie, militibus, Ricardo de Congiltoune de eodem, Adam Wauware de Stephynstoune, Joh. de Duns de Kingstoune, Pat. de Sydeserfe de eodem, Walt. de Crage de eodem:—Apud Edinburgh, Mar. 30, 1451]: —SALVIS regi wardis &c. :—TEST. 106. 6. 109. 133. 126. 129. 112. 114. 115.
iv. 188.

439. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX, pro singulari favore quem gessit erga Robertum Fleming de Bigare,—fecit VILLAM DE BIGGARE, vic. Lanark, liberum burgum in baronia :—concessit etiam tenentibus et inhabitantibus dictum burgum liberam potestatem vendendi, &c. ; —ac ut in dicto burgo crucem et forum die Jovis singulis ebdomadis haberent, &c.
iv. 221.

440. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX concessit servitori suo JOHANNI LERMONTH alias SELLARE nuncupato, pro ejus servitiis gratuitis, &c.,—terras de Blareschenach, vic. Banf, ac annuos redditus infra scriptos, viz., 4 marc. ann. red. de burgo de Culane, 36 sol. de terris de Inchebribman, 36 sol.de terris de Baldavy, 2 marc. de terris de Orde, vic. Banf :—TENEND. dicto Joh. pro toto tempore vite ejus, cum potestate dictas terras de Blareschenach inhabitandi vel assedandi, &c. :—REDDEND. 20 sol. et 10 den. tantum.
iv. 235.

441. Apud Edinburgh, 10 Apr.
REX concessit JOHANNI LANGLANDIS et heredibus ejus,—terras baronie de Wiltoune, vic. Roxburgh, necnon terras de Langlandhill, vic. Peblis ;—quas Jac. L. pater dicti Joh. resignavit :—RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum dicto Jac., et post ipsius decessum, rationabili tertia Mariote ejus sponse :—TEST. 106. 6. 109. 114. 115.
iv. 138,—203.

442. Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX concessit ALEXANRO, COMITI DE HUNTLEE et domino de Gordoune, heredibus ejus et assignatis,—terras dominii de Badzenach, unacum castro de Rothven, vic. Invernys, pro ejus gratuitis servitiis, &c. :—TENEND. in liberam baroniam :—REDDEND. unum denarium argenti apud castrum de Rothven, nomine albe firme :—TEST. 106. 31. 6. 138. 38. 110. 114. 115.
iv. 139.

443. Apud Edinburgh, 29 Apr.
REX confirmavit JOHANNI, COMITI DE SUTHIRLAND et MERGARETE COMITISSE DE SUTHIRLAND, sponse ejus,—terras ville de Cracok et ville de Estirloth, et Cawnagoure, Uvyrglen de Loth, et Westirloth, vic. Invernes ;—quas dictus Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Merg., et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. 106. 31. 6. 109. 38. 110. 114. 115.
iv. 202.

444. Apud Edinburgh, 5 Maii.
REX concessit ADE COSOURE, burgensi de Strivelyn, et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio, &c.,—terras de Estirleky, vic. Strivelyn, et 2 marcatas terrarum nuncupatarum *le Offeris* de Schiregartane, in dominio de Menteithe, vic. Perth:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe

firme :—TEST. 106. 31. 6. 109. 38. 110. 114. 115. iv. 206.

445. Apud Edinburgh, 10 Maii.
REX concessit abbati et conventui MONASTERII DE LUNDORIS et eorum successoribus, pro singulari affectione, &c., quas gessit erga ipsos,—terras de le Perkhill, cum custodia silve regie de Irneside in terris predictis et proficuis ad ejusdem custodiam pertinentibus, vic. Fiffe:—TENEND. in puram elemosinam:—FACIEND. pro rege, &c. orationum suffragia devotarum:—TEST. 106. 31. 109. 38. 110. 132. 130. 129. 114. 115. iv. 205.

446. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Gilberti Kennedy de Dunnure,—[qua, pro salute anime ipsius et Katerine de Maxwell sponse sue et prolium suorum, &c., concessit uni capellano divina celebraturo in ECCLESIA COLLEGIATA B. V. M. DE MONYBOILE ad altare Beate Marie Virginis,—terras de Larginlen et de Broklach, in comitatu de Carric, vic. Are.: —TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Wil. dom. Creichtoun cancellario Scotie, D. Walt. Scot, militibus, M. Geo. de Schoriswod rectore de Cultre, Andrea Agnew, Tho. Brouneclerc notario publico, Alex. Wardlaw, Pat. Agnew:—Apud Edinburgh, Maii 18, 1451]:—TEST. 106. 31. 6. 38. 110. 104. 115. iv. 204.

447. Apud Edinburgh, 25 Maii.
REX, pro singularif avore, &c., et pro ejus et ejus filiorum gratuitis servitiis, &c., —concessit ANDREE AGNEW familiari scutifero suo,—officium vicecomitis de Wigtoune :—TENEND. dicto And. pro toto tempore ejus vite, et post ipsius decessum Andree A. filio ejus et heredi apparenti, et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Pat. filio naturali dicti And. A. patris et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Gilberto A. filio etiam naturali dicti And. senioris et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), in feodo et hereditate pro perpetuo, quibus personis deficientibus, regi et successoribus suis reversurum:—TEST. 106. 31. 6. 139. 111. 123. 138. 38. 110. 112. 114. 115. iv. 201.

448. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX, pro singulari favore quem gessit erga Willelmum dominum Somervile, fecit VILLAM DE CARNEWETH, vic. Lanark, liberum burgum in baronia:—concessit etiam tenentibus et inhabitantibus dictum burgum liberam potestatem vendendi, &c., ac ut in dicto burgo crucem et forum die Jovis singulis ebdomadis haberent, &c. iv. 207.

449. Apud Edinburgh, 6 Jun.
REX concessit ROBERTO FLEMYNG de Bigar et heredibus ejus,—24 marcatas terrarum de Petkenny, Culwenny, et Balbardy, in baronia de Kingorn, vic. Fyff; —quas Pat. dom. Glammis apud Monasterium S. Crucis de Edinburgh personaliter resignavit:—TEST. 106. 31. 6. 112. 113. 114. 115. iv. 219.

450. Apud Edinburgh, 7 Jun.
REX concessit ROBERTO FLEMYNG de Bigare et heredibus ejus,—terras de Altirmuny, in comitatu de Levenax, vic. Strivelyne;—quas Alex. Lyoun filius et heres Patricii dom. le Glammys, et Agnes sponsa dicti Alex. in manibus regis, tanquam Senescalli Scotie resignaverunt :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. 106. 31. 6. 112. 113. 114. 115. iv. 220.

451. Apud . . . . . .
REX concessit PATRICIO LYOUNE DOMINO GLAMMYS et heredibus ejus, —terras de Cardani, Berclay, Drumgley, et Drumgeith, vic. Forfare; — quas Robertus Flemyng de Bigare apud Monasterium S. Crucis de Edinburgh personaliter resignavit . . . . . (*cetera desunt*). iv. 143.[1]

[1] There appears to be a folio lost at this part of the Register. The loss however must have taken place previous to the numbering of the charters, which was not, probably, done till a comparatively late period. At the beginning of the next page there is a fragment of the end of a charter bearing

CROYDON PUBLIC CENTRAL

452. Apud Edinburgh, 10 Jun.
REX confirmavit cartam Willelmi Matelande de Thrilstane,—[qua, zelo fraternalis dilectionis, concessit fratri suo germano JACOBO MATELANDE et EGIDIE SKRYMGEOURE ejus sponse conjunctim et divisim,—terras de Achinbrek, Dumbine, Quhithil, Clonga, Clongare, Ferdenalane, Clauchane, Auchinach, Braunekevil, Capilrig, et le Bagraw, in baronia de Tybris, vic. Drumfres:—Tenend. dictis Jac. et Egidie et eorum alteri diutius viventi, ac heredibus inter eosdem legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Willelmo et heredibus ejus legitimis et propinquioribus quibuscunque iterum reversuras, in unum liberum dominium:—Reddend. unum den. argenti apud villam de Tybris nomine albe firme:—Apud Dunde, Jan. 3, 1450]:—Salvis regi wardis, &c.:—Test. 106. 6. 38. 110. 114. 115.
iv. 144.

453.[1] Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX, pro salute anime sue et Domine Marie Regine consortis sue, ad manum mortuam concessit priori et conventui CANDIDE CASE, Premonstraten. Ordinis, — burgum Candide Case et omnes terras infra dominium Galwidie, unacum tolloneo Insule de Porthquhitirn alias per diversas personas dictis priori et conventui donatas:—Tenend. de rege, in puram elemosinam et liberam regalitatem:—Salvis regi, et successoribus suis dominis Galwidie orationum suffragiis et comparentia dicti prioris et successorum ejus annuatim in curiis itineris justiciarie:—et quod dictus prior, &c., facerent cotidie celebrari pro rege et regina, &c., per canonicum seu unum capellanum ydoneum, unam missam in ecclesia cathedrali Candide Case ad magnum altare ejusdem inter primam et magnam missam:—Test. 106. 31. 6. 112. 110. 114. 115. iv. 213.

454. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REX concessit WILLELMO DE CRANSTOUNE de Corsby, militi, pro ejus servitiis, &c., pro toto tempore vite ejus,—terras de Ersiltoune, tam terras dominicas, quam terras ville (de) Ersiltoune, in comitatu Merchie, vic. Berwyc:—Test. 106. 6. 38. 110. 114. 115. iv. 209.

455.[2] Apud Edinburgh, 26 Jun.
REX concessit ALEXANDRO HUME de eodem militi, et heredibus ejus,—terras de Chernside in comitatu Marchie, vic. Berwic,—pro ejus servitio, &c.:—Faciend. tres sectas curie apud Dunbar annuatim:—Reservatis regi, &c., jure patronatus ac advocationibus ecclesiarum regi ante presentem donationem spectantibus:—Test. 106. 31. 6. 38. 110. 114. 115. iv. 208.

456. Apud Edinburgh, 26 Jun.
REX concessit THOME HWME, et heredibus ejus, — terras de Cadesche (Cadeschele[3]), in comitatu Marchie, vic. Berwic,—pro ejus servitio, &c.:—Faciend. tres sectas curie apud Dunbar, annuatim:—Test. 106. 31. 6. 38. 110. 114. 115.
iv. 245.

457. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX concessit LANCELOTO DE ABIRNETHY, pro ejus servitio, &c., pro toto tempore vite ejus,—10 libratas terrarum de Thomastoun, vic. Fyf:—Test. 106. 6. 38. 110. 114. 115. iv. 210.

458. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX, pro singulari favore, &c., quos gessit erga suum servitorem Robertum Huntare, et pro ejus gratuitis servitiis quondam genitori regis et regi ipsi, &c.,—concessit et ad feodifirmam pro perpetuo confirmavit dicto ROBERTO HUNTARE, et heredibus ejus,—terras de Cameroun et de Ballinkyrk, in comitatu

---

date 10 June 1451; and as the above charter (451) relates to the same persons as were mentioned in No. 450 it is probable that it was granted on or about the same date.

[1] The year of this charter is given in the Register as 1450. But as it is also stated to be in the 15th year of the king's reign, this may be an error for 1451.

[2] This charter has been cancelled in the Register.

[3] Both forms occur in the charter.

de Fyf et vic. ejusdem :—Reddend. annuatim ad festum Pentecostes 3 lib. 6 sol. et 8 den. monete Scotie, et ad festum S. Martini 10 bollas ordii et 20 bollas avenarum, apud Falklande, nomine feodifirme :—Test. *ut in carta* 457.

iv. 211.

459. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX confirmavit cartam Roberti ( ) Regis,—[qua, pro salute anime sue, &c., concessit priori et conventui CANDIDE CASE, Premonstraten. Ordinis, ad fabricam eorum ecclesie,—decimam omnium placitorum suorum terrarum et ecclesiarum episcopatus Candide Case, ratione sedis vacantis regem contingentium, vardarum, releviorum, maritagiorum, et aliorum escheatorum quorumcunque regem tangentium in le Rynnis et Farynnis,—exceptis forisfacturis guerre et aliis forisfacturis terrarum ;—ita quod ipsi decimam predictam in denariis reciperent per manus ballivorum regis :—Tenend. in puram elemosinam :—Apud Invermesane, Nov. 24, anno reg. 17] :—Salvis Regi, &c., orationum suffragiis devotarum :—Test. 106. 31. 6. 110. 112. 114. 115. iv. 212.

460. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX concessit priori et conventui MONASTERII DE QUHITERNE et eorum successoribus,—5 denariatas terre de Donarhaluf, terras de Beathe, de Drumdath, et Drumkellis, vic. Carrik,—quas progenitores regis prefatis priori, &c., in liberam baroniam concesserant,—in unam meram regalitatem :—Faciend. pro rege, &c. orationum suffragia devotarum:—Test. 106. 116. 31. 6. 109. 133. 71. 129. 113. 114. 115. iv. 214.

461. Apud Edinburgh, 1 Jul.

REX confirmavit cartam Roberti (I) Regis,—[qua concessit et confirmavit priori et canonicis CANDIDE CASE Premonstranen. Ordinis—omnes ecclesias, terras, redditus, possessiones, piscarias, et libertates subscriptas, viz. :—Ecclesiam S. Kenere de Karncesinow in Galwidia, ecclesiam S. Macuti de Wygtoune, quas habebant ex donatione Edwardi de Brois fratris dicti Regis Rob. dudum domini Galvidie ; ecclesiam S. Brigide in Lair in Manne, quam habebant ex donatione Tho. Ranulphi comitis Moravie domini Vallis Anandie et Manne, nepotis dicti regis ; ecclesiam S. Colomkilli in Kyntire, quam habebant ex donatione Pat. Macscillingis et Finlach ejus sponse ; et ecclesiam S. Michaelis de Gevellestoune, quam habebant ex donatione Johannis de Gevellestoun filii et heredis quond. Joh. de G. militis :—Tenend. dictas ecclesias, cum terris, decimis, &c. in puram elimosinam :—Concessit etiam et confirmavit dictis priori, &c., 4 quarterias terre de Otoun in Farnis, et totam terram de Malment in Farnis, que fuit quondam Dervorgille de Balliolo, quas terras habebant ex donatione fratris regis predicti ; et terram de Glenswinton in tenemento de Partoun, quam dedit eis comes Moravie supradictus ; 3 tofta in occidentali vico de Kyrkcudbrycht que Pat. filius Pat. Maccuffokis eis dedit ; et 5 denariatas terre de Donarhahualfis, cum terra de Beath, quas Duncanus filius Gilberti, quond. comes de Carrik, eis dedit ; terras de Drumdath et Drumkellis, quas Dervorgilla Marescallis eis dedit ; tertiam partem terre de Cregiltoun quam quond. Wil. de Foules, miles, eis dedit in liberam baroniam cum furca et fossa, &c. ; et illam peciam terre in Soreby, quam Joh. Machlachlane eisdem dedit :—Concessit etiam et confirmavit eisdem, villam de Wytterne que dicitur Clachhane, quam predictus frater regis eis dedit in liberum burgum, cum die fori singulis septimanis et die nundenarum semel in anno ; et, ex dono ejusdem fratris regis, 6 petras cere percipiendas annuatim de Cregiltoun et de Mouchroume ad luminare S. Niniani :—Concessit etiam et confirmavit eisdem libertatem tenendi omnes terras quas de predicto fratre regis tenebant, infra partes Galwidie in liberam baroniam cum furca et fossa, &c. ; et libertatem tenendi in liberam baroniam cum furca et fossa, &c., omnes terras quas tenebant de comite Moravie infra insulam Manne, —quasquidem libertates dictus frater regis et comes predictus concesserunt :—Preterea concessit et confirmavit eisdem, medietatem piscarie sal-

monum aque de Dee, et communem tractum piscarie salmonum in aqua de Dee juxta Kirkcubrycht, ubicunque voluerint,—quam medietatem piscarie unacum tractu predicto dictus frater regis eisdem donavit :—CONFIRMAVIT etiam eis totam piscariam quam predictus comes Moravie habuit in aqua de Creich, et quam donavit eisdem cum una acra terre arabilis, et herba pro duabus vaccis et sequela earum, usque ad etatem duorum annorum :—CONCESSIT etiam et confirmavit eisdem tholoneum de Port Wyterne, quod frater regis predictus eis donavit :—TENEND. omnes libertates et piscarias supradictas unacum tholoneo sicut carte dictorum fratris regis et comitis predicti proportant :—CONCESSIT etiam et eisdem confirmavit omnes libertates et omnia privilegia, quibus juste uti solebant tempore Alexandri (III.) Regis ultimo defuncti :—et quod ipsi et homines sui inhabitantes terras de Glenwyntoune liberi essent in perpetuum a supradicto Serjantium (*sic*), et a quibuscunque oneribus, &c., per regem seu quoscunque alios de cetero imponendis: —TEST. Wil., Joh., Wil., et Gilb., episcopis S. Andree, Glasguen., Dunkelden., et Sodoren., Bernardo abbate de Aberbrothoc cancellario regis, Duncano com. de Fyf, Malisio com. de Strathern, Murdacho com. de Mentheth, Valt. Senescallo Scotie, Jac. de Douglas, Gilb. de Hai connestabulario et Alex. Fraser camerario :—Apud Aberbroth, Maii 20, an. reg. 20 (A.D. 1326)] :—TEST. 106. 31. 6. 109. 133. 71. 129. 113. 114. 115. iv. 215.

462. Apud Edinburgh, 1 Jul.

REX,—cum consensu et assensu trium regni statuum in Parl.—(quia alias promisit et concessit carissimam consortem suam Mariam Reginam Scotie ex causa donationis propter nuptias in 5000 lib. monete Scotie in locis competentibus infra regnum ad vitam ejus dotari et infeodari, volens igitur predictas promissiones et concessiones specifice designare), concessit dicte consorti sue MARIE REGINE SCOTIE—totum comitatum de Fyf cum tenandiis, &c. ejusdem, cum manerio seu castro de Falklande, et parka ejusdem, ac terras regi pertinentes ratione forisfacture quondam Walteri, com. Atholie, vic. Fyf; et magnam custumam et firmas burgales burgi de Cupro; necnon totum comitatum de Strevelyng cum tenandiis, &c. ejusdem; et magnam custumam et firmas burgales burgi de Perth; et terras de Kynclevyn et de Methven cum castro ejusdem; et dominium de Mentheth cum castro de Doune; ac terras de Strogartnay, vic. Perth; dominium de Brechin, vic. Forfar; castrum de Strevelyn; magnam custumam et firmas burgales de Strevelyn, cum officio vicecomitis ejusdem; unacum dominiis, villis, et terris subscriptis, viz., Lethbertschelis, Sandleth, Skeok cum molendinis ejusdem, Aldperk, Litil Salchy, Roplauch, Quenis-halch, Sergandlande, Skeoch, Blargib, villam de Logy, Blarlogy, de les Pullis, de Lubnach, Fossachy, Lessyntrule et tertiam partem de Inveraloun, vic. Strevelyn; ac baroniam de Tulicultre, vic. Clakmanan, cum tenandiis, &c., et cum annuo redditu 20 marcarum terrarum de Cragorth; necnon palatium sive manerium de Linlitqw, ad lacum, et cum lacu et piscatione ejusdem; et magnam custumam et firmas burgales burgi de Linlytqw, cum officio vicecomitis ejusdem; ac terras subscriptas, viz., Kyncavil, Drumcors, acras regales tam ex orientali quam occidentali partibus dicti burgi, cum les Sanctuarycroftis, Bonyntone, le Lochside, Kyngisfelde, cum annuo redditu de le Orchardcroft et de Fethelcroft; ac 100 lib. magne custume seu firmarum aque burgi de Abirdene, a custumariis magne custume seu balliis dicti burgi percipiendas :—TENEND. omnia castra comitatus, &c., supradictos cum advocatione omnium hospitalium, ecclesiarum, &c., infra prefata castra, &c., cum potestate constituendi vicecomites de Fyf, Strevelyne et Linlithqw, prefate consorti sue, pro toto tempore vite ejus, cum boscis, planis, &c. :— . . . . . (*cetera desunt*). *vide* Acta Parl. Scot. ii. 66. iv. 224.[1]

[1] A folio is lost at this part of the register, and with it charters 225 and 226.

463. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras de Trabeathe, vic. Are;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 109. 140. 141. 133. ac pluribus prelatis, &c. in Parl. congregatis (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 69.) iv. 146.

464. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras de Cultre, terras de Crawfurdejohn, vic. Lanark;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141, ac pluribus prelatis &c. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 69.) iv. 147.

465. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX, in plano Parliamento apud Edinburgh, in pretorio ejusdem tento, coram tribus regni statibus, concessit ALEXANDRO, COMITI DE CRAUFURDE et domino de le Lindissay, pro ejus fideli servitio, &c.,—terras de Calyn et Calendrate cum molendino et piscatura earundem, in comitatu de Mentheth, vic. Perth;—que ad manus regis devenerunt ratione forisfacture Jacobi de Levynstoune filii primogeniti Alex. de L. militis:—TENEND. dicto comiti et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimo et propinquiori amico, consanguineo, seu cognato masculo seu cognatis, et heredibus ejus masculis ejus cognomen aut scutum et arma de Lyndissay habenti seu habentibus, et alteri post unum gerentibus, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 123. 140. 141., ac pluribus prelatis, &c. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 67.) iv. 216.

466. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX, ex matura deliberatione et pleno consensu et assensu trium regni statuum in plano Parliamento, confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., pro ejus fideli servitio, &c.,—terras forestarum de Etrik et de Selkyrk, vic. Selkyrk;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dicto comiti et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejusdem Wil. quibuscunque in liberam et specialem regalitatem,—non obstantibus quibuscunque statutis, &c., factis in quibuscunque Parliamentis ac conciliis generalibus de minore etate regis, vel aliis quibus premissis vel aliquo premissorum poterit quovismodo derogari in futurum, et non obstantibus quibuscunque criminibus per dictum Wil. com. de D. vel aliquem ejusdem predecessorum, causa vel occasione forisfacture aut proditorie traditionis vel alias usque in presentem diem perpetratis:—CONCESSIT preterea prefato Wil. com. de D., pro ejus benemeritis et servitiis, &c.,—omne jus, juris clameum, &c., regi seu heredibus suis qualitercunque contingens in terris predictis, ratione cujuscunque resignationis vel alias, seu donationis quondam Arch. com. de Douglas facte quond. Jacobo (I) Regi de terris supradictis;—ita quod nec rex vel successores sui hinc inde, in terris predictis, aliquod clameum ratione hujusmodi juris vel resignationis aut causa vel occasione quorumcunque premissorum, habere possent in futuris:—REDDEND. annuatim unam sagittam cum lato capite in festo nativitatis B. Joh. Bap. apud montem de Selkyrk, nomine albe firme:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141., ac pluribus prelatis, &c. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 67.) iv. 217.[1]

467. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX, ex matura deliberatione et pleno consensu et assensu trium statuum regni in plano Parliamento, confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c.,

[1] *Note in Register*—Carta de terris in precedenti carta data fuit dicto Wil. com. de D. etiam in eadem forma carte precedentis, nisi quod talliatur fratribus ejus et eorum heredibus masculis, ut in carta de comitatu de Douglas, nil plus mutando vel diminuendo.

pro ejus fideli servitio, &c.,—terras dominii et regalitatis Galwidie, ex parte orientali aque de Cree, vic. Drumfres;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejusdem Wil. quibuscunque, in liberam regalitatem, cum furca et fossa, &c., simul cum advocationibus ecclesiarum ad predictum dominium et regalitatem spectantibus; non obstantibus quibuscunque statutis, &c. (*ut in carta* 466): —REDDEND. unam rosam rubeam apud Pontem de Drumfres in festo nativitatis B. Joh. Bapt. nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 466. (*vide* Acta Parl. ii. 68.)
iv. 218.[1]

468. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX, cum plena et matura deliberatione, ac cum consensu et assensu trium regni statuum in Parliamento, confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS—custodiam et officium custodis occidentalium et mediarum marciarum regni versus Angliam;—quod officium fuit dicti Wil. hereditarie et quod personaliter resignavit: —TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo de Douglas militi, fratri germano dicti Wil. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Archibaldo (de Douglas) comiti Moravie et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Hugoni (de Douglas) comiti de Ormonde, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. de Douglas de Balvany et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141., ac pluribus prelatis, &c. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 70.) iv. 229.

469. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras de Brondoune, vic. Roxburgh;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TEST. 106. 31. 116. 139. 111. 123. 138. 6. 112. 110. iv. 233.

470. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c.—terras dominii et regalitatis de Lawedre (Lawedredale), vic. Berwyc; necnon baroniam de Ramanos, et quoddam pratum, vocatum *Kingismedey*, vic. Peblis;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas terras baronie de Romannos et pratum supradictum rex dicto dominio de Lawedredale annexavit et univit:—TENEND. dicto comiti et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, &c., (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem cum furca et fossa, &c.:—REDDEND. unum denarium argenti apud montem castri de Lawedredale nomine albe firme:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141., ac pluribus prelatis &c. iv. 252.

471. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX, ex matura deliberatione, &c., trium statuum regni in plano Parliamento, confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., pro ejus continuo et fideli servitio, &c.,—terras dominii et regalitatis Galiwydie ex parte orientali aque de Cree, et terras de Butill, vic. Drumfres;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dictas terras dom. et reg. Galwydie, unacum castris de le Trew, et terras de Butill, dicto comiti et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, &c., (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem, cum furca et fossa, &c.:—non obstantibus, &c., *ut in carta* 466—(excepta clausula "non obstantibus quibuscunque criminibus, &c.):—REDDEND. unam rosam rubeam apud pontem de Drumfres in festo nativ. S. Joh. Bapt. nomine albe firme:—TEST. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141., ac pluri-

[1] *Note in Register*—Date fuerunt due carte dicto Willelmo com. de Douglas consimiles duabus cartis precedentibus—una de forestis, &c., alia ex Galwidia ut supra;—que due carte scripte fuerunt sine ista clausula—"ac etiam non obstantibus quibuscunque criminibus, &c.," usque ad illam clausulam "preterea," &c.,—nil plus diminuendo sive addendo, sed de verbo in verbum.

bus prelatis &c. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 70.) iv. 255.[1]

472. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS et heredibus ejus,—terras de Prestoun, in dominio Galwydie, vic. Drumfres ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—TEST. 106. 31. 116. 139. 6. 112. 110. iv. 256.

473. Apud . . . . . .
REX confirmavit quasdam literas assedationis per Dominam Cristianam de Stratoune de eodem factas, sub hac forma :—Thir indentur made at the burgh of Aberden the v day of the moneth of Februar the yer of our lord mcccc, fourti and vii, betuix a worschipful lady CRISTIANE of STRATOUNE of that ilke on the ta part and ALEXANDER FROG, his sonnys, and MARION his spouse on the thothyr part, contenis and beris witnes in itself, that the said Cristiane has set and to ferm latyn in hir pur wedowhed to the said Alex. and his sonnys conjunctly and severaly and to the langar levar of thaim,—al and sindry hir landis of Stratoun and Stratounhale, —with lefe and ful power to big and mak ane mylne within the samyn landis, and for to wyn colis and stanis within the saide landis to thair awne mast profit, sekande thaim as sic thingis ach to be soch, with al profitis and pertinens, ferme and unlawis and eschaetis to the said landis pertenis or may pertene,—saulfande anerly to the said lady bludwite and merchete,—for the terme of nyntene yer fra Witsonday next folowande the date of thir present indenturis :—And the said Alex. and his sonnis as thai ar beforsaide and the langar levar of thaim as is beforsaide sal pay to the saide lady or til her ayeris, deputis or assigneis for the said landis with the pertinens, for the milne, colis, and stanis yer by yer twenty and sex markis vi s. viii d. of usuale mone of Scotlande at twa termes of the yer, that is to say at Witsonday and Mertimes in Wynter be ewyn half portiouns :—and the said Alex. and the langer levar of his sounnis beforsaide sal pay the castel-warde and the soyte, and ane mark to Jhone of Prestoune of Craigmillar or his ayris at the termis as thai war wont to be pait at, of ald custome, durande the termis of xix yer beforsaide, thusmekil the said Alex. and his sonnis as thai ar beforsaide payande for the said landis with the pertinens, the mylne, colis and stanis gif it happinis yer be yer as is beforsaide of al chargis exactionis and demandis that may be rasit or askit rychwysly of thaim within the termis forsaide : —and gif it happinis the saide lady to sende for hir male at the termes forsaide, and it be nocht redily payt, hir man sal ly upon the cost of the said Alex. or his sonnis ay to the saide malis in maner as is beforsaide be fully pait : — and gif it hapin common wer of Inglismen and the said landis be destroit, the forsaide lady oblisis her to inlow to the said Alex. and to the langar lefande of his sonnis as uthir lordis inlowis to thair tenandis on four half aboute :—alsua gif it hapinnis within the termes forsaide at the forsaide Alex. or his sonnis may nocht hald thaim upon the said malyngis, he or thai sal warn the said lady half a yer befor the terme and scho sal frely tak up hir landis in hir awyn handis ;—and quen it sal happin the saide Alex. or his sonnis to gif up the saide landis he or thai sal ger mak thaim als sufficiande in al maner of biggingis . . . . . (*cetera desunt*).
iv. 257.

474. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS—comitatum de Douglas cum castro ejusdem, ac terras de le Ferme de Ruglyne, vic. Lanark, necnon baroniam de Abircorn et castrum ejusdem, vic. Linlithqw ;—quas idem Wil. personaliter resignavit, et quas terras de Abircorn, cum castro ejusdem, et terras de le Ferme de Ruglyne, rex dicto comitatui de Douglas incorporavit et annexuit :—TENEND. dicto comiti et heredibus masc. de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, &c., (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem, cum furca et fossa, &c. :—REDDEND. unam rosam apud castrum

[1] *Note in Register*—Alia carta Galwydie de verbo ad verbum ut superius, exceptis terris de Butill.

de Douglas ad Festum nativ. B. Joh. Bapt. nomine albe firme:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 145.

475. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c.,—terras baroniarum de Sprolstoun, Hawic, Betheroule et Smalehame, vic. Roxburgh;—quas idem Wil. personaliter resignavit, et quas terras baronie de Hawic, Betheroule et Smalehame rex dicte baronie de Sprolstoun annexuit et incorporavit:—Tenend. dicto comiti et heredibus masc. de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, &c. (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem:—Reddend. unam rosam rubeam apud capitale messuagium de Sprolstoun ad festum nativ. B. Joh. Bapt. nomine albe firme:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 148.

476. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras baronie de Boltoune, vic. Edinburgh, constabularia Haldyintoune;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141, ac pluribus prelatis, &c. iv. 228.

477. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c.,—terras regalitatis de Eskdale; necnon terras de Stabilgortoun, vic. Drumfres;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—Tenend. dicto comiti et heredibus masc. de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, &c. (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem, cum furca et fossa, &c.:—Reddend. unum denarium argenti apud capitale messuagium dict. terrarum nomine albe firme:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 230.

478. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras baronie de Abirdour ac castrum et rupem de Dundarge, vic. Abirdene;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 231.

479, Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., — dominium et baroniam de Bothwele, cum castro ejusdem; necnon terras baronie de Cormanok, vic. Lanark;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—Tenend. dicto comiti et Mergarete ejus sponse et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis inter ipsos legitime de corporibus eorum procreatis, quibus deficientibus, &c. (*ut in carta* 468), in liberam regalitatem cum furca et fossa, &c.:— Reddend. unam rosam apud castrum de Bothwele ad festum nativ. B. Joh. Bapt. nomine albe firme:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 232.

480. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—officium vicecomitatus de Lanark, cum feodis, proficuis et rectis consuetudinibus ejusdem;—quod idem Wil. personaliter resignavit:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 253.

481. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras baronie de Glenquhyme, unacum advocatione ecclesie ejusdem, vic. Pebleis;—quas idem Wil. resignavit:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141. iv. 254.

482. Apud Edinburgh, 8 Jul.
REX, cum plena matura deliberatione, &c., trium regni statuum,—confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, et heredibus ejus masculis,—custodiam et officium custodis occidentalium et mediarum marchiarum regni versus Angliam;—quod officium idem Wil. personaliter resignavit:—Test. 106. 116. 31. 139. 6. 111. 138. 123. 140. 141.
(*vide* Acta Parl. Scot. ii. 71.) iv. 222.

483. Apud Edinburgh, 12 Jul.
REX confirmavit literam Alexandri Lindissay comitis de Crauffurde et domini le Lyndissay,—[qua concessit ALEXANDRO MAW burgensi de Dunde, pro ejus fideli servitio, &c., pro toto tempore ejus vite,—6 marcas annue pensionis de pensione dicto comiti debita de magna custuma regia burgi de Dunde :—Test. 106. 31. 6. 109. 133. 113. 114. 115. iv. 223.[1]

484.[2] Apud Edinburgh, 20 Jul.
REX concessit ALEXANDRO DE HUME de eodem, militi, et heredibus ejus, pro ejus servitio, &c.,—terras de Castletoun, Langschawis, Galowabrais, Quhitleis, Robertoun, Crennachbrare, Kyrkwode, et Makbehill :—Reservato regi, heredibus ejus et successoribus, le Mote de Casteltoune messuagio, in dominio de Stewartoune, vic. Ayr :—Reddend. tres sectas curie ad tres curias capitales, vic. Ayr :—Test. 106. 31. 6. 110. 113. 114. 115. iv. 246.

485. Apud Edinburgh, 20 Jul.
REX concessit ALEXANDRO HUME de eodem, militi, heredibus ejus et assignatis, pro ejus fideli servitio,—terras de Langschawis, Casteltoune, Galowabrais, Quhitleis, Robertoune, Crennachblare, Kirkwod, M'behyll, in dominio de Stewartoune, vic. Are ;—et quas terras rex in liberam baroniam de Langschawis incorporavit et univit :—Reddend. tres sectas curie ad tres curias capitales, vic. Are :—Test. 106. 31. 6. 110. 113. 114. 115. iv. 258.

486.[3] Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam quondam Roberti Logane militis, dom. de Lestalryg,—[qua concessit SIMONI LAMB filio quondam Wil. L. de Lethe, burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—illam terram jacentem in villa de Lethe in baronia de Lestalryg, vic. Edinburgh, et ex parte australi aque ejusdem, inter communem venellam ex parte una et terram Johannis Lamb ex parte altera et aliam communem venellam ex parte australi et terram Johannis Boumaker ex parte boreali ;—quam dictus Joh. L. resignavit :— Reddend. 3 denarios monete Scotie cum alio servitio debit. et consuet. : — Test. D. Joh. de Craufurd et Wil. de Kyngorn notario, capellanis, Joh. de Danzanstoun, Alex. Wetherspune, Ric. de Hangandside, scutiferis, Ric. Lamb burgensi de Edynburghe, Joh. Girkyn, Joh. de Lyndissay, And. Craufurd : —Apud Lethe, Sep. 29, 1432] :—Necnon aliam cartam quondam Johannis Logane dom. de Lestalrig, militis,—[qua concessit SIMONI LAMB, tenenti suo, de Leth, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus consilio et auxilio, &c.,—illam terram jacentem in villa de Lethe ex parte australi aque ejusdem in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh, inter terram Johannis de Duddingstoun ex parte una et terram Johannis Giffert ex parte altera, extendentem usque occidentem in longitudine, sicut terra dicti Joh. Giffert extendit ad communem viam;—quam quondam D. And. Yung capellanus et Wil. Yung ejus consanguineus resignaverunt :— Reddend. 6 den. nomine annualis redditus feodifirme. . . . . iv. 259.

487.[4] Apud Edinburgh, 23 Jul.
REX . . . . . .
. . . . . .
Test. . . . . rectore de Cultre.
iv. 246. (ii.)

488. Apud Edinburgh, 24 Jul.
REX, ad laudem et gloriam beate Trinitatis,—confirmavit Johanni EPISCOPO MORAVIENSI, et successoribus ejus

[1] The following charter has probably been No. 225 in the Reg. but the folio containing it has been lost. What follows has been taken from an abstract of part of the Register preserved in the library of Writers to the Signet, Edinburgh.

Apud Edinburgh, 20 Jul.
REX concessit servitori suo ROBERTO NORRIE et heredibus ejus,—terras de Queuishalch, jacentes super aquam de Forth, vic. Striveling:—Reddend. 3 lib., 6. sol., 8 den. . . . . iv. 225.

[2] This charter is partially cancelled in the Register.

[3] The engrossing of this charter of confirmation is incomplete.

[4] A folio seems to have been lost from the Register here, previous to the charters being numbered.

episcopis Moravien. (et propter grata obsequia quondam genitori suo per ipsum episcopum impensa, &c.), in puram elemosinam—illud tenementum jacens in burgo de Invernys in vico pontis ejusdem, inter terram quondam Johannis Hay de le Boyne ex parte una et terram Johannis Cristini ex parte altera,—extendens se in longitudine ad muros castri de Invernys capitans in fronte ad predictum vicum;—quod tenementum ad manus progenitoris regis (Jac. I.) ratione bastardie Alexandri comitis de Marr pervenit, et quod dictus progenitor dicto episcopo contulit et quod idem episcopus resignavit: — FACIEND. orationum suffragia devotarum:—TEST. 106. 139. 6. 112. 110. 142. 114. 115.

iv. 154.

489.[1] Apud . . . . . .

REX, ad laudem et gloriam beate Trinitatis et ob grata obsequia, &c. (*ut in carta precedente*), ac ad ipsius episcopi et ecclesie ejus, aliorumque ecclesiasticorum ejus diocesis et inhabitantium terras eorundem quietem atque pacem, — concessit Johanni EPISCOPO MORAVIENSI, —pro toto tempore ejus vite—ut ipse episcopus ac ministri et officiarii ejusdem, unus vel plures, ab eo constitutus vel constituti omnes et singulas personas utriusque sexus, ecclesiasticas et mundanas, regulares et seculares, cujuscunque status gradus aut conditionis extiterint, terras ecclesiasticas dicti episcopi, ecclesie, canonicorum et capellanorum dicte ecclesie, ac aliorum ecclesiasticorum quorumcunque infra dictam diocesim pro tempore inhabitantes et colentes, que de rege aut dicto episcopo tenebantur in capite, — que ad curias comitum Rossie, Moravie, et Huntlee, qui pro tempore fuerint, vel alterius judicis cujuscunque . . . . . .

(*cetera desunt.*) iv. 155.

490.[2] Apud Edinburgh, 4 Aug.

REX confirmavit MATILDE DUNCANSOUNE filie quondam Thome D.,—terras de Cogreth, Dalherny, et Thomamry, in comitatu Atholie, vic. Perth;— quas eadem Matilda resignavit:—TENEND. dicte Matilde pro tempore ejus vite, et post ejus decessum, Johanni Alexandersoune filio Alex. Reid Patriksoune, et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alex. Reid fratri dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicte Matilde quibuscunque:—REDDEND. servitia debita et consueta:—TEST. 106. 6. 138. 112. 110. 71. 143. 115. iv. 226.

491. Apud Edinburgh, 15 Aug.

REX confirmavit ROBERTO DUNCANSOUN de Strowane, et heredibus ejus,—terras de Strowane, terras dimedietatis de Rannach, terras de Glennerach, duobus Bohaspikis, Grannech, cum lacu et insula ejusdem, Carric, Innyrcadoune, Farnay, Disert, Faskel, Kylkeve, Balnegarde et Balnefart, Glengary cum foresta ejusdem, in comitatu Atholie, vic. Perth;—quas idem Rob. apud castrum de Blar in Atholia personaliter resignavit;—et quas rex, pro favore et amore quos gessit erga dictum Rob. pro captione nequissimi proditoris quondam Rob. le Grahame et pro ipsius Roberti D. gratuitis diligentiis et laboribus circa captionem ejusdem sevissimi proditoris diligentissime et cordialissime factis,—in unam liberam baroniam de Strowane univit et incorporavit:—FACIEND. tres sectas curie in tribus curiis capitalibus, vic. Perth:—TEST. 106. 6. 138. 133. 41. 143. 115.

iv. 227.[3]

492. Apud Edinburgh, 21 Aug.

REX concessit ROBERTO MENZIES, filio et heredi apparenti Angusii Menzeis de Cumre, et heredibus ejus,—terras de

---

[1] A portion only of this charter remains in the Register; it ends at the foot of a page, which suggests that the next page has been lost; if so, the loss must have been previous to the charters being numbered.

[2] The greater part of this charter has disappeared; the Reddendo clause and witnesses only appearing in the Register. It has been restored from the abstract referred to in the preceding page.

[3] The following marginal note in the Register refers to the latter portion of this charter which has been engrossed at a later period.—Concordat cum principali carta sub magno Sigillo.

"Cls Regr."

Emercreane, et de Croftyntarane, in comitatu de Stratherne, vic. Perth;—quas Mariota de Galmolawach, apud Lochtay, personaliter resignavit:—TEST. 106. 6. 71. 113. 70. 143. 41. 115. iv. 247.

493. Apud Faucland, 1 Sep.

REX, in laudem beatissime Trinitatis, &c., et pro singulari favore quem gessit erga Joh. episc. Brechinen. — concessit dict. Johanni EPISCOPO BRECHINENSI, DECANO ET CAPITULO EJUSDEM et eorum successoribus—ut perpetuis futuris temporibus tenerent et possiderent omnibus diebus Dominicis liberum forum in civitate Brechinensi, cum cruce, ubi dicto domino episcopo magis videbitur, de omnibus mercantiis et mercandiis, seu mercimoniis quibuscunque,—scilicet lana, pellibus, et coriis, &c.: — SOLVEND. regi custumas debitas et consuetas, cum libero introitu et exitu, navibus, farcostis et batellis in aquis de Suthesk et Tay, et in portibus de Strumnay et Panchport, &c.:—INSUPER concessit eisdem iter camerarie in civitate Brechinen. habere et curias quotiens et quando eis placuerit tenere, &c.:—TEST. 106. 139. 6. 70. 110. 114. 115. iv. 248.

494. Apud Falkland, 1 Sep.

REX confirmavit cartam Willelmi Regis Scotie,—[qua confirmavit EPISCOPIS ET KILDEIS DE ECCLESIA DE BRECHINE—donationem illam, quam dedit eis Rex David (I) avus dicti Wil. per cartam suam—de foro in perpetuum habituro in villa per dies Dominicos, adeo libere sicut Episc. S. Andree forum habuit:—TEST. Andrea episc. de Catnes, Nicolao cancellario: — Apud Brechin]: — NECNON cartam Roberti (I) Regis Scotorum,—[qua inhibuit vicecomitem et ballivos suos de Forfare, ne forum de Brechine in cujus libertate et possessione diutina tunc fuerunt episcopus et canonici ECCLESIE BRECHINEN, &c., aut aliquas mercandias ibidem exercendas, perturbarent vel impedirent aliter quam in forma communis justitie, propter quascunque literas a rege forsitan impetratas: — Apud Strivelyn, Oct. 7, ann. reg. 2 (1307)]:—NECNON aliam cartam dicti Roberti Regis,—[qua justiciarios vicecomites, &c., mandavit quatenus quotiescunque servitium debitum ECCLESIE BRECHINENSIS exigere se contigerit, ipsum servitium a fundatoribus et infeodatoribus eorum qui ad idem servitium tenentur, totaliter exigerent, et eorum feoda capitalia si necesse fuerit pro dicto servitio debite distringerent;—ita quod terre dictorum episcopi, decani &c., ab hujusmodi oneribus, &c., libere essent penitus:—et prohibuit ne quis ipsos seu eorum homines seu eorum bona, contra tenorem dicte carte vexare presumeret, super plenariam forisfacturam regis;—et si quid ab eis exactum fuerit idem restitui facerent, &c.:—Apud Brechin, Dec. 4, ann. reg. 4 (1309)]:—NECNON aliam cartam dicti Rob. Regis,—[qua concessit Johanni episcopo Brechinensi, capitulo et canonicis ECCLESIE SANCTE TRINITATIS BRECHINENSIS, et eorum successoribus, quod haberent forum in civitate Brechinen., singulis diebus Dominicis sicut dicte ecclesie et canonicis est concessum per reges Scotie predecessores suos, et sicut libertate dicti fori plenius usi fuerunt tempore Alexandri (III) Regis:—TEST. Wil. S. And., Wil. Dunkelden., Hen. Aberdonen., episcopis, Duncano com. de Fyff, Malisio com. de Strathern, Walt. Senescallo Scotie, Alex. Fraser camerario, militibus:—Apud Sconam, Jul. 10, ann. reg. 16 (1321)]:—NECNON cartam David (II.) Regis Scotorum, —[qua Rex, quia, jamdiu durantibus inter regna guerrarum periculis et hostilitatis incommodis, litere, munimenta, ac privilegia ecclesiarum, cathedralium, monasteriorum et aliorum locorum religiosorum alienata sunt, combusta et sublata,—concessit et mandavit quatenus ECCLESIA CATHEDRALIS S. TRINITATIS DE BRECHIN omnibus suis possessionibus, libertatibus, &c., tam in personis quam in rebus, quibus specialiter tempore patris regis usa fuerat et gaudebat, de cetero et in posterum plene et pacifice peruteretur ac libere gauderet et inconcussa: — Apud Sconam in plano Parliamento, Oct. 26,

A.D. 1359, ann. reg. 30] :—NECNON cognitionem apud Brechin coram D. Walt. de Bigare rectore de Erole camerario Scotie, ibidem sedente, ex deliberatione dicti David Regis et consilii sui, qualiter forum de Brechin usitatum fuit, tempore quond. Regis Roberti (I) per subscriptos juratos viz. :—Dominos David de Graham, et Joh. de Strathachin, milites, Hen. de Fotheringham, Joh. de Rossy, Wil. filium Ade, Joh. de Welham, Joh. Lamby, Nicholaum Scallis, Rob. de Balbirny, Alex. de Stretoun, Joh. Wischart, Wil. M'Soun, Joh. de Inchemetan, Joh. de Galluhillis, Dav. de Foulartoun, Nic. de Tulach, Pat. de Strivelyne, And. Dempster avunculum, Joh. de Allyrdas, et And. de Gledstane, qui magno juramento jurati dixerunt—quod forum de Brechine libere et quiete usitatum fuit in omnibus et singulis emendis et vendendis tempore quondam dicti regis Rob. (I) sicut usitatum est die et tempore cognitionis supradicte,—et quod dictum forum melius et majus fuit in omnibus venalibus illo tempore dicti quondam regis Roberti, quam isto tempore cognitionis antedicte;—cum sigillis quorundam 15 dictorum juratorum appensis :—Apud Brechin, Feb. 13, A.D. 1364 :—NECNON aliam cartam David (II) Regis,—[qua, camerario suo Waltero de Bigare, locum-tenentibus ejus ac vicecomiti et ballivis de Forfare, &c., precepit et mandavit quatenus de cetero dictum forum quoquo modo non impedirent nec a quoquam impediri seu turbari permitterent:—Apud Aberdene, Dominica in ramis palmarum, ann. reg. 37 (1366)] :—NECNON aliam cartam dicti David (II) Regis, —[qua concessit Patricio Episcopo BRECHINENSI— quod omnes mercatores Villam de Brechin pro tempore inhabitantes de cetero liberum introitum haberent et exitum infra aquas de Tay et de Suthesk, vic. Forfare, cum eorum mercandiis et bonis, quoties et quum voluerint in batellis, navibus et farcostis:—SOLVEND. regi et aliis quorum interest custumas, &c., debitas et consuetas, non obstante aliqua assedatione per regem vel camerarium suum, burgensibus de Dunde et de Montrosse hucusque facta vel in posterum facienda:—TEST. Wil. episc. S. And., Walt. episc. Glasguen., Rob. Senescallo Scotie nepote regis, Wil. com. de Douglas, Joh. de Carric canonico Glasguen. cancellario regis, Walt. de Bigare rectore ecclesie de Erole camerario, Arch. de Douglas, Jac. de Douglas, Wil. de Dischingtoun, militibus: —Apud Edynburgh, Apr. 4, ann. reg. 40 (1369)],—NECNON aliam cognitionem de mandato Regis (Jac. II.) factam coram Joh. de Ogilvy de Luntrethin milite vicecomite deputato de Forfare, per subscriptos juratos, viz:—Walt. Lyndesay de Kynblathmont, Walt. de Ogilvy de Beufort, Wil. de Uchterlouny de Kelly, M. Alex. Guthry de Kyncaldrum, David Dempster de Caraldstoune, Tho. Fentoun de Ogil, Wil. de Foulartoun de Abruen, Rob. de Foulartoun, Joh. de Carnegy de eodem, Walt. de Carnegy fratrem ejus, Joh. de Craumount, David Walterstoun de eodem, Wil. Somyr de Balyordy, David Anand de Kynquhury, David Muncur de Knap, Jac. Rynd de Broxmouth, Geo. de Strathachin, David Fothringham de Poury, Joh. de Carnecors de Balmaschenoch, Hen. de Fethy de Balesok, Pat. Gardin de eodem, Jac. de Ogilvy fratrem dicti Joh. de O. de Luntrethin, Wil. de Fentoun de Cardayn, David Forster, et Alex. Lyale, scutiferos;—qui jurati dixerunt, quod inhabitantes civitatem Brechinensem habuerunt retroactis temporibus et adhuc liberum forum omnibus diebus Dominicis in dicta civitate Brechinen., de omnibus et singulis emendis vel vendendis cum libero introitu et exitu dictorum mercimoniorum, emptorum et venditorum in dicta civitate in aquis de Suthesk et de Tay;—et quod dicti cives de hiis fuerunt in possessione tunc et retroactis temporibus, ultra memoriam hominum:—insuper, quod dictus Joh. episc. Brechinen., et predecessores sui habuit et habuerunt infra se, de inhabitantibus dictam civitatem, tempore moderno et retroactis temporibus, jus et consuetudinem tenendi curias camerarie cum amerciamentis earundem, in talibus fieri consuetis:—Apud Brechin, Jul. 21, A.D. 1450]:—RESERVATIS regi et successoribus suis dicti episcopi, &c., orationum suffragiis devotarum:—TEST. 106. 139. 6. 70. 133. 114. 115. iv. 249.

495. Apud Falkland, 1 Sep.

REX confirmavit cognitionem de mandato suo factam coram Patricio Berclay vicecomite deputato de Kyncardin per literas regias in hac parte per istos subscriptos et juratos, viz. :—D. And. Ogilvy de Inchmertin, David Fauconer de Halkertoune, Alex. Strathachin de Thorntoun, Alex. Strathachin de Tulyvard, Geo. Berclay de Matheris, Rob. Arbuthnot de eodem, David Skrymgeour de Balmakwyn, Rob. Besate de Kynnef, Walt. Ramsay de Canterland, Wil. Malevyn de Barras, Rob. Mortmer de Ballandrou, David Crukshank, And. de Setoun ;—qui jurati dixerunt, quod EPISCOPUS BRECHINENSIS modernus et sui predecessores fuerunt et sunt in possessione ab antiquissimis temporibus de secundis decimis et de *le teindpeny* de le Mernys, de omnibus wardis, releviis, &c., ac curiarum justiciarie, camerarie et vicecomitis exitibus, aliisque emolumentis quibuscunque ad regem infra dictum vic. pertinentibus,—officiariis dicti episcopi in defectu solutionis distringentibus pro iisdem, et pro servitiis terrarum ipsius, &c., et generaliter pro omnibus contentis in quadam litera regia, sub magno sigillo tempore gubernationis Roberti Ducis Albanie, in latino, Jan. 31, A.D. 1413, et in alia sub secreto sigillo in vulgari in cera rubea albe impressa de Jun. 26, 1417, de quibus omnibus in illis literis contentis, dictus episcopus gaudere consuevit ; ac denique quod nunquam audiverunt nec viderunt quemcunque episcopum Brechinensem vocari in curiam justiciarie pro terris de Kyngorny, vic. Mernys, nec ejus presentiam tanquam vocati in dicta curia adhiberi: —Apud Kyncardin in le Mernys, Apr. 1, 1448 :—TEST. 106. 6. 70. 110. 114. 115.

iv. 250.

496. Apud Falkland, 4 Sep.

REX confirmavit cartam Macolmi Cramby de Petkarn in Strathern,—[qua concessit filio suo MACOLMO CRAMBY, inter ipsum Mac. seniorem et Mariotam de Levenax sponsam suam legitime procreato, pro ejus servitio, concilio, &c.,—terras vulgariter nuncupatas *le West-thrid-parte* terrarum de Petcarne, unacum messuagio earundem, et molendino earundem, in regalitate de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. dicto Mac. filio, et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio C. fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus dicti Mac. senioris quibuscunque, de rege in feodo : — RESERVATO libero tenemento dicto Mac. patri et Mariote sponse sue eorumque diutius viventi: —TEST. Wil. filio et apparente herede D. David Murray dom. de Tulibardin militis, Alex. Graham, Pat. Murray de Uchterardour, scutiferis, et D. Pat. Furde vicario de Sauline :—Apud Tulibardin, Mar. 15, 1450,—unacum sigillo dicti David M. de Tulibardin] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 106. 6. 70. 110. 114. 115.

iv. 251.

497. Apud Edinburgh, 17 Sep.

REX confirmavit cartam Johannis Heryng domini de Edmerisdene,—[qua concessit JACOBO DE QUHITLAW filio Jacobi de Q. heredibus ejus et assignatis, pro conciliis et auxiliis, &c.,—10 mercatas terre in villa et territorio de Grenelaw ex parte occidentali aque de Blacadre, in comitatu Marchie, vic. Berwici ; que terre vulgariter vocantur *Blasonbrade* :—REDDEND. regi tanquam comiti Marchie 12 denarios argenti nomine albe firme :—TEST. D. Ade de Hepburn dom. de Halis, Pat. de Hepburn dom. de Walchtoun, militibus, Pat. de Hepburn filio primogenito dicti dom. de Halis, Geo. de Sancto Claro de Blainis, Joh. de Haliburtoun, Wil. de Haliburtoun, Pat. de Knollis, Alex. Pollo, armigeris :— Apud Hadingtoun, Jun. 13, 1443] :— TEST. 106. 6. 112. 110. 114. 115.

iv. 234.

498.[1] Apud . . . . . 20 Sep.

REX dedit literam salvi conductus pro RADULPHO GRAY de Hetoun, Anglico, et 30 personis in ejus commitiva, etiam Anglicis, conjunctim seu divisim, cum eorum equis, harnesiis, &c., duraturam usque

[1] As a memorandum in the Register.

festum nativitatis Domini nostri Jhesu proximo futuro. iv. 75. (ii).

499. Apud Edinburgh, 20 Sep.
REX confirmavit cartam quondam Johannis de Hammiltoun militis dom. de Cadzou,—[qua concessit WILLELMO BALLIE dom. de Hoprik et heredibus ejus, pro ejus consilio et auxilio, &c.,—terras de Henschau et de Watstoune in baronia de Cadzou, vic. Lannark;—quas idem Wil. resignavit:—REDDEND. unam rosam rubeam apud capitalem locum dicte baronie, nomine albe firme:—TEST. Dominis Joh. de Hammiltoun de Fyngaltoun, Joh. de Hammiltoun de Ros, Alex. de Hammyltoun de Inverwik, militibus, Wil. de Hamiltoun, Hugone de Aldestoun, Tho. de Hammiltoun, Rob. de Nesbet:—Apud Cadzou, Feb. 4, 1394]:—TEST. 106. 6. 112. 110. 114. 115. iv. 164.

500. Apud Striveline, 7 Oct.
REX, attendens et perpendens grata obsequia, labores et servitia quondam suo genitori (Jac. I.) carissimisque sororibus suis Dalphine Viennensi ac Ducissis Britanie et Austrie ceterisque sororibus suis amantissimis per Wil. Monypeny militem gratanter impensa, et pro ejus servitio regi impendendo, — concessit predicto WILLELMO MONYPENY militi, et heredibus ejus,—terras de Parkhill, unacum silva de Irneside in comitatu de Fiffe, vic. ejusdem,—in excambium pro terris de Lethbertschelis, vic. Striveline, per regem alias dicto Wil. concessis:—REDDEND. unam rosam rubeam in festo nativitatis B. Joh. Bapt. nomine albe firme:—TEST. 106. 139. 6. 109. 133. 113. 114. 115. iv. 149.

501.[1] Apud Striveline, 7 Oct.
REX confirmavit WILLELMO MONYPENNY militi—terras vocatas Hallis de Erth, &c.;—*ut in carta* 344. iv. 37 (ii).

502. Apud Strivelyn, 11 Oct.
REX confirmavit cartam Willelmi comitis de Douglas, &c.,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et tradidit ROBERTO DE GLENQUHYN heredibus ejus et assignatis,—terras de Wra in baronia de Glenquhyn, vic. Peblis:—Apud Strivelyn, Oct. 8, 1451]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 106. 6. 126. 114 115. iv. 150.

503. Apud Strivelyn, 26 Oct.
REX, cum plena deliberatione trium regni statuum in plano Parliamento, confirmavit WILLELMO COMITI DE DOUGLAS, &c., pro ejus servitio, &c.,—comitatum de Wigtone cum pertinentiis, ac totas (terras) ex parte occidentali aque de Cree, vic. Drumfres;—quas idem Wil. resignavit:—TENEND. dicto comiti et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Jac., Arch., Hugoni, Joh. de D., &c., *ut in carta* 468,—in liberam regalitatem, cum turre et burgo de Wigtone ac trono et custumis tam magnis quam parvis, itineribus justiciarie et camerarie, &c., adeo libere sicut quondam Arch. com. de D. avus dicti Wil., aut Arch. patruus ejusdem Wil., vel ipse Wil., aut aliquis predecessorum suorum dictum comitatum et terras prefatas ante dictam resignationem tenuerunt:—non obstantibus quibuscunque criminibus, &c., per quemcunque dicti Wil. predecessorem usque in presentem diem qualitercunque commissis, aut quibuscunque actis, &c., Parliamenti vel concilii generalis, &c.:—REDDEND. unam rosam rubeam apud Wigtone in festo nativitatis Joh. Bapt. nomine albe firme:—TEST. 106. 116. 31. 6. 111. 112. 113. 140. 141. 114. 115. (*vide* Acta Parl. Scot. ii. 71). iv. 151.[2]

504. Apud Striveline, 26 Oct.
REX, cum plena et matura deliberatione trium regni statuum in plano Parliamento, &c.,—confirmavit WILLELMO COMITI

[1] As a memorandum in Register.

[2] *Note in Register*—Item, datur consimilis carta de verbo in verbum et absque clausula "non obstantibus" in prefata carta specificata, usque clausulam "Reddendo inde annuatim."

DE DOUGLAS, &c., et heredibus ejus,—terras dominii de Stewartoun et de Dunlopp, vic. Are;—quas idem Wil. personaliter resignavit in manus regis tanquam Senescalli Scotie:—TEST. 106. 116. 31. 6. 111. 112. 113. 140. 141. 114. 115.
iv. 152.

505. Apud Striveline, 31 Oct.
REX confirmavit ROBERTO SYMPLE de Elliotistoun militi et ELIZABETH ejus sponse,—terras de Southennane, vic. Are;—quas idem Rob. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, et post eorum decessum, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque:—TEST. 106. 31. 139. 6. 38. 110. 113. 114. 115.
iv. 153.

506. Apud Strivelyne, 6 Nov.
REX concessit servitori suo ANDREE DE BALFOUR, heredibus ejus et assignatis, pro ejus servitio, &c.,—tenementum ante et retro, quod alias fuit quondam Alexandri de Levingston, filii Alex. de L. militis, in burgo de Strivelyne ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram Pat. Baille ex parte una, et terram Alex. de Cunyngham ex parte altera;—quod ad manus regis devenit ratione forisfacture dicti quondam Alex. de L.:—TEST. 106. 6. 112. 110. 114. 115.
iv. 156.

507. Apud Strivelyne, 9 Nov.
REX, pro singulari favore quem gessit erga dilectos suos mercatores, burgenses et communitatem burgi sui de Edynburgh, pro eorum gratuitis servitiis sibi hactenus multipliciter impensis, concessit prefatis BURGENSIBUS ET COMMUNITATI BURGI DE EDYNBURGH, eorumque heredibus et successoribus ejusdem—ut ipsi perpetuis futuris temporibus liberi, absoluti et quieti forent, ab omni solutione custume salis et pellium subscriptarum, vulgariter dictarum *schorlingis, skaldingis jutefellis, lentirneware, lambskynnis, todskynnis, calfskynnis, cunyngskynnis, otterskynnis* et *foumartskynnis*;—et eisdem concessit facultatem vendendi, mercandi vel in excambium aut alias permutandi, tam extraneis personis et non liberis, quam quibuscunque aliis personis, et tam infra regnum quam extra, mercimonia predicta salis et pellium absque quacunque custuma per ipsos extraneos aut alios quoscunque quibuscunque futuris temporibus persolvenda, ita quod de dictis sale et pellibus per ipsos extraneos a burgensibus emptis seu acquisitis custuma nullatenus persolveretur;—nisi tantum parva custuma per extraneos et non liberos dictis burgensibus de dictis sale et pellibus retroactis temporibus hactenus debita et persolvi consueta:—TEST. 106. 31. 139. 6. 98. 112. 110. 114. 115.
iv. 157.

508.[1] Apud Edinburgh, 4 . . . .
REX, pro sincerima et cordialissima affectione &c., concessit carissime consorti sue MARIE REGINE SCOTIE,—pro toto tempore ejus vite,—baroniam et dominium de Calentare, ac terras de Kilsithe, terras de Treenterene ac terras de Inherne vocatas vulgariter *le Thrid Parte*, de *Shereffis lande* de Kippane, terras de Bruminche, et de Lethbert, vic. Striveline; necnon annuum redditum 50 sol. de terris de Langtoun et annuum redditum 33 sol. 4 den. de terris de Pettyncoskale, vic. Striveline;—que terre et annui redditus regi devenerunt ratione forisfacture Alex. de Levingstoune militis, prout alias in Parliamento extitit declaratum:— INSUPER concessit dicte Regine—pro toto tempore ejus vite,—dominium de Kinclevin, vic. Perth:—TENEND. prefatas terras, &c., in boscis, &c., cum furca et fossa, &c., unacum itineribus justiciarie et camerarie, cum feodis, forisfacturis, libera foresta, et warenna, cum capella et advocationibus ecclesiarum, &c.:—TEST. 57. 106. 6. 110. 112. 38. 114. 115.
iv. 158.

509.[2] Apud . . . . . 7 Dec.
REX dedit literam salvi conductus THOME TALLIEFERE, THOME LOUTH,

[1] The entry in the Register has not been quite completed.

[2] As a memorandum in the Register.

RICARDO DICSOUN et tribus eorum sociis, cum una nave, magistro ejusdem, et 12 marinariis etiam Anglicis,—per terram vel per mare,—pro duobus annis duraturam. iv. 294. (iii).

510.[1] Apud . . . . . 7 Dec.
REX dedit literam salvi conductus THOME DE MUKTOUN de Londoune, duobus sociis, uni servitori,—per terram seu per mare, cum una nave, magistro ejusdem et 16 marinariis Anglicis,—pro duobus annis duraturam. iv. 294. (iv).

511. Apud Edinburgh, 15 Dec.
REX confirmavit cartam Jacobi de Hammyltoune, dominide Cadzoue, militis,—[qua concessit WILLELMO BALYE de Enschaue et heredibus ejus,—terras de Udstoune, in baronia de Cadzoue, vic. Lannark;—quas Wil. Balye de Lammynton miles, pater predicti Wil. resignavit :—TEST. M. David Cadzou precentore ecclesie Glasguen., Joh. Senescalli de Cragy, Philippo Moubray de Berinbugale, Reginaldo de Crawfurde de Hannyn, Rob. de Dalzel de Sandyhome, Joh. Fokart de eodem, Wil. Cleulande de Clelantoun, Joh. de Machan, Joh. de Mossald presbytero vicario chori ecelesie Glasguen., publico notario:—Apud Cadzou, Maii 12, 1444] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 521. iv. 163.

512. Apud Edinburgh, 20 Dec.
REX concessit ALEXANDRO DE HUME, filio primogenito Alex. de H. militis,—terras de Dunglas, Hume, Susterpeth, et Kello, in comitatu Marchie, vic. Berwici;—quas terras dictus Alex. pater personaliter resignavit;—et quas terras rex in unam liberam baroniam de Hume incorporavit et univit :—concessit etiam eidem Alex. juniori et heredibus ejus,—omne jus, &c., quod habuit ad prefatas terras, alias de comite Marchie tentas, causa forisfacture quondam Georgei alias comitis Marchie :—TENEND. dicto Alex. H. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Georgeo de H. fratri germano dicti Alex. et heredibus ejus, &c., (*ut supra*), quibus def., Joh. de H. fratri etiam germano dicti Alex., et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., filiis legitimis quibuscunque dicti Alex. militis, patris, et heredibus eorum, &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. de H. fratri germano dicti Alex. patris, et heredibus ejus, &c., (*ut supra*), quibus def., Geo. de H. fratri etiam germano dicti Alex. patris et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., David H. de Wederburn militi et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., filiis et heredibus masculis quondam Pat. de H. de Rauchburn, et heredibus eorum masculis de corporibus eorum legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. patris quibuscunque, in liberam baroniam, de Hume nuncupandam : —RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum predicto Alex. patri, ac rationabili tertia sponse ejus : — REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : — VOLUIT etiam quod quamvis contingeret regem vel aliquos successorum suorum, comitatum Marchie aut superioritatem dictarum terrarum alicui persone de rege et heredibus suis tenendum in feodo concedere,—quod dictus Alex. de H. pater vel heredes ejus, quamvis ad hoc vellet seu vellent consentire, non valeret nec valerent de aliquo alio quam de rege, predictas terras in capite quovismodo tenere :—TEST. 106. 139. 6. 110. 112. 114. 115. iv. 261.

513. Apud Edinburgh, 20 Dec.
REX concessit PATRICIO DE HEP BURNE de Halis, heredibus ejus et assignatis, — terras dominii de Halis, dominium de Trapren, dominium de Merkill, cum advocatione ecclesie de Lyntoune, terras de Bourhous ac duas carucatas terre in villa et territorio de Quittingeame, et terras de Gamilschelis et Hauchiside, vic. Edinburgh; terras de Hershope et de Aldhamstokkis, cum advocatione ecclesie de Aldamstokkis, et duas bovatas terre in villa et territorio de Colbirnspeth, terras de Kettilschele et de

[1] As a memorandum in Register.

†

Quhitsum, cum advocatione ecclesie de Quhitsum, et unam carucatam et dimediam carucatam terre et duas bovatas terre in villa et territorio de Mersyntoune, et terras de Wormecleif, et terras de Rollandstoune, et unam carucatam terre in Lambden, et terras de Quhinkerstanis, vic. Berwici; —quas terras predictas dicti Patricii predecessores olim de comite Marchie hereditarie tenuerunt; et quas ipse comes Marchie de regis predecessoribus, Scotie regibus, tenuit;—REX confirmavit etiam et dedit dicto Patricio hereditarie pro perpetuo, terras de Prendergest, et dimediam carucatam terre in Restoune, necnon terras de Monynettis, vic. Berwici;—quas terras dictus Pat. et predecessores ejus de rege, &c., tenuerunt, et quas idem Pat. personaliter resignavit: — Concessit etiam rex totum jus, quod ad prefatas terras alias de comite Marchie tentas habuit, causa forisfacture quondam Geo. alias comitis Marchie aut quorumcunque predecessorum ejus;—omnes prefatas terras rex in liberam baroniam, de Halis nuncupandam, univit et incorporavit:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme: —VOLUIT etiam rex quod quamvis contingeret regem, &c., comitatum Marchie, &c., concedere, &c. *ut in carta* 512:—TEST. 106. 139. 6. 110. 112. 114. 115. iv. 264.

514. Apud Edinburgh, 20 Dec.

REX concessit ALEXANDRO DE HUME, filio primogenito Alex. de H. militis, —terras de Hume, Dunglas, Sestirpeth, et Kello, vic. Berwici;—quas dictus Alex. pater personaliter resignavit; et quas rex in liberam baroniam de Hume univit et incorporavit; ac omne jus, &c., *ut in carta* 512:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Geo. de H. fratri germano ejus et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. de H. fratri germano etiam dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Patricio de H. filio dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Nicholao de H., filio etiam dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., filiis legitimis quibuscunque dicti Alex. militis, patris, et heredibus eorum, &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. de H. fratri germano dicti Alex. militis et heredibus ejus masculis et heredibus eorum de corpore legitime procreatis, quibus def.' Geo. de H. &c., *ut in carta* 512[1]:—REDDEND. *ut in eadem carta*:—Voluit etiam quod quatenus contingeret regem, &c., *ut in eadem carta*:—TEST. 106. 139. 6. 112. 110. 114. 115. iv. 265.

515. Apud Edinburgh, 2 Jan.

REX confirmavit assedationem et ad feodifirmam dimissionem, quam fecerunt Jacobus dominus de Dalkeith et Henricus de Douglas, frater dicti Jacobi, JOHANNI DE COLDEN, heredibus ejus et assignatis, —de terris campestribus cum pertinentiis in Ryndale, super solum et territorium de Dalkeith cum vicis ejusdem, inter terras tenementi husbandii dicti Joh. de C. ex parte una, et terras alterius husbandii Joh. Nesbit de Wynschelis ex parte altera,—et de illa pecia terre vulgariter nuncupata *le Serjandhaulch* ex parte australi ville de Dalkeith, inter *le croftis* husbandorum ex parte boreali et aquam de Southesk ex parte australi; necnon de quadam terra husbandia cum tenemento et aliis pertinentiis ejusdem, ex parte australi magni vici ville de Dalkeith, inter tenementum Simonis de Colden ex parte orientali et tenementum quondam Joh. Symsone ex parte occidentali, unacum pecia terre vocata *le Joppis-aker*, infra dominium de Dalkeith: INSUPER confirmavit illas concessiones et ad feodifirmam dimissiones, quas fecit quondam Jac. de Dalkeith SIMONI DE COLDEN de terra husbandia quam alias habuit Thomas Gawane in assedatione ex parte australia ville de Dalkeith:—NECNON illam concessionem, &c., alias per dictum quond. Jac. dom. de D. factam JOHANNI WRYCHT et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Simoni de Colden et ejus

[1] Except that the words "cognominis Humys" are added after the destination to the heirs of the deceased Pat. H. of Rauchburn.

heredibus legitimis, de quadam terra husbandia quam antea dictus Joh. habuerat in assedatione in villa de Dalkeith ad finem occidentalem ejusdem :—Test. 106. 6. 110. 113. 114. 115. iv. 161.

516. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX confirmavit cartam Alicie Cambel, sponse quondam Johannis Cambel de Loudoune militis,—[qua, in pura viduitate, et in laudem Dei, &c., pro salute animarum Regis, Regine, &c.,—concessit CAPELLE B.V.M. situate super ripam aque de IRWYN prope ecclesiam burgi de Irwyn, et capellano in dicta capella divina celebraturo, ad ejusdem sustentationem,—quoddam tenementum in burgo de Irwyn in via ecclesiastica, inter tenementum Hugonis de Blar ex parte una et tenementum D. Wil. Yong ex parte altera; tenementum juxta cimitorium ecclesie parochialis de Irwyn in le Kyrkgate ex parte occidentali vici regii, inter tenementum D. Wil. Yong ex parte una et tenementum D. Walteri Johannis capellani ex parte altera; et tenementum in magno vico, inter tenementum Laurentii Trane ex parte una et tenementum Joh. Lokat ex parte altera; ac etiam tenementum in dicto burgo, inter tenem. Joh. Scarhede ex parte una et terram Alex. de Houstoun ex parte altera; et annuum redditum 5 marcarum de tenemento Gilberti Goldsmyth in magno vico dicti burgi, inter tenementum Alex. Houstoun ex parte una et communem venellam ex parte altera :—Concessit etiam ad sustentationem alterius capellani divina celebraturi in ECCLESIA PAROCHIALI B. V. M. DE IRWYN ad altare Beati Michaelis archangeli,—tenementum in magno vico dicti burgi, inter tenem. quond. Johannis Marschale capellani ex parte una et tenem. Wil. Stewartoun ex parte altera, &c.:—Test. D. And. Abbate de Melros confessore regis et thesaurario, D. Joh. Cambel milite, D. Simone Wanless monacho monasterii de Melros, Oswaldo Abirnethy, And. Richardson, Gilb. Huntar, Mich. Jhonson :—Apud Edinburgh, Jan. 2, 1451]:—Test. 106. 6. 109. 112. 113. 114. 115. iv. 260. (ii).

517. Apud Edinburgh, 6 Jan.
REX concessit ROBERTO GRAY filio Thome Gray,—terras quarte partis terrarum baronie de Pety, vic. Forfare ;—quas Alex. de Broise personaliter resignavit :—Tenend. dicto Roberto et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Thome et heredibus ejus quibuscunque :—Test. 106. 6. 109. 114. 115. iv. 187.

518. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX concessit ROBERTO NOBLE de le Fermis et heredibus ejus, — terras de Ballioffray, vic. Dumbrettane; — quas Molinora Neuloucas et Mariota Neuloucas resignaverunt :—Test. 106. 6. 112. 113. 114. 115. iv. 159.

519. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX concessit MOLINORE NEULOUCAS et MARIOTE NEULOUCAS, et heredibus eorum,—terras de Westir Gartavertane, in dominio de Mentheth, vic. Perth ;—quas Rob. Noble resignavit :—Test. 106. 6. 110. 112. 114. 115. iv. 160.

520. Apud Edinburgh, 11 Jan.
REX, in laudem Dei, &c., et pro salute animarum Jac. (I.) genitoris sui et Johanne Regine,— concessit COLLEGIO DE DUNGLAS, et ad sustentationem capellanorum ejusdem divina celebraturorum,—terras de Trefontanis, in comitatu Marchie, vic. Berwic :—Tenend. in puram elemosinam :—Test. 106. 6. 110. 112. 114. 115. iv. 267.

521. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Boide de Kilmernoke, et quarte partis baroniarum de Yester, Duncanlaw et Morhame,—[qua concessit Domino DAVID DE HAY de Yester militi, et heredibus ejus, in verum et legitimum excambium, —illam suam quartam partem baroniarum de Yester Duncanlaw et Morame ;

ac etiam terras de Giffardgate, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh, cum advocationibus ecclesiarum et prebendarum dicto Rob. et heredibus ejus infra easdem pertinentibus,—advocatione prepositure ecclesie colleg. de Bothanis dumtaxat excepta,—pro omnibus terris totius baronie de Telyng, vic. Forfare :—Tenend. a dicto Rob. de rege in feodo :—Test. Tho. de Malwile dom. ejusdem, Hugone de Montegomery de Thornton, Rob. Boide de Rawynnischuch, Gilb. le Hay de Mennezane, Joh. de Hammylton de Brentwode, David Berclay de Ladilande et Joh. Borthwic de Crukyston :—Apud Edinburgh, Jan. 10, 1451] :—Salvis regi wardis, &c.—Test. 160. 6. 110. 112. 113. 114. 115.

iv. 162.[1]

522. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX, in laudem Dei, &c., et pro salute animarum Jac. (I) genitoris sui ac quond. Johanne Regine Scotie, &c.,—concessit Thome Abbati MONASTERII DE PASLETO, conventui ejusdem eorumque successoribus et eorum ballivis, deputatis et ministris qui pro tempore fuerint,—licentiam et potestatem replegiandi omnes eorum tenentes, firmarios, incolas et inhabitantes terras dicti monasterii infra limites et bondas vic. Are, Ranfreu, et Dunbertane, quos quibuscunque futuris temporibus contigerit indictari, &c., pro quibuscunque maleficiis ad itinera regia camerarie in posterum tenenda infra vic. supradictos,—cum plenaria potestate tenendi itinera et curias camerarie de omnibus incolis et tenentibus eorum supradictis in fine cujuslibet itineris regis camerarie locorum predictorum, camerario aut ejus deputato vocato per abbatem vel ejus ballivos pro ejus assistentia, consilio et auxilio,—dictique abbas et ejus officiarii et deputati congruum justitie complementum ministrabunt, unacum assisa burgensium burgi per abbatem seu suos ballivos vocanda, ubi dicta itinera tenebuntur, &c. :—Insuper concessit officiariis, &c. dicti abbatis potestatem tabernandi et vendendi vina infra portas dicti monasterii, ad dicti abbatis beneplacitum et voluntatem absque impedimento, &c. :—Test. 106. 139. 144. 6. 112. 113. 114. 115. iii. 116. et iv. 262.

523. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX confirmavit donationem et concessionem quas Robertus Rex fecit abbati et conventui MONASTERII DE PASLETO—de certis terris, redditibus et possessionibus in baronia de Renfrew, vic. Lanark,—necnon de terris, &c., in baronia de Kile, vic. Are,—et de 5 marcatis terre de Moll et de Huntlaw in terra de Hassynden, vic. Roxburgh,—de terris de Orde, vic. Peblis, in unam baroniam annexis et in puram elemosinam et meram regalitatem seu regaliam dicto monasterio alias datis :—confirmavit etiam quasdam literas confirmationis ejusdem Rob. Regis ratificantes &c., donationes, &c., quas quondam Macolmus et Macolmus, comites de Levenax, fecerunt dicto abbati et conventui,—de terris de Kilpatrik, Cocynanach, Edynbernane, Backan, Fymbalane, Drynycrene, Cragbrectholane, Monankenrane, Druncteyglunane, Cultebuyne, Dallefenane, Druncthoher, Beynfoyde (Reynfoyde), et Drumdynanys, in comitatu de Levenax, vic. Dumbertane, in unam liberam baroniam annexis, ac in liberam regalitatem concessis :—Tenend. totas prefatas terras in unam liberam baroniam nuncupandam baroniam de Pasleto, in puram elemosinam et meram regalitatem seu regaliam ; — concessit etiam dictis abbati, &c., ut tenerent terras baronie de Kilpatrik in meram regalitatem, unacum quatuor punctis ad coronam regiam spectantibus, viz. raptu, rapina, murthir et incendio ;—que dictus Rob. Rex sibi et successoribus suis reservavit : — Salvis regi orationum devotarum suffragiis :—Test. 106. 139. 144. 6. 112. 113. 114. 115. iii. 117. iv. 263.

---

[1] Immediately following the above charter in the Register is the title of another—"Carta Roberti Boide de Kilmarnok."—The space of half a page has been left for its engrossment, but only the first five words containing the King's name and title have been written.

524.[1] Apud . . . . . 31 Jan.
REX dedit literam salvi conductus ROBERTO BAXTARE, THOME DE ALDEIRE, THOME MOYE et JOHANNI CORBRIG, cum tribus sociis, cum nave, magistro et 15 marinariis ejusdem,—per terram et mare,—pro duobus annis duraturam.
iv. 75. (iii).

525. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX concessit ALEXANDRO DE HUME filio Alex. de H. de eodem militis, pro ejus servitio, &c.,—terras de Chernsyde, vic. Berwic, unacum advocatione ecclesie de Chernsyde;—quas terras rex etiam baronie de Hume annexavit et univit:—TENEND. dicto Alex. de H. filio, et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Geo. de H. fratri germano dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. de H. fratri etiam dicti Alex. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. de H. filio dicti Alex. de H. militis, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Nicholao de H. filio dicti Alex. militis et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., filiis dicti Alex. militis quibuscunque et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Thome de H. fratri germano dicti Alex. militis et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def. Geo. de H. fratri etiam germano dicti Alex. militis, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., David de H. de Weddirburn militi et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., filiis et heredibus masculis quondam Pat. de H. de Rauchburn et heredibus eorum masculis de corporibus eorum legitime procreatis cognominatis Humys, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. militis quibuscunque, cum superioritate terrarum de Cherneside predictarum ac in alba firma cum baronia predicta:—Voluit etiam quod quamvis contingeret, &c., *ut in carta* 512:—TEST. 106. 139. 6. 110. 112. 114. 115.
iv. 237. et 266.[2]

526. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX concessit ANDREE KERRE de Altounbourne et heredibus ejus, pro singulari favore, &c., quos gessit erga ipsum, et pro servitio ejus, &c.,—terras baronie de Alde Roxburgh, vic. Roxburgh:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. 106. 6. 145. 26. 114. 115.
iv. 111.

527. Apud Edinburgh, 9 Feb.[3]
REX confirmavit cartam Roberti (III.) Regis,—[qua concessit JOHANNI DE DALZELE militi—totum jus et clameum quod idem rex habuit in Hospitali sive in domo pauperum S. Leonardi de Lanark, cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem;—jus, viz., et potestatem ponendi magistrum, gubernatorem sive administratorem quotiens ei visum fuerit oportunum, &c.:—TENEND. unacum terris de Spittaleschele dicto Johanni et heredibus ejus subscriptis, viz. Waltero de D. filio dicti Joh. post decessum patris ejus, et heredibus dicti Walt. masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Ade de D. fratri dicti Walt. filio dicti militis, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Rob. de D. fratri ipsius Ade, utique filio dicti militis, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti militis masc. quibuscunque:—REDDEND. dicto Hospitali annuatim in perpetuo 40 sol.:—FACIEND. dictum Hospitale in obsequiis deserviri secundum fundationem primariam, &c.:—TEST. Walt. episc. S. Andree, Gilb. episc. Aberdonen. cancellario, David duce (de) Rothsay comite de Carric, &c., primogenito regis, Roberto duce Albanie comite de Fiffe

[1] A memorandum in the Register.

[2] These two charters are exactly the same in their terms save that the latter (266) has the following note at the end:—"Salva et reservata nobis, heredibus et successoribus nostris advocatione ecclesie de Cherneside totiens quotiens ipsam vacare contigerit." It may be mentioned also that the words "unacum advocatione ecclesie de Cherneside" are twice interlined in the latter charter—once in the Dispositive and once in the Tenendas clause.

[3] The year in which this confirmation was granted is not mentioned.

et de Menteith fratre regis germano, Arch. com. de Douglas dom. Galwidie, Jac. de Douglas dom. de Dalkeith, Tho. de Erskyn, consanguineis regis, militibus: — Apud Lithqw, Jun. 3, 1400] :—TEST. 106. 6. 127. 113. 114. 115. iv. 112.

528. Apud Edinburgh, 14 Feb.
infra dictam baroniam : — SALVIS regi wardis, &c. vii. 82.

1041. Apud Edinburgh, 8 Oct.
REX concessit WILLELMO DOMINO MONEPENNY, et heredibus ejus, pro ejus laudabili et fideli servitio,—terras de Kirkandris, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht :—REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme :—RESERVATO regi jure patronatus ecclesie de Kirkcandris: —TEST. 6. 43. 57. 7. 11. 3. 16. 74. 54. 63. 58. 75. 48. vii. 179.

1042. Apud Edinburgh, 8 Oct.
REX concessit ANDREE DE SCHEITHUM, filio et heredi apparenti Tho. de S. de eodem, et heredibus ejus,—terras de Scheithum, vic. Fiffe ;—quas dictus Tho. personaliter resignavit :—TEST. 6. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 49. 58. 75. vii. 181.

1043. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam feodifirme quondam Jac. II. Scotorum regis,—[qua concessit et ad feodifirmam dimisit familiari suo WILLELMO MONEPENNY domino de Ardewynny et Conquirsalte, militi, et heredibus ejus, pro singulari favore, &c.,— terras de Balgradane, Guffokland, Corroffare, et Clonain, in dominio Galwidie, baronia de Butil, senesc. Kirkcudbricht : — REDDEND. 20 mercas nomine feodifirme ;— tenebuntur tamen dictus Wil. et heredes sui proxime post datam dicte carte in edificiis, &c., politiam perficere et complere :—TEST. And. episc. Brechinen. cancellario, Niniano episc. Candidecase, Jac. dom. Levingstoune magno camerario, Pat. dom. le Grahame, Alex. dom. Kilmawris, M. Joh. Arous archidiac. Glasguen. secreti sigilli custode, M. Geo. Liddale rectore de Foresta secretario regis :—Apud Edinburgh, 18 Sep., 1459] :—SALVIS regi juribus, &c. :—. . . . . .
. . . . . (*cetera desunt*) . . . .
vii 180.

1044. Apud . . . . . .
REX concessit COLINO, COMITI DE ERGILE, domino Lorne, magistro hospitii regis, et heredibus ejus, — 4 mercatas terrarum de Torblaran, vic. Ergile ;—que fuerunt Bahag Neuyntouchirly, et quas eadem resignavit :— TENEND. in liberam baroniam :— . . . . . .
(*cetera desunt*). vii. 182.

1045. Apud . . . . . .
REX concessit ROBERTO LAUDARE filio et heredi apparenti Rob. L. de Edrintoune,—terras de Edrintoune, et Colestell, cum piscariis de Edermont, ac molendinis earundem, vic. Berwic ;—quas terras, &c., dictus Rob., pater, personaliter resignavit, et quas (prius tentas de rege in warda, &c., pro solutione annui redditus 12 lib.) rex eidem concessit in alba firma, una cum dicto annuo redditu hereditarie, pro singulari favore quem gessit erga ipsum et pro ejus fideli servitio :—TENEND. dicto Rob. filio, et heredibus ejus masculis hoc cognomen Lauder et arma ejus habentibus et gerentibus, de rege :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : — RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum, &c., dicto Rob. patri, et rationabili tertia earundem Jonete ejus sponse, cum contigerit :—TEST. . . . .
(*cetera desunt*). . . . . vii. 183.

1046. Apud Edinburgh, 14 Nov.
REX concessit HENRICO NEILSOUNE, et ejus heredibus,—terras de Madinpap, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht, vic. Drumfres ;—quas Geo. Neilsoune pater dicti Hen. resignavit :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 63. 49. 58. 75. vii. 152.

1047. Apud Edinburgh, 15 Nov.
REX auctoritate sua regia admortizavit 20 lib. annui redditus burgagii—pro salute animarum regis, consortis sue Mergarete, &c.,—Deo et Sancto Monano et ECCLESIE DE INNERI et certo numero Fratrum Predicatorum ;—quas Johannes de Kinloch de Cruvy eidem dare et assignare disposuit, dummodo eas admortizare rex dignaretur ; —necnon concessit priori et fratribus predicatoribus in dicta ecclesia de novo fundata—20 marcas annuatim de magnis custumis burgi de Cupro, de quibus alias dicta ecclesia de Inneri per regis predecessores ad sustentationem duorum capellanorum

pro regum animabus divina celebraturorum dotata fuit :—TEST. 6. 43. 51. 7. 60. 3. 54. 63. 49. 58. 75. vii. 153.

1048. Apud Edinburgh, 22 Nov.
REX,—licet terre de Dundas, ARCHIBALDO DE DUNDAS de eodem, militi, pertinentes, tenebantur de baronia de Winchburgh, et terre de Echeling tenebantur de baronia de Dummanyng, que baronie tenebantur de rege in warda et relevio—tamen, pro singulari favore quem rex gessit erga eundem Arch., et pro ejus fideli servitio, &c., concessit dicto Arch. et heredibus ejus—quod, quotiens dicte baronie de Wincheburgh et de Dummanyn aut altera earum in manus regis ratione warde vel relevii fore contingerent, dicte terre de Dundas et Echling essent libere dicto Arch. et heredibus ejus de warda, &c.:—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 54. 63. 58. 75. vii. 184.

1049. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX concessit ROBERTO BOIDE filio quondam Alex. B., et heredibus ejus,—10 mercas terrarum de Ernele, in balliatu de Cunnyngaham, vic. Are ;—quas Rob. B. avus dicti Rob. resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. seniori et rationabili tertia Elizabeth ejus sponse cum contigerit :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 58. 75. vii. 84.

1050. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX confirmavit cartam Nicholaii comitis de Eroll, domini le Haye, et constabularii Scotie,—[qua concessit avunculo suo Magistro GILBERTO HAYA—terras de Wry, in baronia de Eroll, vic. Kincardin ; —quas quondam Wil. Hay de Wry in sua propria persona resignavit :—TENEND. dicto Gilberto et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus suis legitimis quibuscunque, de dicto comite :—RESERVATO libero tenemento prefato Wil. de H. :—TEST. Joh. de Ogstoune deputato vicecomitis de Abirdene, Hen. Chene de Essilmonde, Alex. de Tulideff de eodem, David de Stratoune, David Colison, Joh. Moyses, Tho. Haliburtoune de Abirdene, D. Joh. de Letht, D. Rob. Leis, capellanis et notariis publicis, et Tho. Letht :—Apud burgum de Abirdene, Aug. 12, 1467] :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1053. vii. 140.

1051. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit cartam David episcopi Moravien.,—[qua, cum consensu, consilio et voluntate decani et canonicorum ecclesie Moravien.,—constituit et ordinavit JACOBUM STEWART palatii de Spineto constabularium, et ei concessit terras de Litil-Inverlochy, et molendinum ejusdem, valen. annuatim 10 lib. argenti, infra episcopatum Moravien., in baronia de Brinneth, vic. Elgin, victumque sufficien. pro ipso et duobus servitoribus, pabula et avenas pro tribus equis, debite eisdem et honeste ac sufficienter in dicto palatio de expensis episcopi qui pro tempore fuerit ministrand. :—TENEND. dicto Jacobo et tribus heredibus ejus masculis de corpore ejus procreatis, de dicto episcopo :—REDDEND. sectam debitam in diebus temporibus anni infra regnum Scotie consuetis, viz. post festum natalis Domini, post festum Pasche, in curiis capitalibus dicte baronie de Brinneth, &c.:—Apud eccl. Cathedralem Moravien., unacum sigillo rotundo dicti episcopi, ac sigillo communi dicti decani, &c., et subscriptionibus manualibus dictorum episc., &c.:—Aug. 27, 1470] :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 49. 58. 64. vii. 141.

1052. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX concessit PETRO MERSARE, et heredibus ejus,—terras de Inchbreky, in comitatu de Stratherne, vic. Perth ;—quas Mergareta Murray resignavit :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 54. 49. 58. 75. vii 133.

1053. Apud Edinburgh, 25 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Broune de Cummercolstoune,—[qua concessit, pro ejus servitio, consilio, &c.,—filio suo ROLLANDO BROUNE—terras de Litil-Ketilstone, vic. Linlithqw ;—excepta et reservata dicto Joh. et heredibus suis una dimedietate unius mercate earundem terrarum, pro capitali messuagio :—TENEND. dicto Rollando et heredibus ejus masculis de corpore

ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. et heredibus ejus libere reversuras : — Reddend. unum denarium, nomine albe firme : — Test. Geo. dom. Setoune, D. Joh. Swintoune de eodem milite, Gilb. Jhonstone de Elphinstoune, Geo. Ker de Samelstoune, Jac. Cokburn de Newbiging, Pat. Jhonstone, Rob. Merschele notario publico :—Apud Edinburgh, 17 Jun., 1471] :—Salvis regi wardis, &c.:— Test. 43. 57. 7. 60. 3. 58. 64. vii. 138.

1054. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit JACOBO DOMINO HAMMILTOUN, et heredibus ejus,—40 mercatas terrarum in dominio de Bothvile, viz. terras de Estirbarmukkis, Westirbarmukkis, Murehede, Hirst, Fortesset, Sterreschaw, Gudedokhillis, Dunteling, Westirbrekauch, Swynsty, Gartnes, cum communi nemore de le Parkschawis, cum tribus acris eorundem, le Parkhill, cum prato et le Hauche de Bothvile, vic. Lanark ;— in excambium pro terris de Kirkandris, senesc. Kirkcudbricht ;—quas terras de Kirkandris dictus Jac. resignavit, et quas rex post dictum excambium Willelmo domino Monepenny per aliam cartam donavit ;— et quas 40 mercatas terrarum in dominio de Bothvile predicte baronie de Hammiltoun incorporavit et univit :—Test. *ut in carta* 1052. vii. 136.

1055. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX—cum consensu trium regni statuum in Parl. existentium,—concessit WILLELMO DOMINO MONYPENNY, et heredibus ejus, pro ejus gratuitis servitiis, laboribus, et expensis regi et progenitoribus, &c.,—terras de Kirkandris, senesc. Kirkcudbrycht ;—quas Jac. dom. Hammiltoune personaliter resignavit, in excambium pro 40 mercatis terrarum in dominio de Bothwill, (*in carta* 1054 *enumeratis*) : —Test. *ut in carta* 1052. vii. 137.

1056. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX confirmavit cartam Thome episcopi Dunkelden.,—[qua, cum consensu capituli sui, — concessit ECCLESIE CATHEDRALI DUNKELDENSI, ad Dei laudem et S. Columbe, &c.,—annuos redditus subscriptos, viz. ;—annuum redditum 40 sol. de fundo terre quondam Pat. Yhoung, burgen. de Perth, in vico boreali dicti burgi, inter terram Jac. Guvane et terram Rob. Boware ; et annuum redditum 2 mercarum de fundo terre quond. Joh. Smytht burgen. de Perth, in vico boreali dicti burgi, inter terram Wil. Lowsoune et terram quondam Walt. Edwy ; annuum redditum 40 sol. de fundo terre Rob. Blair, burgen. de Perth, in vico aque ejusdem burgi, inter terram Joh. Wellis et terram abbatis de Lundris ; et 6 mercas annui redditus de hospitio episcopi in Perth, in vico australi ejusdem, quod, per dictum episcopum alias conquestum, donavit ecclesie sue et successoribus suis episcopis, secundum formam carte desuper confecte ; —quosquidem annuos redditus et prefatum hospitium ex pura emptione dictus episc. obtinuit ;—quorum annuorum reddituum 14 mercarum, 2 mercas altari S. Crucis donavit de terra Joh. Smytht superscripta ; alias vero 12 merc. dictorum ann. redd., unacum 18 mercis de prebendis infrascriptis viz., de prebenda de Alytht 6 merc., de prebenda de Mukyrsy 6 merc., et de prebenda de Abirlady 6 merc., pro sustentatione sex puerorum choristarum deserviturorum in choro ecclesie Dunkeldensis :— Apud S. Columbam Dunkelden., 27 Oct., 1469] :— Test. *ut in carta* 1052.
vii. 134.

1057. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX concessit ROBERTO DE ORMESTOUNE, filio et heredi apparenti And. de O. de eodem,—terras de Ormestoune, vic. Roxburgh ;—quas dictus And. personaliter resignavit :—Tenend. dicto Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo de O. fratri germano dicti Rob. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis inter dictum And. et Jonetam de Cranstoune ejus sponsam legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscunque :—Reservatis libero tenemento dicto And. et rationabili tertia Jonete ejus sponse, cum contigerit :—Test. *ut in carta* 1052.
vii. 135.

ANNO DOMINI 1472. ANNO REGNI 12.

1058. Apud Striveline, 6 Apr.
REX concessit et ad feodifirmam dimisit fideli armigero suo GILBERTO DE JHONESTOUNE de Elphinstoune, et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio,—terras de Drumgrey, vic. Drumfres :—REDDEND. 20 lib. nomine feodifirme :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 63. 49. 58. 75. vii. 142.

1059. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX confirmavit JOHANNI LAWMOND —terras de Ardlawmond, Corowrowray, Lilbride (Kilbride), Ancletymory, Askak, Stewlag, Dragrouch, Glenne, Auchoquhorlomore, Auchoquhorlobeg, Auchnyschellouch, Cragnaveach, Demellalauch, Auchinske, Drumglas, Invyryn, Trolstir, Colstane, Strongerrik, Inverkellane, Kilmernak, Kilmichil, et Tollart, vic. Cowale ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Joh. et heredibus masculis inter ipsum et Agnetem ejus sponsam, Donaldis dochir (dochtir), legitime procreatis, quibus deficientibus, Duncano Lawmond, fratri germano dicti Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de rege, in liberam baroniam, bar. de Invyrin perpetuis temporibus nuncupandam :—TEST. *ut in carta* 1058. vii. 143.

1060. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX concessit familiari militi suo, ANSELMO ANDORNES de Cortoquhy, et heredibus ejus, pro ejus laudabili et fideli servitio,—terras baronie de Telyn, viz. terras de Polcak, le Kirktoune de Telyn, medietatem terrarum de Pettarmo, terras de Balkellow, Schelhill, cum dimedietate molendini de Telyn, vic. Forfare ; necnon terras de Polgavy, vic. Perth ;—que omnes terre ad manus regis devenerunt ratione forisfacture Rob. olim dom. Boide et Thome filii ejus :—TEST. 43. 51. 7. 60. 3. 19. 16. 76. 54. 63. 49. 58. 75. vii. 144.

1061. Apud Edinburgh, 25 Apr.
REX concessit JOHANNI DE COKBURNE et MERGARETE DE CRECHTOUNE ejus sponse—terras de Tempillaw, ac 10 mercatas terrarum de Pastoune, in constabularia de Hadingtoune, vic. Edinburgh ;—quas Alex. Cokburne de Ormestoune pater dicti Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Merg. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1060. vii. 145.

1062. Apud Edinburgh, 6 Jun.
REX confirmavit cartam confirmationis Jac. II. Regis de donatione terrarum de Simpryn, dilectis oratoribus ejus priorisse et conventui Monialium MONASTERII DE CALDSTREME, eis facta per quondam Georgeum Schoriswode, episcopum Brechinen. de dictis terris :—TEST. (carte Jac. II) Jac. episc. S. And., Tho. episc. Dunblanen., Joh. episc. Moravien., Niniano episc. Candidecase, Jac. com. Adholie fratre regis, Jac. dom. Levingstoun magno camerario, Pat. dom. le Grahame, And. dom. le Gray, Wil. de Moravia de Tulibardyn, M. Joh. Arous archidiacono Glasguen. secretario regis :—Apud Perth, 23 Jul., 1459 :—TEST. (carte Jac. III). 43. 7. 60. 3. 54. 49. 58. 77. vii. 146.

1063. Apud Perth, 28 Jun.
REX confirmavit cartam Patricii Buttyr de Gormok,—[qua concessit nepoti suo et heredi apparenti HENRICO BUTTYR, heredibus ejus et ejus assignatis,—terras de Gormok, Tulynedeis, et Balleid, vic. Perth, —pro ejus consilio, auxilio, &c. :—REDDEND. regi servitium debitum et consuetum, et pro terris de Balleid unum denarium argenti, nomine albe firme :—RESERVATO libero tenemento dicto Pat. omnium dict. terrarum, exceptis terris de Westir Tulindeys que fuerunt in manibus Egie matris dicti

Hen. per modum annue sustentationis :—TEST. Silvestro de Rettre de eodem, Wil. Blair de Ardblare, Joh. de Camera, Tho. de Camera :—Apud Perth, 1 Jul. (*sic*), 1472] :—TEST. *ut in carta* 1062. vii. 147.

ANNO REGNI 13. ANNO DOMINI 1472.

1064. Apud Edinburgh, 11 Aug.
REX concessit CUTHBERTO DE DUNBAR, fratri germano Pat. de D. de Cumnok,—terras baronie de Cumnok, vic. Are, unacum advocatione et jure patronatus ecclesie de Cumnok; necnon terras baronie de Mochrum, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun; ac etiam terras de Blantyre, vic. Lanark, unacum tenentibus et tenandriis dictarum terrarum et baroniarum;—quas dictus Pat. resignavit: — TENEND. dicto Cuthberto et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Pat. arma ejus et hoc cognomen Dunbar gerentibus et habentibus quibuscunque :—RESERVATIS libero tenemento dict. terrarum et baroniarum dicto Pat. et rationabili tertia sponse ejusdem, cum contigerit :—Sed si contingeret dictum Pat. heredem vel heredes masculum seu masculos de corpore suo procreare legitime, rex voluit quod dictus heres seu heredes dicti Pat. precederent et succederent ad dict. terras et baronias ante quoscunque heredes supradictos, et deficientibus heredibus masculis de corpore dicti Pat. procreatis, rex voluit quod dicte terre et baronie, &c., remanerent dicto Cuthb., &c. :—TEST. 57. 36. 7. 60. 16. 76. 74. 49. 58. 77. vii. 148.

1065. Apud Edinburgh, 14 Aug.
REX confirmavit cartam Georgii comitis de Huntle, domini le Gordoun et de Badzenach,—[qua concessit consanguineo suo ALEXANDRO DE DUNBAR de Westfeld, militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balmure, Torlistoun (Tollirstoun), Coklaw, Densyde, le Ayle-houshill, Buthlaw, et molendinum de T. vic. Aberdene; — quarumquidem terrarum quartam partem Mergareta de Fentoun de Baky personaliter apud Erloc resignavit,—Joneta de Fentoun soror dicte Merg. et sponsa Wil. Hakete aliam quartam partem, apud Huntle, cum consensu dicti sponsi resignavit,—Geo. Narne de Sandfurde aliam quartam partem apud Huntle resignavit,—et relique pars extitit in manibus dicti comitis per viam juris :—REDDEND. tres sectas ad tres curias capitales ad baroniam de Cluny tenend. :—TEST. Ranaldo Wintoun de Andate, Geo. Lesly de Quhitcors, Hugone Ros filio et herede apparente Hugonis Ros de Kilrawak, Wil. Setoun, Jac. Cummyn, armigeris, D. Joh. Garntuly rectore de Glas, et D. Joh. Kemblog capellano dicti comitis de Huntle, notario publico :—Apud Huntle, 16 Jul., 1472] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1064. vii. 149.

1066. [1] Apud . . . 28 Aug.
REX dedit literam legitimationis ANDREE DOMINO AVANDALE. vii. 249.

1067. [2] Apud . . . 28 Aug.
REX dedit literam legitimationis ARTHURO STEWART fratri And. dom. Avandale. vii. 250.

1068. [3] Apud . . . 28 Aug.
REX dedit literam legitimationis WALTERO STEWART fratri And. dom. Avandale et Arthuri Stewart. vii. 251.

1069. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX concessit WILLELMO LAUDIR filio et heredi apparenti Alex. L. de Haltoune militis,—10 libratas terrarum de Estir-Wormotstoune, 8 lib. et 16 sol. terrarum de Nethir-Kedstoune, 6 lib. et 5 sol. terrarum de Uvir-Kedstoune, 33 sol.

[1] As a memorandum in Register.
[2] As a memorandum in Register.
[3] As a memorandum in Register.

4 den. terrarum de Westir-Wormotstoune, vic. Peblis;—quas dictus Alex. resignavit: TENEND. dicto Willelmo et Mariote ejus sponse et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1073.

vii. 254.

1070. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX concessit WILLELMO JHONSTOUNE filio juniori Gilberti de J. de eodem, et heredibus ejus,—terras de Ballandauch, cum molendino earundem, vic. Aberdene;—quas dictus Gilb. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Gilb. et Elizabeth Forbes ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in carta* 1128. vii. 244.

1071. Apud . . . . . .
REX concessit WILLELMO AYSOUN filio et heredi apparenti Roberti Aysoun de Fornocht, et heredibus ejus,—terras de Fornocht, Pettenze, et Cultuwrgragane (Cultuwragane), vic. Perth;—quas dictus Rob. resignavit:—TEST. 43. 57. 7. 60. 16. . . . . (*cetera desunt*) . . . . .

vii. 245.

1072. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Bully, capellani perpetui Altaris S. Crucis fundati in ecclesia parochiali burgi de Strivelin,—[qua vendidit et alienavit MALCOLMO FLEMYNG filio et heredi apparenti Roberti dom. le Flemyng, heredibus et assignatis ejus,—tenementum in dicto burgo inter terram Joh. Brady et communem venellam que ducit ad ecclesiam parochialem dicti burgi;—pro quadam certa summa pecunie premanibus persoluta:—TENEND. a dicto Wil. de rege:—REDDEND. regi firmam regiam, cum servitio debito et consueto, ac altari S. Niniani 6 sol. 8 den., et altari Beati Thome Apostoli 26 sol. 8 den.:—TEST. Wil. Striveline de Ratherne, Malc. Forestare de Torwod, Geo. Strivelin, Joh. Strivelin, et Ad. Mure;—cum sigillo dicti Wil. Bully et communi sigillo burgi de Strivelin:—Apud Strivelin, penult. die. Feb., 1471]:—TEST. *ut in carta* 1071.

vii. 246.

1073. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO MONYPENNY et heredibus ejus,—terras baronie de Torscrachane, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfres;—quas dictus Wil. personaliter resignavit;—et quas dictus Wil. olim tenuit de rege in warda et relevio pro una secta, &c.:—REDDEND. unam sectam in curia capitali senesc. de Kirkcudbrycht in festo S. Michaelis:—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 4. 54. 49. 58. 77. vii. 253.

1074. Apud Edinburgh, 31 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit JACOBO DOUGLAS de Pettindrech, et heredibus ejus,—tertiam partem suam de Dufhous, ac tertiam partem molendini vulgariter nuncupati *le Scherefmylne*, et tertiam partem terrarum de Saltcotis, vic. Elgin:—REDDEND. regi annuatim 22 lib. 10 sol., episcopo Moravien. 33 sol. 4 den., nomine annui redditus; ac etiam regi 8 celdras ordei antique consuete mensure, nomine feodifirme:—TEST. *ut in carta* 1073. vii. 255.

1075. Apud . . . . . .
REX confirmavit tres cartas Georgei comitis de Huntle, dom. Gordoun, et de Badzenach, factas tempore quo dictus Geo. fuit Dom. Gordoune,—fratri ejus ALEXANDRO SETOUN;—unam, viz., de terris de Westirgordoun, cum molendino earundem, necnon de terris de Huntlie, et Fawsyde, vic. Berwic;—aliam vero cartam de terris de Estir-gordoun, vic. predict.;—tertiam vero de terris de Fogo, Melvynnstanys, Remyltoun, et Fawnys, vic. Berwic. . . . . (*cetera desunt*) . . . . .

vii. 256.

1076. Apud Edinburgh, 3 Sep.
REX confirmavit ANDREE DOMINO AVANDALE cancellario Scotie,—terras dominii de Avandale, cum tenentibus, tenandiis, &c., earundem, vic. Lanark;—quas dictus And. personaliter resignavit:—

TENEND. dicto And. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Arthuro Stewart, fratri dicti And. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero S. fratri etiam dicti And. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., regi et successoribus ejus, regibus Scotie, iterum reversuras :—TEST. unacum appensione privati sigilli regis— 43. 36. 57. 60.3. 4. 16. 78. 76. 58. 77. 74. 54. 79. vii. 252.

1077. Apud Edinburgh, 4 Sep.
REX concessit JOHANNI DE CULQUHONE de eodem, militi, et heredibus ejus, —pro ejus servitio, &c.,—tenementum in burgo de Edinburgh, ex parte boreali vici ejusdem, subtus archum inferiorem, quod olim fuit Ricardi Lamb, inter terram quondam Fransisci Prest, et terram quondam Rob. Redpeth, tunc regi pertinens per mortem dicti Ric. Lamb absque herede ex parte patris dicti tenementi conquestoris defuncti :— Rex etiam donationem dicti tenementi alias in sua tenera etate factam Roberto Mure de Polleke, tempore Rob. olim dom. Boyde, revocavit et annullavit : —FACIEND. dictus Joh., &c., servitium burgale debitum et consuetum: — TEST. 43. 57. 7. 60. 16. 4. 76. 49. 58. 77. vii. 247.

1078. Apud Edinburgh, 5 Sep.
REX confirmavit cartam David, comitis Craufurdie, et dom. Lindesay,—[qua concessit consanguineo suo Magistro DAVID GUTHRE de eodem, et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio,--6 acras terrarum de Kirkbutho, proxime et contigue juxta ecclesiam ejusdem adjacen., unacum pastura ad 6 vaccas cum earundem sequelis in eisdem terris, ac etiam advocatione et jure patronatus ecclesie de Kirkbutho, vic. Forfare : — RESERVATIS dicto comiti orationum suffragiis devotarum : —TEST. Tho. Fothringam de Poury, Joh. Langlandis, M. Joh. Tyry, David Luthirdaile vicario de Tarvas, Pat. Lumisdane :— Apud Edinburgh, 2 Sep., 1472]:—TEST. *ut in carta* 1077. vii. 248.

1079. Apud Edinburgh, 13 Sep.
REX concessit WILLELMO DOMINO MONYPENNY, heredibus ejus et assignatis,—terras de Estirlekky, vic. Striveline; et duas mercatas terrarum vulgariter nuncupatas *le Offrennys* de Schyrgartoun, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—que fuerunt Ade Cosoure hereditarie ex impignoratione quondam Jac. II. Regis, pro certa summa pecunie,—et quas post solutionem dicte summe per dictum Wil. tanquam assignatum dicti Jac. II. Regis, idem Adam resignavit :—REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme :— TEST. *ut in carta* 1080. vii. 259.

1080. Apud Edinburgh, 23 Sep.
REX concessit ANDREE DOMINO AVANDALE cancellario Scotie, et ejus assignatis pluribus aut uni ad ejus libitum voluntatis, — terras de Estirlekky, vic. Strivelin ; et duas mercatas terrarum vulgariter nuncupatas *le Offrennys* de Schirgartane, in senesc. de Menteith, vic. Perth; —quas Wil. de Monypenny personaliter resignavit : — REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—Insuper rex concessit quod quandocunque placuisset eidem And. infeodare assignatum suum vel suos assignatos in dictis terris, rex tenentem vel tenentes reciperet :—TEST. 43. 57. 60. 3. 16. 54. 49. 58. 77. vii. 258.

1081. Apud Edinburgh, 10 Oct.
REX confirmavit cartam Archibaldi comitis Angusie et domini de Douglas,—[qua concessit et ad feodifirmam dimisit consang. suo ROBERTO GRAHAME de Fintre, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales de Straithechin-comitis, vic. Forfare, infra regalitatem de Kermure ;—pro ejus consiliis gratuitis, &c. :—REDDEND. dicto comiti et heredibus ejus 16 lib., et capellano altaris S. Crucis infra ecclesiam parochialem de Dunde 2 mercas, et priori de Restinot illum annuum redditum de dictis terris debitum et consuetum, nomine feodifirme :—TEST. Jac. dom. Hammiltoun, D. Jac. de Hammiltoun de Fingaltoune milite, Jac. Scrimgeoure constabulario de Dunde, Joh. Simondtoune, Alex. Lindesay de Dunrode, Joh. Inglis, et D. Joh. Inglis rectore de

Soudoune :—Apud Edinburgh, Jan. 27, 1471] :—TEST. *ut in carta* 1080.
vii. 260.

1082. Apud Edinburgh, 10 Oct.
REX concessit consanguineo suo ROBERTO GRAHAME de Fintre, et heredibus ejus, —terras de Wiltoun et Balhanan, in baronia de Fintre, vic. Strivelin ;—quas (per dictum Rob. virtute litere reversionis pro certa summa pecunie redemptas), prepositus et canonici ecclesie collegiate S. Salvatoris infra civitatem S. Andree resignaverunt :—TEST. *ut in carta* 1080.
vii. 261.

1083. Apud Edinburgh, 13 Oct.
REX concessit JONETE COMITISSE DE DOUGLAS sponse quondam Wil. comitis de D.,—in compensationem et plenariam contentationem ejus tertie ipsi contingentis ratione dicti sponsi de omnibus terris in manibus regis existentibus que olim fuerunt dicti Wil.,—terras de Petpullokis, (Pettiutoskell[1]), Pettyndrech, Kindrochate, Buthirgill, Tuliquhilly, Ballernoch, cum molendino de Tulierblate, in dominiis de Brechin et Neware, vic. Forfare :—TENEND. pro toto tempore ejus vite :—REDDEND. annuatim durante ejus vita, regi, camerario, aut receptori dominii de Brechin, 51 sol. :—TEST. *ut in carta* 1080. vii. 263.

1084. Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX concessit JOHANNI DE OGILVY et MARIOTE ejus sponse,—terras baronie de Fingask, vic. Perth ;—quas Joh. Ogilvy de Luntrethin, miles, resignavit :—TENEND. dictis Joh. O. juniori et Mariote, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1080. vii. 262.

1085. Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX concessit Magistro JOHANNI LYOUNE de Curtastoune, et heredibus ejus masculis,—officium Coronatoris infra bondas vic. Forfare et Kincardine, unacum 4 lib. sterlingorum, de extractibus itineris justiciarie infra vic. predictos ;—quod officium, &c., Joh. de Strathachin de Carmyle resignavit :—TENEND. de rege, &c., in feodo, cum potestate substituendi unum vel plures deputatos, &c. :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 54. 49. 58. 77.
vii. 264.

1086. Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX confirmavit WILLELMO PRESTOUN de Cragmeloure, et heredibus ejus, —terras de Auldinstoun, Langhalde, et Swinhop, in balliatu de Laudirdale, vic. Berwic ;—quas idem Wil. personaliter resignavit ;—et quas rex ejus baronie de Gourtoune, vic. Edinburgh, perpetuis futuris temporibus univit et annexuit :—FACIEND. communem sectam in curia vic. de Edinburgh :—TEST. *ut in carta* 1085.
vii. 265.

1087. Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX concessit WILLELMO HAKET de Petfurane, et heredibus ejus,—terras de Petconochy, ad valorem 26 sol. 8 den. annuatim ;—quas David Ogilby de Inchmartine resignavit :—TEST. *ut in carta* 1085. vii. 266.

1088. Apud Edinburgh, 15 Oct.
REX confirmavit JACOBO CREICHTOUNE filio et heredi apparenti Jac. C. de Carnis, militis, et MERGARETE sponse dicti Jac. junioris,—terras de Balborgo, et Lothame, in baronia de Gortoun, vic. Perth ;—quarumquidem terrarum feodum fuit dicti Jac. junioris, et liberum tenementum fuit dicti Jac. senioris,—et quod feodum dictus Jac. junior et dictum liberum tenementum dictus Jac. senior personaliter resignaverunt :—TENEND. dictis Jac. juniori et Merg. ejus sponse et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. senioris quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1085. vii. 267.

[1] The lands occur in the *Tenendas* clause only.

1089. Apud Edinburgh, 15 Oct.
REX concessit DAVID CHAUMIR de Newbiging et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Cowt et Capill, vic. Forfare; quam Tho. Chaumir de Straith achin resignavit:—TEST. *ut in carta* 1085. vii. 268.

1090. Apud . . . . . .
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Thome Oliphant de Drone,—[qua, ob ecclesiastici cultus prosperam augmentationem in ECCLESIA PAROCHIALI DE PERTH, ad altare sanctorum Joh. apostoli et evangeliste, Laurentii et Sebastiani, martirum, alias per quondam D. Joh. Bute capellanum erectum, —et cum consensu patroni dicti altaris, necnon prepositi, ballivorum et consulum burgi de Perth, —concessit et mortificavit in puram et prepetuam elemosinam, pro salute animarum regis, &c., sue et sponse sue Domine Elizabeth, &c., uni presbitero Domino servituro, — annuos redditus et terras infrascriptas, viz. 2 merc. de fundo terre quondam Mauricii Boye in vico boreali burgi de Perth, inter terras dicti quond. Mauricii ex utraque parte; ac 10 sol. de terra botha Johannis Bunch et de fundo ejusdem, in terra superiori Gilb. Broune in vico boreali dicti burgi, inter botham Joh. Scot et botham Rob. de Dunnyng; ac 6 sol. 8 den. de fundo terre quondam Joh. Ramsay in vico boreali dicti burgi, inter terram Joh. Glesmonde et terram Michaelis de Balfoure; 13 sol. 4 den. de fundo terre Gilberti de Malare, in vico australi dicti burgi, inter terram quondam Tho. Lamb et terram communitatis dicti burgi; 7 sol. de terra Ric. Yhong. . . . . .] . . . . (*cetera desunt*). . . . . vii. 269.

1091. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX concessit familiari servitori suo, JOHANNI LANDALIS et heredibus ejus, pro ejus servitio,—terras vulgariter nuncupatas *Scotfauld*, jacentes occidentaliter prope villam de Blaknes, unacum domo regis tegulata in dicta villa, vic. Lithqw: —REDDEND. annuatim dictus Joh. et heredes sui in custodia in dicta domo regis tegulata bona regis propria, quum ad hoc fuerint onerati, et respondendo regi et regis successoribus pro custodia bonorum eorundem tantum:—TEST. *ut in carta* 1085. vii. 270.

1092. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Alexandri Hume nepotis et heredis D. Alex. H. de eodem, militis,—[qua concessit fratri suo germano JOHANNI DE HUME, pro ejus benemeritis,—terras de Craling, et omnes alias terras suas in baronia de Hownum, vic. Roxburgh:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. H. fratri dicti Joh., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Georgeo H. avunculo dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. de H. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. H. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. H. de Tunyngahame, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., David H. de Spot, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Alex. nepotis D. Alex. H. de eodem, quibuscunque . . . . . .] . . . . . (*cetera desunt*) . . . . vii. 271.

1093.[1] Apud . . . 25 Nov.
REX dedit cartam confirmationis in forma majori sub magno sigillo, Domino ALEXANDRO DE HUME de eodem, militi,—super carta confirmationis regis eidem D. Alex. facta,—de carta prioris et conventus Monasterii de Coldingham de officio balliatus omnium terrarum et annuorum reddituum prioratus de Coldingham,—unacum feodo 20 lib. annuatim, pro officio antedicto;—non obstantibus quibuscunque innovationibus seu alterationibus dicti prioratus factis seu faciendis. vii. 276.

1094.[2] Apud . . . 29 Nov.
REX dedit cartam confirmationis in forma majori sub magno sigillo GEORGEO DE

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

HUME filio D. Alex. de H. de eodem militis,—de carta prioris et conventus de Coldinghame dicto Geo. et heredibus ejus masculis talliatis facta,—de 4 carucatis terre in villa et territorio de Aytoun superiore, et de una bovata terre in Quhitfei (l) de, in baronia de Coldingham, vic. Berwic, in manibus dicti prioris resignatis per Joh. de Aytoun; et de una terra husbandria in dicta villa, in manibus dicti prioris resignata per Alex. Cherneside :—SALVIS regi wardis, &c. vii. 277.

1095. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX innovavit et confirmavit cartam Jac. II. Regis Scotorum,—[qua notum fecit—quod omnes rectores qui pro tempore fuerunt, facultatum decanos, procuratores rationum, regentes, magistros et scolares in UNIVERSITATE GLASGUENSI studentes presentes et futuros, sub sua firma pace, custodia et manutenentia suscepit et reservavit;—necnon eosdem procuratores, decanos, rectores, regentes, bidellos, scriptores, stationarios, pergaminarios et scolares, ab omnibus tributis, taxationibus, &c., ammodo infra regnum suum levandis, exemit et liberavit: —Apud Striveling, 20 Apr., 1453]:—TEST. *ut in carta* 1085. vii. 272.

1096. Apud Edinburgh, 19 Dec.
REX concessit JACOBO STEWART de Auchingoune, et heredibus ejus,—duas mercatas cum dimedia mercata terrarum de Kilmichell et Glenklowy (Glenclowy), in dominio de Arane, vic. Bute; unacum officio coronatoris dicti dominii de Arane, et insule ejusdem;—quas terras cum dicto officio Joh. Makclow resignavit:—TEST. 6. 57. 7. 60. 3. 58. 77. vii. 273.

1097. Apud Edinburgh, 5 Jan.
REX assedavit et ad firmam dimisit ROBERTO STEWART de Cullerly, et heredibus ejus,—terras dominii de Abirnethy, vic. Banff;—quas prius habuit de rege in assedatione;—termino vero introitus dicti Rob. inchoante post exitum terminorum dicte prioris assedationis, viz. in A.D. 1475, et deinde tenend. pro termino 19 annorum;—cum potestate subtenentes faciend., &c.:—SOLVEND. annuatim regi 40 lib.:—Insuper rex constituit dictum Robertum et heredes, ballivos suos dictarum terrarum durante dicto termino 19 annorum, cum potestate curias statuend. et tenend., &c., ac substitutos deputand., &c. vii. 274.

1098. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX, pro salute anime sue ac consortis sue Mergarete regine, &c., ac pro singulari favore, zelo et dilectione quos gessit erga Willelmum abbatem modernum et ejus monachos, &c.—concessit abbati et conventui MONASTERII DE KILVYNYNE et eorum successoribus,—ut ipsi haberent et possiderent itinera camerarie infra se, super terris suis propriis;—insuper concessit dictis abbati et conventui—unam acram terrarum propriarum liberam et privilegiatam. vii. 213.

1099. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX confirmavit ALEXANDRO SETOUNE de Parbroith et KATERINE DE CREICHTOUNE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Leuchlande; ac annuum redditum 20 sol. de terris de Balbirny, in dominio de Brechin, vic. Forfare;—quos idem Alex. resignavit: —TENEND. dictis Alex. et Katerine et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1096. vii. 275.

1100. Apud Edinburgh, 18 Jan.
REX commisit COLINO COMITI DE ERGILE, domino Lorne et Cambell, magistro hospitii regis, et heredibus ejus,—custodiam castri de Dunune, cum potestate constabularios, janitores carcerum, custodes, vigiles, &c., constituendi, &c.;—et concessit eidem Colino, &c.,—terras de Bordlande, extendentes annuatim ad 27 mercas, in balliatu de Cowale, cum ceteris feodis ad custodiam dicti castri spectantibus:—REDDEND. unam rosam rubeam apud dictum castrum, nomine albe firme :—TEST. 43. 57. 7. 3. 16. 76. 5. 77. vii. 189.

1101. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX concessit et assignavit familiari armigero suo THOME CRAUMOND de eodem, — in feodo, et pro ejus fideli servitio,—terras de Kindrochat, in dominio de Brechin, vic. Forfare :—TENEND. pro toto tempore ejus vite. vii. 151.

1102. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX concessit JONETE COMITISSE DE DOUGLAS sponse quondam Wil. comitis de D.—in compensationem ac plenariam contentationem ejus tertie ipsi contingentis ratione dicti sponsi de omnibus terris in manibus regis existentibus que olim fuerunt dicti Wil.,—terras de Petpollokis, Pettintoskane, Pettindrech, Bouregill, Tuliquhilly, Ballernoch, Lichny, Tuliberny, Tuliarblate, cum molendino earundem, in dominiis de Brechin et Nevare, vic. Forfare :—TENEND. pro toto tempore ejus vite : —REDDEND. annuatim durante ejus vita, regi, camerario, aut receptori de Brechin, 4 lib. 11 sol. :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 54. 49. 58. 77. vii. 214.

1103. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit DUNCANO LAMBY, civi civitatis S. Andree, et heredibus ejus,— terras de Drumclotho, vic. Fiff;—quas Alex. Meldrum de Segy resignavit :—TEST. *ut in carta* 1102. vii. 215.

1104. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX confirmavit cartam familiaris conciliarii sui David Guthre de eodem, militis, —[qua, zelo carnalis affectionis quam habuit erga dilectum filium suum Malc. G.—concessit dicto MALCOLMO GUTHRE filio suo (naturali)[1] et heredibus ejus,—terras de Balnabrech, in dominio de Brechin, vic. Forfare :—REDDEND. regi 28 mercas annui redditus, et dicto David et heredibus ejus, unum denarium argenti: — TEST. Alex. Guthre de Kincaldrum filio et herede apparente dicti David, Malc. Guthre de Kingeny, Jac. Guthry fratre dicti David, Jac. Strathachin, Alex. Ramsay, et D. David Luthirdale notario publico :—Apud Edinburgh, 23 Feb., 1472]:—TEST. *ut in carta* 1109. vii. 222.

1105. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX concessit Magistro GILBERTO LE HAY de Ury et BEATRICI ejus sponse— terras de Petgowny, Sanctandrois-Kirktoun, Bareflathillis, et Dunkympty, in comitatu Moravie, vic. Elgin ;—quas Joh. de Dunbar de Crawmondpark, miles, resignavit :—TENEND. dictis Gilb. et Beat. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. militis, quibuscunque : —TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 80. 58. 77. vii. 216.

1106. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX ad manum mortuam concessit Thome episcopo Dunkelden. et successoribus ejus, ac ECCLESIE DUNKELDEN.—terras de Mukcressy cum piscariis earundem, in baronia de Kinclevine, vic. Perth, extendentes annuatim ad valorem 14 mercarum ;—in excambium pro cana 5 celdrarum frumenti et ordei singule mensure, viz. in vulgari *Strakmett*, et 5 celdrarum avenarum ejusdem mensure dicto episcopo et ecclesie Dunkelden., de certis terris in constabularia de Kingorne, vic. Fiff, ratione cane annuatim debitarum, quam canam dictus episcopus, cum consensu sui capituli, in excambium pro dictis terris regi donavit et resignavit in perpetuum ;— et quas terras de Mukcressy cum piscariis earundem dicte ecclesie Dunkelden., &c., rex admortizavit, et baronie Dunkelden. univit et incorporavit pro perpetuo :—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 80. 58. 77. vii. 217.

1107.[2] Apud . . . . . Feb.
REX dedit literam legitimationis in duplici forma THOME EPISCOPO DUNKELDENSI. vii. 218.

1108. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX concessit JOHANNI WALLACE et KATERINE KENNEDY ejus sponse

[1] In charter of confirmation only.

[2] As a memorandum in Register.

—terras infrascriptas, viz., 10 mercat. terrarum de Thornle, in baronia et vic. de Renfreu, 100 solid. terrarum de Camyshill, 40 solid. terrarum de Quhiterig-Merschelle, 40 sol. terrarum de Blar, 4 mercat. terrarum de Barlithill, 2 mercat. cum dimedia mercata terrarum de Halquhiterig et Staneflatt, in baronia de Kilstewart, dominio de Riccartoune, vic. Are; —quas Wil. Wallace de Cragy, miles, pater dicti Joh., resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Kat. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1106. vii. 219.

1109. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX confirmavit WILLELMO TOWRIS de Inverleith et ALISONE ejus sponse,—terras de Inverleith, vic. Edinburgh;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Alisone et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 80. 58. 77. vii. 220.

1110.[1] Apud . . . 26 Feb.
REX dedit literam COLINO COMITI DE ERGILE domino Lorne et Campbell,—de officio justiciarie, camerarie, vicecomitatus et balliatus, infra limites et boundas dominii regis de Kingis-Cowale, viz.,—ab aqua de Lindesay ad punctum de Tollart in longitudine, et ab Aleskennay et Ardlawmound in latitudine;—cum potestate itinera justiciarie et camerarie, ac curias vic. et balliatus infra dictos limites statuendi et tenendi. vii. 221.

1111. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX concessit DAVID COMITI CRAUFURDIE et domino Lindesay, in feodo et pro ejus fideli servitio,—terras dominiorum de Brechin et Nevare, vic. Forfare, unacum annuis redditibus de Brechin, Balnabrech, Caraldstoune, Arrot, et cum castro de Brechin et piscaria de le Halch infra dictum vic.:—TENEND. pro toto tempore ejus vite:—Insuper ligiis et subditis mandavit, ne quis in contrarium dicte donationis aliqualiter devenire presumeret, sub omni pena, &c. vii. 223.

1112. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX fecit et constituit JOHANNEM LE ROSS de Haulkhed, militem,—vicecomitem suum de Linlithqw, pro toto tempore ejus vite,—cum potestate curias vic. de L. statuendi, &c. vii. 224.

1113.[2] Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX confirmavit cartam Magistri Gilberti Tyry, rectoris ecclesie parochialis de Lyne, et Magistri Hospitalis B. V. M. prope burgum de Montrose, factam ROBERTO FALCONARE de Ballandro—de terris et croftis circa dictum hospitale, vocatis Newhame, vic. Forfar; et de terris de Spettailschelis, vic. Kincardin, unacum piscatione duarum partium unius rethis in aqua de Northesk, et cum una celdra farine avenatice ex mensura quondam Wil. Scotorum regis, de terris de Ovirstane, Nethirstane, Erbirne, et Ballandro, vic. Kincardin:—TEST. *ut in carta* 1109. vii. 225.

ANNO DOMINI 1473. ANNO REGNI 13.

1114. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX concessit DAVID BROYS, filio et heredi apparenti Johannis B. de Clakmannan, et heredibus ejus,—terras baronie de Clakmannan, vic. ejusdem; necnon terras baronie de Rate, vic. Perth;—quas dictus Joh. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. et rationabili tertia Elizabeth Stewart, ejus sponse, cum contigerit:—TEST. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 77. 58. vii. 228.

[1] As a memorandum in Register.

[2] The original charter is not quoted at length in the charter of confirmation.

1115. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX confirmavit cartam Johannis filii Henrici de Culane, burgensis de Abirdene,—[qua concessit THOME DE CULANE filio suo et heredi apparenti—illud croftum in territorio croftorum de Rubbislaw, infra croftum Gilberti de Kintor ex parte una et communem viam regiam ex parte altera, extend. a communi via regia qua itur ad molendinum justiciarii dicti burgi de Abirdene versus boream usque ad finem dicti crofti Alex. Blindschele versus austrum: —Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Matheo de C. filio dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), a dicto Joh. heredibus ejus et assignatis]:—Test. *ut in carta* 1117. vii. 233.

1116. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI HALDANE de Rusky, pro ejus gratuitis et fidelibus servitiis,—quartam partem totius comitatus de Levenax, tanquam primo et principali ejusdem, vic. Dumbertane et Striveling:—Tenend. dicto Joh. tanquam primo et principali dicti comitatus et heredibus ejus de rege:—Reservato libero tenemento totius dicte quarte partis Andree dom. Avandale, cancellario Scotie, adeo libere, &c., sicut ipse cancellarius totum comitatum predictum temporibus preteritis possedit:—Test. *ut in carta* 1114. vii. 229.

1117. Apud Edinburgh, 30 Mar.
REX concessit GEORGEO COMITI DE HUNTLE domino Badzenach, et heredibus ejus,—terras nuncupatas *Hall-yardis*, et duas acras terre prope finem ville de Culane, vic. Banff:—Reddend. unam rubeam rosam nomine albe firme:—Test. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 76. 77. 58. vii. 230.

1118.[1] Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Jac. II. Regis,—[qua concessit ALEXANDRO RAMSAY de Dalwolsy militi,—baronias de Dalwolsy et Kerintoun, vic. Edinburgh; necnon baroniam de Foulden, vic. Berwic]:— . . . . . (*cetera desunt*). . . . . vii. 231.

1119. Apud Edinburgh, 30 Mar.
REX fecit et constituit familiarem armigerum suum WILLELMUM HAKET de Beilsice—clericum suum justiciarie ex parte australi aque de Forth et infra limites et bondas dominii Galwidie, Bute, Arane, et Cowell;—cum potestate et feodis ad dictum officium spectantibus;—durante toto tempore vite dicti Wil. vii. 232.

1120. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX concessit ANDREE DOMINO AVANDALE cancellario Scotie, et ejus assignatis pluribus aut uni,—terras de Kepdoure, in comitatu de Levenax, vic. Striveline;—quas Joh. de Haldene de Rusky personaliter resignavit:—Unacum secreto sigillo:—Test. 43. 57. 60. 3. 16. 76. 4. 54. 58. 77. vii. 234.

1121. Apud Edinburgh, 8 Apr.
REX—pro singulari favore quem gessit erga familiarem suum armigerum GEORGEUM DE MUNCREFE, et pro ejus fideli servitio, &c., et quia ejus conjux Mettey, nationis Dacie, familiaris regine, ad ipsum regem felicem nuncium attulit, reginam regi pulcherrima forma filium peperisse, regemque eo pacto regio prole patrem effecisse et constituisse parentem,—dedit et concessit dicto Geo. de Muncrefe, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Tibbirmellok, in dominio de Methven, vic. Perth:—Reddend. et Faciend. tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. Perth, ac wardam, &c., cum contigerint:—Test. *ut in carta* 1120. vii. 236.

1122. Apud Edinburgh, 7 Maii.
REX confirmavit cartam David Ogilvy de Inchmartyne,—[qua vendidit et alienavit JOHANNI STEWARTE de Forthirgill, heredibus ejus et assignatis,—terras de Strathardill cum messuagio earundem, in dominio de Strathardill, vic. Perth;

[1] Only the introductory clause of the confirming charter is engrossed in the Register. See No. 602 *supra*.

—pro quadam certa summa pecunie persoluta:—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme:—Test. Rob. de Abircrumby de eodem milite, Silvestro de Rettre de eodem, Alex. Blare de Bothiok, And. Charteris de Cuthilgurdy ac preposito burgi de Perth, Rob. Menzeis de Cumry, D. Tho. Yrlande rectore de Weme, D. Joh. Sym, D. Ranaldo Coly ac D. Joh. de Kynmonthe, capellanis ac notario publico: —Apud Perth, 28 Apr., 1473]:— Test. *ut in carta* 1120. vii. 237.

1123. Apud Edinburgh, 12 Maii.
REX concessit THOME OGILVY de Clova, et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio,—terras baronie de Cortoquhy, vic. Forfare;—non obstante donatione dictarum terrarum per Jac. II. regem Waltero Ogilvy de Owres facta,—quam donationem rex revocavit et adnullavit pro perpetuo, quia dictus Walt. solutionem compositionis pro dictis terris minime fecit:—Reddend. regi unam rosam rubeam nomine albe firme, et Solvend. capellanis et junioribus chori Brechinen. et ecclesie B. V. Marie de Kilmore, prope Brechin, omnes annuos redditus eisdem prius debitos et mortificatos:—Reservato libero tenemento dictarum terrarum Anselmo Adournes militi:—Test. *ut in carta* 1120. vii. 238.

1124. Apud Edinburgh, 14 Maii.
REX concessit JACOBO TWEDY filio et heredi apparenti Walteri T., et MERGARETE GIFFARD sponse dicti Jac.—dimedietatem terrarum de Hopkelyow, viz. partem orientalem, infra vic. de Peblis;—quas Jac. Twedy de Drummellioure resignavit:—Tenend. dictis Jac. et Merg. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. T. de Drummellioure quibuscunque:—Test. 43. 36. 7. 60. 3. 4. 54. 77. 58. vii. 239.

1125. Apud Edinburgh, 14 Maii.
REX, in laudem Dei, &c., et pro singulari favore quem gessit erga dilectum oratorem suum Fratrem Johannem Mure, vicarium generalem Ordinis Fratrum Predicatorum infra regnum Scotie, et erga Fratres ejusdem Ordinis in ecclesia eorundem fundata in burgo de Edinburgh,—ratificavit et mortificavit donationes et concessiones infrascriptas, FRATRIBUS PREDICATORIBUS et ecclesie eorundem IN BURGO DE EDINBURGH, et eorum successoribus, alias factas, viz:—Donationem Alex. II. regis,—de annuo redditu 10 mercarum in dotem ejusdem ecclesie, de firmis burgalibus de Edinburgh:—Necnon donationem Georgei domini Setoun, cum consensu Cristiane de Murra, ejus sponse,—pro salute Jac. II. &c.,—de annuo redditu 20 mercarum, de terris de Hertishede et Clyntis, vic. Berwic:—Necnon donationem Philippe de Mowbray, domine de Bernbugale—de annuo redditu 20 sol. sterlingorum de terris de Litil-Bernbugale:—Necnon donationem quondam Johannis Berclay de Kippo—de annuo redditu 10 sol. de terris de Dudingstoune et husbandiis earundem:—Necnon donationem Jacobi Findgud,—de annuo redditu 13 sol. 4 den. de terra dicti Jac. in villa de Leith ex parte australi aque ejusdem, vic. Edinburgh, inter terram quondam Alani Naper et communem venellam dictam *Ratoune Raw*:—Insuper, rex confirmavit et mortificavit fundationes dicte ecclesie cum edificiis, &c.,—et generaliter omnes alias donationes et concessiones temporibus retroactis factas:—Tenend. ad manum mortuam pro perpetuo:—Salvis regi, &c., orationum suffragiis devotarum:— Test. *ut in carta* 1167. vii. 289.

1126.[1] Apud . . . 15 Maii.
REX dedit literam THOME OLIPHANT de Drone,—pro toto tempore ejus vite,—de annuo redditu 25 lib. 6 sol. 8 den., de terris de Dumberny, Petcaithly, et le Bunyane, vic. Perth. vii. 56.

ANNO REGNI 16. ANNO DOMINI 1475.

1203. Apud Edinburgh, 14 Aug.
REX,—quia nuper ad notitiam ejus pervenit quod quondam Henricus Makgregore pater quondam Murdaci Henrisoune ad proditoriam et mortem crudelissimam quondam avi regis serenissimi Jac. I. Scotorum regis interfuit, et per hoc justificatus extitit,—et dictus Murdacus ipsius proditoris filius tenementum cum quadam botha in burgo de Perth de ipsius conquestu habuit,—quiquidem Murdacus heredes de corpore suo legitime non procreavit, et nulli dicti Murdaci existebant legitimi heredes lineales, quamvis ad ejus hereditatem sorores ejus filie quondam Henrici proditoris attendebant,—et de jure communi regni succes-

[1] Jul. 20.

[2] As a memorandum in Register.

[3] Immediately preceding this charter in the Register and bearing the same date is a memorandum which has been cancelled. It may however be as well to give the purport of it in this place:—

Apud . . . . . 27 Jul.
REX dedit cartam confirmationis in forma majori super carta Roberti Lauder junioris dom. de Edringtoune facta DAVID CREICHTOUNE de Cranestoune,—de terris de Westirnesbat in baronia de Pencatland, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh., &c.
vii. 346. (ii).

sores proditorum de proditoribus procreati possessionibus, gratia regali non optenta, gaudere non possunt neque debent ;—quapropter dictum tenementum cum botha ad manus regis ratione eschaete successionis proditorie legitime devenit ;—igitur dictum tenementum cum botha familiari scutifero suo ROBERTO LE ROSSE—pro singulari favore, &c.,—dedit et concessit :—TENEND. dicto Rob. heredibus ejus et assignatis de rege, in feodo et hereditate ac libero burgagio imperpetuum :—REDDEND. firmam burgalem et cetera onera debita et consueta :—TEST. *ut in carta* 1178.

vii. 348.

1204. Apud Edinburgh, 15 Aug.

REX ratificavit donationem et ad feodifirmam dimissionem quam Georgeus dominus Haliburtoune et baronie de Ballegirno fecit ANDREE GRAY de Ballegirno —de terris de Ballegirno, quas quondam Joh. Lesly de Fysk occupavit, cum molendino de Ballegirno, eorumque terris et sequelis ; ac etiam de terris quas Pat. Crammy ad firmam habuit ; et de terris de Cornfirth et Raschfirth; necnon de terris quas quondam Joh. Hall ad firmam habuit, cum earundem terris cotagiis ; unacum terris de Langbank et Pudillisfeld, cum terris cotagiis earundem ; et de omnibus aliis terris dicte ville de Ballegirno quibuscunque, in dicta baronia de Ballegirno, vic. Perth ;—pro 11 mercis feodifirme annuatim, prout carta dicti Geo. prefato And. testatur : — TENEND. dicto And. et heredibus ejus in feodifirma, &c. : —SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1178. vii. 351.

1205. Apud Edinburgh, 10 Sept.

REX confirmavit cartam Henrici Stewart, domini de Rossyth, ac domini terrarum de Stanebody,—[qua concessit JOHANNI DE MENTEITH et JONETE STEWART filie dicti Hen. S. et sponse dicti Joh. — dimedietatem terrarum dominicarum de Stanbody, in dominio de Bothuile, vic. Clakmanan, pro ejus benemeritis, auxilio, &c. :—TENEND. dictis Joh. et Jonete et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, a dicto Hen. de rege in capite, in conjuncta infeodatione : — REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—Apud Inverkething, &c.] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1178.

vii. 349.

1206. Apud Edinburgh, 10 Sep.

REX confirmavit cartam Georgei Forestar de Kirkcormok,—[qua vendidit et alienavit JOHANNI INGLIS de Langlandhill, heredibus ejus et assignatis,—terras de Medilthrid de Kirkcormok, in dominio Galwidie, in senesc. de Kirkcudbrycht, vic. Drumfres ;—pro quadam certa summa pecunie premanibus persoluta :—TENEND. a dicto Geo. de rege :—REDDEND. unam sectam in curia senesc. de Kirkcudbrycht, &c. :—SALVIS regi wardis, &c.] :—TEST. *ut in carta* 1178. vii. 350.

1207. Apud Edinburgh, 13 Oct.

REX confirmavit ADE HEPBURNE de Dunsyare, filio et heredi apparenti Pat. domini Halis, et heredibus ejus,—terras baronie de Dunsyare, vic. Lanark ;—quas idem Adam personaliter resignavit ;—quasquidem terras dictus Adam et ejus predecessores de rege in warda et relevio tenuerunt ; —et pro singulari favore quem rex gessit erga eundem Adam, concessit predictas terras dicto Ade et heredibus ejus in albam firmam imperpetuum, pro uno denario annuatim nomine albe firme reddend. :—TEST. *ut in carta* 1178. vii. 352.

1208. Apud Edinburgh, 27 Nov.

REX concessit DONALDO M'LELLANE de Gylistoune et heredibus ejus,—20 mercatas terrarum de Kirkcormok, viz.—10 merc. de le Nethirthrid de Kirkcormok, et 10 merc. terrarum de Archloune, cum molendino et pertinentiis earundem, in dominio Galwidie, senesc. de Kirkcudbrycht ;—quas terras et quod molendinum Geo. Forestar de Kirkcormok resignavit :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia senesc. de Kirkcudbrycht, et wardam &c. :—TEST. *ut in carta* 1178.

vii. 357

1209.[1] Apud . . . . . 4 Dec.
REX dedit literam Locum-tenentis JOHANNI COMITI DE LEVENAX, infra bondas et vic. de Renfrew, Are, Wigtoune, et senesc. de Kirkcudbrycht, et de Nethirward de Cliddisdale, ac vic. et (bondas) insularum de Bute et Arane.
vii. 353.

1210. Apud . . . . . 4 Dec.
REX dedit literam Locum-tenentis COLINO COMITI DE ERGILE infra bondas de Ergile et Lorne, Levenax, Menteth, Strogartney, Buquidder, Deschir, Toyre, Glendochyr, et Glenfalach, cum LAURENTIO DOMINO OLIPHANT, JOHANNE DRUMMOND de Stobhall, et WILLELMO STRIVELIN de Kere.
vii. 354.

1211. Apud . . . . . 4 Dec.
REX dedit literam Locum-tenentis [JOHANNI] COMITI ATHOLIE, infra bondas comitatus Atholie,—cum convocatione ligeorum regis infra dominia de Apnadull, Strabraune, Fertigill, Rannach, Glenlyoune, Strathardill, et de residuo totius vic. de Perth. vii. 355.

1212. Apud . . . . . 4 Dec.
REX dedit literam Locum-tenentis ALEXANDRO COMITI DE HUNTLE, vic. Kincardin, Aberdene, Banff, Elgin, Fores, Narne, et Invernes. vii. 356.

1213. Apud Edinburgh, 17 Dec.
REX concessit familiari armigero suo DAVID DE CREICHTOUNE de Cranstoune, et heredibus ejus,—terras baronie de Cluny, vic. Fyff;—quas Archibaldus comes Angusie resignavit :—Tenend. in liberam baroniam :—Reddend. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme :—Test. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58.
vii. 363.

1214. Apud Edinburgh, 20 Dec.
REX—tanquam tutor et gubernator filii sui primogeniti Jacobi, ducis de Rothzay, comitis de Carric, domini de Cunnynghame ac senescalli Scotie,—concessit ROBERTO DE BANNACHTYNE filio Niniani de B. de Camys,—terras de Atyngerar, Ardrossigelle, Cuarfaynenbeg nuncupatas *le Mais*, Cuarfanen, et Camys; ac terras de Kylmacolmoc, in insula et vic. de Bute; terras de duabus Auchquhrossanez, in ballia de Cowale, vic. Ergile; ac terras de duabus Bannachtyneyardis, duabus Correachadis, Cromdary, et Boghede, in Kylismure, vic. Are;—quas dictus Ninianus personaliter resignavit :—Tenend. dicto Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alex. B. fratri dicti Rob. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Walt. B. fratri dicti Rob. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Niniani arma ejus et cognomen Bannachtyne gerentibus et habentibus quibuscunque, de dicto duce de Rothissay, &c. :—Reservatis libero tenemento dicto Niniano, et rationabili tertia ejus future sponse si quam legitime habere contigerit :—Test. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58.
vii. 358.

1215.[2] Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX dedit cartam confirmationis et mortificationis super certis annuis redditibus infra burgum de Hadingtoune, mortificatis imperpetuum ALTARI S. JOHANNIS BAPTISTE et capellano ejusdem, quiquidem expressantur in cartis et evidentiis personarum fundantium dictam capellaniam :—Test. *ut in carta* 1216.
vii. 360. (ii).

1216. Apud Edinburgh, 11 Jan.
REX concessit JACOBO DE INNES de eodem—quintam partem terrarum de Barmukty, que fuit Jac. de Lask et Jonete ejus sponse; terras quinte partis dimedietatis de Suristoune, in baronia de Barmukty, que fuit Wil. de Dumbrek; et terras duarum quintarum partium dimedietatis de Suristoune, que fuerunt Alex. Cummyn de

[1] This and the following three entries appear as brief memoranda in the Register.

[2] As a memorandum in Register.

Hervishede;—omnes jacen. in comitatu Moravie, vic. Elgyn;—quas dicti Jac., Joneta, Wil. et Alex. divisim resignaverunt:—TENEND. dicto Jac. de Innes pro toto tempore ejus vite, et post ejus decessum Alex. de Innes filio primogenito dicti Jac. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto de I. fratri germano dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque:—TEST. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 54. 58. vii. 360.

1217. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti domini le Maxwell,—[qua concessit Domine KATERINE DE SETOUN, matri sue, et sponse quondam D. Herberti dom. le Maxuell, militis, progenitoris sui,—pro consilio, auxilio et favore, &c.,—terras de Carnsalach, et Dursquen, vic. Dunfreis, in uno libero dominio:—TENEND. dicte D. Katerine et heredibus inter ipsam et dictum D. Herb. procreatis, viz.—post decessum dicte Kat., Georgeo de M. filio dicti Herb. et Kat. et fratri dicti Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David de M. fratri germano dicti Geo. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Ade de M. fratri germano dicti Geo. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni de M. fratri germano dicti Ade et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. de M. fratri germano dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jonete et Mariote, sororibus dicti Wil., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dictorum Geo., Dav., Ade, Joh., Wil., Jonete et Mariote quibuscunque, de dicto Rob. dom. le M. et heredibus ejus ut de feodo et hereditate imperpetuum:—REDDEND. unum singulum denarium, nomine albe firme:—TEST. Simone Glendonwyn de eodem milite, Amero Maxuel de Kirkconvall, Eustacio Maxuel de Conhaythe, Herberto Gledstanis de eodem, et D. Michaele Birkmyr notario publico:—Apud Carlaverok, 20 Mar., 1456]. vii. 362.

1218. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX concessit MACOLMO MAKLERY de Gertene et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio, &c.,—terras de Crofftingay et le Chapellcrofft, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertain, regi pertinentes ratione bastardie, per decessum Joh. Ayr, bastardi, absque herede de corpore ejus procreato. vii. 364.

1219. Apud Edinburgh, 15 Jan.
REX concessit GILCRISTO MAKALERE, et heredibus ejus,—terras de Ardare, et Cragmurgile, in baronia de Glastray, vic. Ergile;—quas terras de Ardare Mariota M'Kesek, filia Molmorie M'Kesek, et quas terras de Cragmulgile dictus Gilcristus, resignaverunt:—TEST. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 54. 58. vii. 361.

1220. Apud Edinburgh, 17 Jan.
REX concessit JOHANNI KER filio Jacobi Ker de Treane, et heredibus ejus,—terras de Bradele, extendentes ad unam mercatam terrarum, infra vic. Are;—que fuerunt dicti Jac. et impignorate Thome Boide, pro summa 20 mercarum, et quas dictus Tho. resignavit:—TEST. *ut in carta* 1213. vii. 367.

1221.[1] Apud . . . . . 28 Jan.
REX dedit cartam confirmationis et admortizationis super carta Johannis Thome rectoris de Inverarity concessa in honorem Individue Trinitatis et S. Johannis apostoli, ad sustentationem duorum capellanorum in ECCLESIA COLLEGIATA S. SALVATORIS infra civitatem Sancti Andree,—de tenemento et annuis redditibus in dicta carta insertis. vii. 366.

1222. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX confirmavit cartam Georgei domini Haliburtoun ac domini terrarum baronie de Ballegernoch,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit JACOBO SCRIMGEOUR, constabulario de Dunde, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicas de Balle-

[1] As a memorandum in Register.

gernoch, unacum turre, fortalicio et manerio earundem, in baronia de Ballegernoch, vic. Perth:—Reddend. unum par cirothecarum albarum in festo Assump. B. V.M. nomine albe firme:—Test. David Dalrumpill, David Haliburtoun, Wil. Fortoune, Joh. Stewart, Tho. Unthank notario publico, et Joh. Walch:—Apud Edinburgh, 9 Dec., 1471]:—Salvis regi wardis, &c.:—Test. *ut in carta* 1213.

vii. 365.

1223.[1] Apud . . . . . 1 Feb.

REX dedit cartam mortificationis sive confirmationis super donatione certorum annuorum reddituum in burgis de Edinburgh et Peblis, per quondam Ricardum Purdy capellanum — ad sustentationem unius capellani in ECCLESIA PAROCHIALI DE PEBLIS, pro salute animarum in dicta carta contentarum.

vii. 369.

1224. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX confirmavit cartam Walteri Ogilvy de Oures,—[qua, cum consensu Laurentii domini Oliphant, nepotis sui, concessit Magistro GILBERTO LE HAY de Ury et BEATRICI ejus sponse,—terras de Gallantoune et Newtoune, in baronia de Oures, vic. Kincardin:—Tenend. dictis Gilb. et Beat. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus legitimis et propinquioribus dicti Gilb., a dicto Walt., de rege:—Test. D. Laurentio Marsar milite, Jac. Heryng, Joh. Oliphant, Joh. Hay et Leone de Log:—Apud Edinburgh, 16 Jan., 1475]:—Salvis regi wardis, &c.:—Test. *ut in carta* 1213. vii. 370.

1225. Apud Edinburgh, 5 Feb.

REX concessit GEORGEO CAMBELL de Mertinhame, militi, vicecomiti de Are, et heredibus ejus,—terras dimedietatis terrarum de Corshill, Chang-Leithistoune, Schyr-Donaldstoune, et Broustarland, in dominio de Trarynzeane, vic. Are;—quas Eufamia de Hammiltoune resignavit:—Test. *ut in carta* 1213.

vii. 368.

1226. Apud Edinburgh, 8 Feb.

REX confirmavit GEORGEO COMITI DE ROTHES et domino Lesly, et heredibus ejus,—terras de Wodfeld, Fresky, et Petnamone, cum molendinis de Kincardin et Fethirkerne; ac etiam terras de Esly, Balmane, et duabus Strethis, in tenagio de Fethirkerne, vic. Kincardin; et annuos redditus de Kincardin;—quequidem terre, &c., fuerunt dicti Georgei in proprietate, et quas dictus Geo. tenuit de comitibus Rossie ante forisfacturam Johannis olim comitis Rossie et domini Insularum, in Parliamento, in proditorem convicti et judicati, pro ejus proditoriis criminibus et rebellionibus productam, et propter quam forisfacturam superioritas dictarum terrarum cum molendinis et annuis redditibus regi devenit, et quas dictus Geo., post productionem dicte forisfacture, resignavit;—quas etiam rex in unam liberam baroniam de Balmane creavit et incorporavit:—Test. *ut in carta* 1238. vii. 329.

1227. Apud Edinburgh, 8 Feb.

REX concessit ELIZABETH COMITISSE ROSSIE sponse Johannis olim comitis Rossie et domini Insularum,—ad honorabilem sustentationem dicte Eliz.—terras de Grenane, in comitatu de Carrik, vic. Are; terras baronie de Kynedwart, cum advocationibus ecclesiarum dicte baronie, in comitatu Buchanie, vic. Aberdene; terras de Rew, Cwyl, Wethirnyde, Park, Elodil, Davachcarne, Pollane, Ous, Owra, Ballebrahede, Hilculdrum, Ballingoune, Hiltoune-tardel, Balliblare, terras castri de Tardale, Middilhill, cum molendino et brasina de Tympane, in comitatu Rossie, vic. Invernes;—quas omnes terras, &c., dicta Elizabeth habuit in conjuncta infeodatione de dicto Joh. ante forisfacturam ejusdem:—Insuper, pro gratuitis servitiis per dictam Elizabeth regis progenitori, regi ipsi et consorti sue impensis, et considerando quod ipsa Eliz. nunquam assistentiam dicto Joh. sponso suo in ejus criminibus et offensis contra regiam majestatem perpetratis prebuit, sed innocens et inculpabilis inde extitit,—dedit et concessit

[1] As a memorandum in Register.

dicte Eliz. pro toto tempore ejus vite—100 libratas terrarum et annuorum reddituum infrascript. in predictis comitatu et vic., viz. ;—terras de Delne, extendentes annuatim ad 20 merc., terras et villam de Meithaite, cum duobus molendinis earundem, extendentes annuatim ad 10 merc. in victualibus, terras de Mekle-Meithaute, extendentes ad 10 merc., terras de Drumgill, extend. ad 10 merc., terras de Glossery, extend. ad 10 merc., terras de Mekle-Alane, extend. ad 20 merc., terras de Litill-Alane, extend. ad 10 merc., terras de Kincragy, extend. ad 10 merc., terras de Culquhunze, extend. ad 10 merc., terras de duabus Queneleichis, extend. ad 10 merc., terras de Culcragy, extend. ad 10 merc., terras de duabus Culmyllach, extend. ad 10 merc., terras de Tarwat in Rosse, extend. ad 5 merc., necnon annuum redditum de Caldore in Murraie, vic. Narne, in manibus regis ratione dicte forisfacture existen. :—Tenend. omnes predictas terras, &c., dicte Eliz. pro toto tempore ejus vite :—Test. *ut in carta* 1213. vii. 371.

1228. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX ad manum mortuam ratificavit donationem quam Simon de Prestoune de Cragmillar miles, fecit,—ad sustentationem unius capellani perpetui in ECCLESIA PAROCHIALI DE MUSSILBURGH,—de 10 mercatis terrarum de Camerone, vic. Edinburgh :—Tenend. dictas 10 merc. Hermanno de Mussilburgh moderno capellano et possessori dicti servitii et in eodem per 55 annos elapsos divina celebranti, et ejus successoribus, &c. :—Test. *ut in carta* 1213. vii. 372.

1229. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REX concessit ALEXANDRO DE DALMEHOY filio primogenito Rob. de D. filii primogeniti Alex. de D. de eodem, et heredibus ejus,—terras baroniarum de Dalmehoy et Uvirlibertoune, vic. Edinburgh ; —quas dictus Alex. de D., senior, resignavit :—Test. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58. vii. 324.

1230. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REX confirmavit cartam Walteri Ogilvy de Owres,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit DAVID BLARE de Bendochty —terras de Estir-Achluchry, in baronia de Kynyalthy, vic. Forfare :—Tenend. dicto David et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ipsius D. quibuscunque reversuras et ejus assignatis de rege':—Test. Alex. Fentoune de Ogill, And. Strathachin de Monbothow, David Fentoune, Geo. Creichtoune, And. Currour de Logymekle, M. Wil. Ker rectore de Kirkpatrik-Flemyn : —Apud monasterium de Cupro, 4 Nov., 1475]:—Salvis regi wardis, &c. :—Test. *ut in carta* 1213. vii. 373.

1231. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX confirmavit cartam Willelmi Quhite de Ardchille,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit JACOBO OLIPHANT, fratri germano Laurentii dom. le O., heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardchille, in baronia de Methvenne, vic. Perth :—Tenend. a dicto Wil. de rege :—Reddend. regi unum denarium argenti nomine albe firme :—Test. Laurentio dom. le Oliphant, M. Gilb. Andree rectore de Dipplyne, D. Joh. Mychisone vicario de Cargill, M. Jac. Fentoune, Tho. Smyth, Alano Watsone, D. Joh. Kynmonth capellano ac notario publico :—Apud Perth, 17 Jul., 1471]:—Test. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58. vii. 325.

1232. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX confirmavit HUGONI DE ROSS de Kylrawak, et heredibus ejus,—terras baronie de Kilrawak, ac terras de Estir-Geddas dicte baronie prius annexatas, vic. Narne ;—que fuerunt dicti Hugonis, et quas ipse et predecessores sui de Joh. olim comite Rossie, &c., ante forisfacturam ejus tenuerunt in proprietate ;—et quia dictus comes Rossie superioritatem dictarum terrarum erga regem forisfecit, dicte terre de rege tenebantur in capite ;—et quas dictus Hugo, post productionem forisfacture, in manibus regis personaliter resignavit :—Test. *ut in carta* 1213. vii. 374.

1233. [1] Apud . . . 15 Mar.
REX dedit cartam confirmationis super quadam evidentia facta per modum indenture super compromisso ac sententia arbitrali, data per Laurentium dominum Oliphant, Alex. Settone de Perbroth, et Geo. Grenlaw burgen. de Edinburgh, superiores arbitros ad M. Michaelem Levingstone vicarium de Wemys, And. de Dunery de eodem et Tho. Lowis de Mennain in arbitros electos pro parte WILLELMI LEVINGSTOUNE de Drumry ex parte una, et Johannem Ross de Halkhede militem, Robertum Douglas de Lochlevyn et Alexandrum Inglis de Tarvat in arbitros electos pro parte DAVID BOSWELL de Glasmont et DAVID BOSWEL de Balmulto ejus patris, ex parte altera,—super debatis et contraversiis inter dictas partes motis, penes tenandrias de Potraine, Coquelus, Petkenny, cum pertinen., ac tenandrias de Raith, Glennestone, Polgudde, unacum duabus tenandriis de Lochgilly et Balmungy, ac penes donationem ecclesie parochialis de Ochtirderay, in forma majori. vii. 326.

1234. Apud . . . . . .
REX—licet in minore etate constituit Anselmum Adournis, militem, conservatorem privilegiorum nationis sue (Scotie) infra dominia Ducis Burgundie, — tamen in majore etatis discretione existens, dictam constitutionem prefati Anselmi in dicto officio, et literas eidem inde confectas,—quia ipse Anselmus in alio regno oriundus est et pro aliis causis,—revocavit; et mature avisatus de prudentia familiaris armigeri et ligii sui ANDREE WODMAN plurimum confisi —ipsum conservatorem dictorum privilegiorum nationis regni infra dictas partes fecit et constituit, cum privilegiis eidem officio pertinentibus . . . . . (*cetera desunt*). . . . . vii. 327.

ANNO DOMINI 1476. ANNO REGNI 16.

1235. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX confirmavit ALEXANDRO DUNBAR de Westfeld militi, et heredibus ejus,—terras de Clavok, cum molendino earundem, ac terras et villam de Clunne, ac dimedietatem terrarum et ville de Uthirurchill, vic. Narne; necnon terras de (Bythe et) [2] Skatirdy, in baronia de Kynedward, vic. Aberdene;—que fuerunt dicti Alex. in proprietate, et quas ipse et predecessores sui tenuerunt de Joh. olim comite Rossie, ante forisfacturam dicti comitis in Parliamento productam, et quas idem Alex., post productionem dicte forisfacture, personaliter resignavit:—TENEND. de rege in feodo:—REDDEND. pro Clavok, &c., tres sectas ad tria placita capitalia vic. Narne, ac wardam et relevium cum contigerint, et pro Bithe et Skattirdy tres sectas ad tria placita capitalia vic. Aberdene, et wardam, &c,:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 343.

1236. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX concessit WILLELMO KEITH filio et heredi apparenti Gilberti K. de Inverrugy, militis, et JONETE DE DUNBAR sponse dicti Wil.—terras de Galvail, cum molendino earundem; necnon terras de Hithee, et 40 sol. terrarum ville de Galvil et prefati molendini, vic. Banf;—quas dictus Gilb. resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Jonete, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gilb. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 344.

1237. Apud Edinburgh, 6 Apr.
REX concessit WILLELMO MOUBRAY filio et heredi apparenti Mariote Pringill, domine de Kirktownhill et Murehous, et heredibus ejus,—terras de Kirktounhill et

[1] As a memorandum in Reg.

[2] These lands are mentioned only in the Tenendas and Reddendo clauses.

Murehous, vic. Berwik; — quas dicta Mariota personaliter resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicte Mariote :—TEST. *ut in carta* 1431.[1] ix. 27.

1238. Apud Edinburgh, 10 Apr.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabeth Rede, relicte quondam Alex. Ramsay, civis civitatis S. Andree,—[qua concessit, in honorem Individue Trinitatis, &c., et ad sustentationem unius capellani in ECCLESIA PAROCHIALI S. ANDREE, ad altare omnium Sanctorum in dicta ecclesia, post ostium navis ejusdem pro perpetuo celebraturi,—tenementum in vico australi dicte civitatis S. Andree ex parte boreali ejusdem, inter duas terras Joh. Arthowr, et annuum redditum 20 sol. de terra quond. And. Maclurg in vico fori in dicta civitate inter terram quond.[2] . . . . . et terram Wil. Crag:—TEST. Joh. Logane rectore de Lestalrik, Jac. Brois rectore de Leithnot, Duncano Yalulok vicario de Craumond, Petro Masoun vicario de Fernewell, Joh. Annall, Joh. Bonar, et Rob. Karnys, presbiteris :—Apud civitatem S. Andree, 4 Apr., 1476] :—TEST. 83. 43. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 48. vii. 328.

1239. Apud . . . . . 16 Apr.

REX fecit registrari cartam comitatus de Mar et Garviaghe de speciali mandato,—[qua Izabella comitissa de Mar et Garviach, in sua pura viduitate constituta, concessit ALEXANDRO SENESCALLI filio primogenito D. Alex. S. comitis Buchanie, causa contractus matrimonii inter dictum Alex. et ipsam Izabellam conferendi,—totum comitatum suum de Mar et de Garviach, forestam de Gedworde, et 200 marcas de custumis regiis, prout carta regia dicte L inde confecta proportat; cum omnibus aliis et singulis terris suis tenendiis, tenementis, et terrarum superioritatibus universis, ipsi jure hereditario in regno Scotie vel extra pertinentibus quibuscunque cum pertinentiis :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus inter ipsum et dictam Izab. procreandis, quibus deficientibus, veris et legitimis heredibus vel assignatis dicti Alex. quibuscunque : — REDDEND. regi servitium debitum et consuetum : — TEST. Alex. episc. Rossen., And. de Lesley, Joh. Forbes, militibus, Alex. de Forbes filio, Alex. de Irvyne, Dun. de Forbes, Wil. de Camera seniore, scutiferis :—Apud Kindromy, 12 Aug., 1404] :—(sic subscriptum) Alex. Inglis, cancellarius Aberdonen, Clericus Registri manu propria.

Et dictus clericus registri petiit transsumptum in forma publica redigendum dicte carte et contentorum in eisdem, ac sigilli suprascripte Izabelle appensionem, et de super petiit instrumentum ex parte domini regis :—Apud Edinburgh in domo mansionis dicti clerici, suprascriptis die et anno :—TEST. Jac. Douglas, Bartholomeo Wawane et Geo. Henrisoun.

Jac. Carwell, presbiter S. Andree dioces., notarius publicus manu propria. vii. 257.

1240. Apud Edinburgh 20 Mai.

REX confirmavit JACOBO MUSCHET de Tolgart et ELIZABETH OLIPHANT ejus sponse—terras de Galconath, in dominio de Menteith, vic. Perth ;—quas idem Jac. resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1238. vii. 330.

1241. Apud Edinburgh, 29 Maii.

REX concessit fideli suo WILLELMO THANO DE CALDOR et heredibus ejus, —terras thanagii de Caldor, ac terras baroniarum de Clunes et de Boith, terras de Balmakaith, dimedietatem ville de Rate, vic. Narne; terras de Moy, vic. Fores; terras de Dounimakglas, terras de duabus Kinkellis, Kindeis, Invermarky, Mulquhaiche, et Drumwourny, vic. Invernes ;—que terre infra vic. Narne et de duabus Kinkellis, Kindeis et Invermarky fuerunt prius detente de Johanne olim comite Rossie, et tunc superioritas earundem per forisfacturam dicti comitis ad regem devenit,—et terre

[1] This reference is certainly erroneous.

[2] Name illegible.

de Moye et Dounemakglas, Mulquhaich et Drumwourny de rege detente extiterant; et quas omnes terras dictus Willelmus et Mariota sponsa sua resignaverunt; et quas omnes terras in unum et integrum thanagium de Caldor, libertates et privilegia baronie habens, rex univit et incorporavit: —REDDEND. wardam, relevium et maritagium cum contigerint, et servitia debita et consueta:—INSUPER, pro singulari favore quem rex gessit erga dictum Wil.,—mutavit et alteravit sectam dictarum terrarum infra vic. de Invernes et Fores curiis earundem vic. pro consimilibus servitiis et secta perpetuis futuris temporibus faciendis et reddendis in curiis vic. de Narne, cum cetera juris administratione de dictis terris usitandis et observand. per justiciarium, camerarium et vicecomitem, eisdem modo et forma sicut in curiis de Invernes et Fores prius fieri et dari solebat:—TEST. *ut in carta* 1246. vii. 340.

1242.[1] Apud . . . 15 Jun.
REX dedit cartam confirmationis in forma majori, super litera obligatoria Georgei abbatis de Abirbrothoc, cum consensu ejus conventus, facta Magistro THOME EDNAME super summa 40 lib. annuatim solvend. dicto Tho. pro toto tempore ejus vite. vii. 338.

1243. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX confirmavit DUNCANO MAKINTOISCH, capitaneo de Clanquhattane, et heredibus ejus masculis,—terras de Moymore, Terichaenglassane, Stroncroy, Achinhervy, Inverrosky, Mallair (Mallain), Daldundarg, Branachane, Tulacharde, Inverany, Murvalgane, Glenglastour, Kilkarall, Bocheny, Bothcasky, Achadir, Tollicharaine, Bochintone, Blarenofingone, Bochintonmor, Crannachane, Kappach, Achnamady, Achnamacrois, Bragach, Inverroybeg, Bochlaine, et Inverroymor, in dominio de Lochabir, vic. Invernes;—que fuerunt dicti Duncani hereditarie in proprietate, et quas tenuit de Joh. olim comite Rossie ante forisfacturam ejusdem in parliamento regis productam, et quas in manus regis idem Dunc. resignavit:—REDDEND. wardam, &c., cum contigerint, et jura et servitia debita et consueta:—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 84. 54. vii. 332.

1244. Apud Edinburgh, 5 Jul.
REX concessit HUGONI MONTGOMERY de Bagraw, et heredibus ejus,—terras de Freland, in baronia de Kilbryde, vic. Lanark;—quas Finlayus Arthurlis resignavit:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 333.

1245. Apud Edinburgh, 10 Jul.
REX confirmavit donationem in tenera sua etate factam THOME DE WEMYS de Reras, militi,—de terris infrascriptis, post resignationem earundem per dictum Thomam in manibus regis, ipsi Tho. donatis per cartam regiam tallie, viz., eidem Tho. pro toto tempore ejus vite et post ejus decessum Joh. de Wemys ejus filio et heredi apparenti et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, heredibus masculis in dicta carta expressatis,—scilicet, de tertia parte terrarum de Lucheris-wemis, cum tenentibus et tenandriis, &c., earundem, terris de Logymurtho, Westircruvy, Reras, et duabus Fawfeildis, vic. Fiff; et de terris de Strathibois et Nethirpirny, in comitatu de Stratherne, vic. Perth:—necnon donationem quam fecit dictus Tho. de Wemys miles prefato Joh. filio suo et heredi apparenti et heredibus ejus masculis prescriptis,—de dimedietate terrarum de Luchiris-wemis, viz., Westhous, Luchirspursk, le Miltoune, Balmulty, (Baltungy),[2] Tentismuris, Brigende, Quhitcroft, Logy, et Westircruvy, in baronia de Luchiris-wemis, cum tenandis, &c., vic. Fiff:—necnon illam donationem quam fecit idem Tho. dicto Joh. filio suo, &c.,—de dimedietate terrarum de Westir-Reras et Estir-Reras, duabus Fawfeildis, Bowhill, Frostleis, et Cabriswallis, cum tenandriis, &c., vic. Fiff:—TENEND. dictas terras tertie partis de Luchir-wemis et terras infra vic. de Perth, dicto Tho. pro toto tempore ejus vite, &c. (*ut supra*), ac terras dimedietatis terrarum de Luchiris-wemis, Westhous, &c., et dimedietatem de Westir-Reras, &c., dicto Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*):—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 334.

[1] As a memorandum in Register.

[2] Occurs in Tenendas clause only.

1246. Apud Edinburgh, 15 Jul.
REX—licet alias in Parliamento suo apud Edinburgh tento 27 Nov. 1475, certos processus et judicia forisfacture contra JOHANNEM DE ILE olim comitem Rossie, et dominum Insularum, pro ejus proditoriis criminibus, demeritis, et transgressionibus contra regiam majestatem et regnum perpetratis et commissis, decrevit et promulgavit—nichilominus ob requestam Margarete regine Scotie, et episcoporum, prelatorum, comitum et baronum ac burgorum commissariorum, regni sui statuum in Parl. apud Edinburgh, 15 Jul. 1476, et ibidem die Lune 1 Jul. ipsum comitem mundanis honoribus et dignitatibus ac bone fame ipsius persone, ex gratia speciali regis, restituit, et de novo fecit et creavit ipsum Dominum Insularum perpetuis futuris temporibus nuncupandum; —ac etiam concessit in nova infeodatione, eidem Joh.—pro ejus fidelibus servitiis per ipsum ejusque heredes et successores temporibus futuris regi et successoribus suis impendendis,—terras subscriptas, viz.;—terras Insule de Ila, terras aliarum insularum que ipsi Joh. ante dictam forisfacturam hereditarie pertinuerunt; ac etiam terras de Morvarne, Germorvarne; dominium de Lochabir, terras de Durwoin, Glencoill, vic. Invernes; terras de Kinedward, vic. Aberdene; terras de Grenane, in comitatu de Carrik, vic. Are;—que terre eidem Joh. ante dictam forisfacturam in proprietate hereditarie pertinuerunt:—Et super dedit et concessit dicto Joh. alias terras, insulas et possessiones infra regnum Scotie ubicunque ipsi ante dictam forisfacturam pertinentes; necnon liberetenentes et eorundem servitia que de dicto Joh. in capite tenuerunt;—exceptis tamen et reservatis regi terris comitatus Rossie et terris dominiorum de Knapdale et Kintyr, cum tenentibus, &c., unacum castris et fortaliciis dictarum terrarum, ac officiis vicecomitis de Invernes et Narne, et omnibus aliis officiis infra dictum comitatum et dominia predicta, quas et que rex sibi et successoribus suis reservavit ad memoriam delicti et transgressionis dicti Joh.:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Angusio de Ile, filio naturali dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. de Ile filio etiam naturali dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. dom. Insularum quibuscunque:—FACIEND. jura et servitia debita et consueta; et dictus Joh., &c., et tenentes ac inhabitantes, &c., pro perpetuo obediendo et observando jura et leges et consuetudines regni in omnibus et per omnia sicut alii barones liberetenentes et legei regni jura et leges observant:—TEST. 88. 89. 83. 57. 68. 36. 90. 91. 7. 60. 92. 26. 71. 94. 95. 3. 96. 97. 16. 98. 99. 84. 100. vii. 335.[1]

1247. Apud . . . . . .
REX concessit THOME M'KELLE, et heredibus ejus,—25 solidatas terrarum de Gategill, in senesc. de Kirkcudbrycht, vic. Drumfres;—quas Joh. Kersane resignavit:—FACIEND. servitia debita et consueta . . . . . (*cetera desunt*). . . . . vii. 336.

1248. Apud Edinburgh, 17 Jul.
REX concessit JOHANNI COMBRY filio Joh. C. de eodem, et heredibus ejus,—terras de Combry, Lungait, le Estirquarter de Megore, Glenmayit, Lieplandy, unacum officio de *le Mareschip* de Stratherne, et unam croftam terre in Fowlis dicto officio annexatam, infra senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas dictus Joh. C. pater resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dict. terrarum, &c., dicto Joh. patri, et rationabili tertia parte Elezabeth ejus sponse cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1246. vii. 337.

1249. Apud Edinburgh, 22 Jul.
REX concessit DAVID FORESTAR, filio et heredi apparenti Macolmi F., et heredi-

[1] It is doubtful whether this testing clause applies to those charters which have a reference to it. The charter immediately following (1247) is unfinished, a space being however left for a testing clause;—the probability is that it is this unengrossed list of witnesses that is referred to in the charters which follow.

bus ejus,—officium forestarie nemoris de le Torwod, vic. Striveling;—quod dictus Mac. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Mac. ac rationabili tertia parte proficuorum ejusdem officii Margarete ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1246. vii. 339.

1250. Apud Edinburgh, 2 Aug.
REX concessit ALEXANDRO DUNBAR de Westfeld, militi, et heredibus ejus,—terras de Muchness, vic. Narne;—que fuerunt Thome Cummyn de Alter, et tenebantur de Joh. dom. Insularum ante forisfacturam ejusdem;—et quas dictus Tho. post productionem dicte forisfacture personaliter in manus regis resignavit:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 341.

1251. Apud Edinburgh, 2 Aug.
REX concessit THOME CUMMYNE de Alter et heredibus ejus,—terras de Dolace, in dominio de Murray, vic. Elgyn;—quas Wil. le Haye de Lochluye personaliter resignavit:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 342.

ANNO REGNI 17. ANNO DOMINI 1476.

1252. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX confirmavit cartam quondam Alexandri de Ile, comitis Rossie, domini Insularum ac Justiciarii ex parte boreali aque de Forth,—[qua concessit WALTERO OGILVY de Bewford et omnibus heredibus ejus,—terras de Thanistone, vic. Kincardin:—REDDEND. tantum quantum quondam Walt. de Lindesay tradere solebat:—TEST. Alex. M'Cowlach de Pladdis, Geo. Munro de Foulis, Wilando de Cheisholme, Nigello M'Leoid, et Nigello Flemyng secretario dicti com.:—Apud castrum de Dyngwele, 24 Oct., 1443]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1243. vii. 345.

1253. Apud Edinburgh, 3 Sep.
REX confirmavit cartam Egidie Stewarte de Lownane,—[qua concessit WALTERO TIRY filio suo primogenito et heredi apparenti, et heredibus ejus,—terras de Lownane, cum tenentibus, &c., in baronia de Lownane, vic. Forfar; ac terras de Forteviote, vic. Perth; ac terras de Petfour, vic. Aberdene:—RESERVATO libero tenemento terrarum de Manys de Lownane et de Petfour dicte Egidie:—TEST. Tho. Ogilby de Clova, Tho. Fothringham de Poury, D. Rob. Gray vicario de Kinclevyn, D. Tho. Ley vicario de Ferne:—Apr. 20, 1476]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1255. vii. 376.

1254. Apud . . . . . , . . .
REX confirmavit cartam Thome Maule de Panmure, militis,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit generoso scutifero JACOBO RYNDE de Broxmouth, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Luchland, in baronia de Breching, vic. Forfar:—REDDEND. unum denarium monete Scotie monete currentis pro tempore, nomine albe firme:—TEST. Tho. Fothringhame de Powry, Wil. Monorgund filio et herede apparente Gilberti M. de eodem, Joh. Mortimer de Flemyngtoun, Duncano Lichtone, Joh. Maule, M. Wil. Keir rectore de Kirkpatrik-fle(ming) notario publico:—Apud Dunde, 29 Aug., 1475] SALVIS regi wardis, &c.:— . . . . (*cetera desunt*) . . . . vii. 377.

1255. Apud Edinburgh, 4 Sep.
REX confirmavit cartam Willelmi Sleich, burgensis de Hadingtoun,—[qua concessit primogenito suo JACOBO SLEICH, heredibus ejus et assignatis, pro ejus benemeritis,—acras suas de le Milflat prope burgum de Hadingtoun, ex parte occidentali ejusdem inter le Burowbalk et Lathameburne:—TENEND. de rege in feodo:—REDDEND. regi unum denarium argenti nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TEST. M. Arch.

Lindesay, Arch. Hepburne, Joh. Hepburne, Joh. Sleich, Joh. Liell, Jac. Hetoun, capellanis, Joh. Andersoun, Joh. Fortoun, Adam Hadingtoun, Alex. Wardlaw, Hen. Hepburne: — Apud Hadingtoun, 8 Jun., 1475]:—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 100. vii. 375.

1256. Apud Edinburgh, 4 Sep.
REX concessit THOME MAKETTRIK, filio et heredi apparenti Tho. M., et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis quibuscunque,—terras de Kelauch, ac dimedietatem terrarum de Knoklee, et tres quartas partes terrarum de Loganelevin, in dominio Galwidie, infra senesc. Kirkcudbrycht;—quas dictus Tho. senior personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Tho. seniori et rationabili tertia Mariote ejus sponse, cum contigerit: —TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 18.

1257. Apud Edinburgh, 10 Oct.
REX confirmavit ALEXANDRO FORBES de Petslego, militi, et heredibus ejus, —terras baronie de Petslego, unacum domo sive turre earundem, et terras baronie de Kynnaldi, vic. Abirdene;— quas idem Alex. personaliter resignavit:—et insuper, propter singulares favores quos gessit rex erga dictum Alex., in excambium mutavit detentiones dictarum terrarum, viz.:—REDDEND. regi pro dictis terris baronie de Petslego et turre predicta quas prius tenuit de rege in warda et relevio, unum denarium argenti, nomine albe firme;—et pro dictis terris baronie de Kynnaldy, quas tenuit in alba firma pro uno denario annuatim,—wardam et relevium earundem cum contigerint: —TEST. *ut in carta* 1255. vii. 379.

1258. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Alexandri domini Hume,—[qua concessit filio suo THOME HUME—pro filiali affectione quam habuit erga eundem, et pro ejus servitiis et benemeritis,—terras de Casteltoun, Gallobrais, Langschawis, Creachblar, Kirkvod, Makbihill, et de Quhitleis, in dominio de Stewarton, vic. Are:—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, dicto Alex. dom. H. et heredibus ejus masculis quibuscunque, de dicto Alex., &c.: —REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. et rationabili tertia Margarete ejus sponse: — TEST. Rob. dom. Lyle, Dominis Wil. Wallace de Cragy, Joh. Ross de Halkhed, militibus, Joh. Kennedy de Blairquhane, Jac. Schaw de Salquhay, David Creichtoun de Cranstoun, Joh. Machane notario publico:—Apud Edinburgh, 14 Oct., 1476] . . . . (*cetera desunt*). . . . vii. 380.

1259. [1] Apud . . . 12 Oct.
REX dedit cartam admortizationis sive confirmationis, in forma majori, super carta Magistri Johannis Clat, Abirdonen. et Brechinen. ecclesiarum canonici, facta ad honorem Dei, &c., de annuo redditu 6 mercarum de terris de Modinis, vic. Kincardin, in perpetuam elemosinam—uni capellano imperpetuum celebraturo in capella DOMUS HOSPITALIS BURGI DE ABIRDENE. vii. 389.

1260. Apud Edinburgh, 16 Oct.
REX confirmavit cartam Georgei comitis de Huntlie, domini le Gordoun et de Badyenach,—[qua concessit consang. suo WILLELMO BAILYE, et heredibus ejus, pro ejus servitio et homagio,—terras de villa de Corsallarty, Ardneli, le Couparhill et molendinum ejusdem, in baronia de Corsallarty, vic. Banf;—excepta una dimedia acra circumcirca *le Carne de Sowturcroft* pro capitali messuagio dicti comitis:—FACIEND. tres sectas curie ad tria placita capitalia, cum wardis, &c. :—TEST. Wil. dom. Forbes, Alex. Dunbar de Westfeld, Alex. Forbes de Kynnaldi, Jac. Ogilvy de Finletter, militibus, Jac. Innes de eodem, Joh. Munro de Foulis, Alex. Lesly de Warderis, David Ogilvy de Tolmade, Duncano Sanchar de Murecroft, Alex. Michaelis notario publico:—Apud Edinburgh, 7 Oct., 1486] :—SALVIS regi wardis &c. :—TEST. *ut in carta* 1255. vii. 378.

[1] As a memorandum in Register.

1261. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX confirmavit cartam Alexandri Fraser de Golfurd,—[qua concessit Dom. ALEXANDRO DE DUNBAR de Westfeld, militi, et heredibus ejus,—terras de Golfurd et Bordland, cum brasina earundem, vic. Narne,—in excambium pro terris dicti D. Alex. de D. de Ballechernych et Erched, in baronia de Cardale, vic. Invernes :—Tenend. a dicto Alex. F. de rege in feodo :—Test. Wil. episc. Orchaden. secreti sigilli custode, D. Joh. Wemys de eodem milite, Jac. Fraser filio Duncani F. :—Apud Edinburgh, 23 Oct., 1476] :—Salvis regi wardis, &c. :—Test. *ut in carta* 1255.
vii. 381.

1262. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Alexandri Dunbar de Westfeld militis,—[qua concessit ALEXANDRO FRASER et heredibus ejus—terras de Balleghernich et Erchhed, in baronia de Cardale, vic. Invernes,—in excambium pro terris dicti Alex. Fraser de Golfurd et Bordland, cum brasina earundem, vic. Narne :—Tenend. a dicto Alex. de D. de rege :—Test. D. David Luthirdale archidiacono Dunkelden., M. Alex. Suthirland vicario de Invernes, Jac. Douglas de Pettindreich, Geo. Dunbar, Alex. Duncanesoun :—Apud Edinburgh, 23 Oct., 1476] :—. . . . . (*cetera desunt*). . . . .
vii. 382.

1263. Apud Edinburgh, 2 Nov.
REX concessit servitoribus suis JOHANNI HALL et THOME HALL et heredibus eorum, pro eorum servitiis—illam terram que olim fuit Joh. Harvy, bastardi nati et absque herede de corpore ejus legitime procreato defuncti, in burgo de Edinburgh ex parte boreali ejusdem, inter tenementum David Hoppar et terram Joh. Pyot ;—que terra regi ratione bastardie dicti Joh. H. devenit :—Tenend. de rege in feodo ac libero burgagio :—Reddend. firmam burgalem, &c. :—Test. *ut in carta* 1255.
vii. 383.

1264. Apud Edinburgh, 2 Nov.
REX concessit familiari armigero suo THOME STEWART filio Wil. S. militis, et ISABELLE sponse dicti Tho.—terras de Sinlawis et Merbotill, vic. Roxburgh ;—quas Alex. Stewart filius et heres apparens dicti Wil. S. militis, et frater dicti Tho., et Elizabeth sponsa dicti Alex. personaliter resignaverunt, et quas rex baronie de Mintow dicto Tho. pertinenti incorporavit et univit :—Tenend. dictis Tho. et Isabelle et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus de corpore dicti Tho. legitime procreatis quibuscunque, quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus dicti Alex. quibuscunque reversuras :—Reservato libero tenemento 20 merc. terrarum predictarum dictis Alex. et Elizabeth, pro toto tempore vite dicti Wil. ; et post ejus decessum, cum consensu dictorum Alex. et Eliz., ordinavit tam feodum quam liberum tenementum remanere in dictis Tho. et Isab., &c. :—Test. *ut in carta* 1255.
vii. 390.

1265. Apud Edinburgh, 2 Nov.
REX concessit familiari armigero suo THOME STEWART filio Wil. Stewart militis,—tertiam partem terrarum baronie de Myntow, unacum superioritate totius dicte baronie, cum tenentibus, tenandriis et liberetenentium servitiis dicte baronie, vic. Roxburgh ;—quas Alex. Stewart filius et heres apparens dicti Wil. S. militis et frater dicti Tho. personaliter resignavit :—Reservata dictis Wil. S. militi, et Alex. S. et heredibus dicti Alex. imperpetuum, dimedia mercata terrarum de Mynto, quam tunc inhabitavit Jac. Langlandis, in signum juris patronatus ecclesie de Myntow, cum donatione et advocatione ejusdem ecclesie pro perpetuo :—Tenend. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis quibuscunque, quibus deficientibus, legitimis heredibus prefati Alex. libere reversuras :—Reservata rationabili tertia Eliz. sponse dicti Wil. cum contigerit :—Test. *ut in carta* 1255.
vii. 391.

1266. Apud Edinburgh, 5 Nov.
REX suscepit in salvum conductum et protectionem suam specialem JACOBUM DINI et ejus socios mercatores Florentinos, eorumque servitores, cujuscun-

que nationis existerent, necnon bona eorum et marcantias licitas, in regnum suum salvo et secure per terram seu per mare veniendo &c.;—et concessit illis libertatem, pannum et bona predicta in peciis et ulnis, dominis concilii et servitoribus familiaribus regis vendendi;—necnon literas clausas et apertas in regnum Scotie et extra portandi, non obstantibus actis Parliamenti in contrarium factis, &c.;—presentibus pro tribus annis duraturis. vii. 384.

1267. Apud Edinburgh, 7 Dec.
REX concessit WILLELMO SINCLARE filio Willelmi comitis Cathanie et dom. de Sancto Claro, inter ipsum et Marjoriam comitissam Cathanie sponsam ejus genito, —terras comitatus Cathanie, cum tenentibus, &c., unacum donatione hospitalis S. Magni in Cathania, vic. Invernes; et cum officiis justiciarie, camerarie, et vicecomitatus infra limites extendentes a Portnacultir ad Pentland Firth et a mari orientali ad mare occidentale, prout limites episcopatus Cathanien. extendunt;— quas et que dictus comes personaliter resignavit: —TENEND. dicto Wil. juniori et heredibus ejus quibuscunque:—RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum &c., dicto comiti, ac rationabili tertia Marjorie ejus sponse, cum contigerit:—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 101. 100. vii. 393.

1268. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX confirmavit avunculo suo JOHANNI COMITI ATHOLIE—terras dominii de Balvany, unacum terris de Botruchin, Bocharne, et Abirlour, cum castro de Balvany, ac cum advocationibus ecclesiarum infra vic. Banf ipsi Joh. prius spectantibus; —quas idem Joh. personaliter resignavit:— TENEND. dicto comiti et Elinore ejus sponse, comitisse Atholie, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ipsius Joh. procreatis quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1255. vii. 386.

1269. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX ratificavit et ad manum mortuam confirmavit quandam evidentiam sive indenturam in vulgari, sub hac forma:—[This Indenture maid at Edinburgh, 25th Jan. 1472 yeris, proportis contenis and beris witnes that it is appointit, aggreit and finaly concordit betuix richt descreit and worschipful men, Maister Johne Listoune and Dene Andro Caveris monk of Lundoris, procuratoris for the provest, channonis, and chapellanis of the COLLEGIS OF SANT SALVATOR within the cite of Santandris on the ta part, and ARCHIBALD OF DUNBAR of Litil Spot on the tothir part, in maner, forme and effect as eftir folowis, that is to say, that forsamekle as the said Archibald, nocht throw strenth or drede led nor throw errour slidd, bot of his aune verray fre wil in the presence of oure soverane Lord the King, appone his kneis resignit, upgaif and freli deliverit to the said procuratoris in the name and on the behalf of the said provest, &c., for himself, his airis and successouris, al richt, clame, propirte and possessione that he had or mycht have in or to the landis of Balbuthy, with the pertinents, lying within the scherifdome of Fyff; and als the said Arch. for himself, his aris and successouris ratifiit and apprufit and admittit the resignacion of the said lands, &c., maid be him of befor in the handis of umquhile a Reverend Fader in God James, Bishop of Santandrois that last decessit, and the possessione of the sammyn had sen the resignacion be the said provest, &c., and their factouris;—and attour the said procuratoris in thair name and on thair behalve for the compacience and piete quhilkis thai had of the said Arch. and for finale amite, friendschep and concorde to be had betuix thaim in tyme to cum, they in the presence of oure said soverain Lord and his Lordis of Counsale in the name and on the behalve of the said provest, &c., has oblist and bundin thaim in the soume of 300 markis to him of the usuale money of Scotland, of the quhilk soume they sal pay to the said Arch. now in hand the soume of 100 merkis at the makin of this indentur, and at the fest of Witsonday next to cum 100 merkis, and at the fest of Mertynmes in winter 100 merkis;—and gif it sal please the said

Arch. to have the said landis in tak of the said provest, &c., for the space of five yeris next to cum than to have the said soume of 300 merkis pait as is befor writtin, he sal have the sammyn landis in assedatioun of thaim for the space of 5 yeris for 34 merkis of male yerly. . . . . quhilk male he sal tak up at his aune hand yerly and allow the samyn to the said provest, &c., or the said soume of 300 merkis, and the remanent to be pait to him be thaim at the said fest of Witsonday next bot any langar delay, &c. ;—and eftir the termes of 5 yeris are worne furth and bipassit the said Arch. has promittit to devoid and frely red the said landis of himself, his wif, barnis, and gudis to the said provest, &c., but ony impediment ; and for the observing, &c., of al and sindri the thyngis above writtin the said procuratouris in the name and on the behalve of the said provest, &c. has bundin thaim to oure soverain Lord in the soume of 500 merkis to be pait to his hieness failyeand that the said thingis be not keipit ;—in witnes of the quhilk thing to the part of the Indentur remanand with the said provest, &c., the said Arch. has affixt his sele ;—and to the part remanand with the said Arch. the said procuratouris has procurit the sele of a worschipfull man, Michell Balfour of Burly to be affixt, in likwis at day, yer and place befor writtin, before thir witness, Johne Portativis, George Muncreif, Rob. Huntare, Wil. of Thurin, Maister Wil. Schevis, And. Foulartone, Rob. of Thuring and uthir sindry ;—and the said Arch. to devoid the said landis as said is under the pain of 500 merkis to be pait be him to the werk, biggin and reparacioun of the said college] :—SALVIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1255. vii. 385.

1270. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX concessit OLIVERO SINCLARE militi, filio Wil. comitis Cathanie et dom. de Sancto Claro inter ipsum et Marjoriam Suthirland, comitissam Cathanie, ejus sponsam, genito,—terras et baronias de Roslyne, vic. Edinburgh, et Herbertschir, vic. Striveling, cum castro, parcis et pomariis, unacum villa de Roslyne in burgo in baronia, cum donatione ecclesie collegiate de Roslyne, ac presidis et prebendarum dicti collegii, et capelle S. Mathei in Roslyne, unacum superioritatibus tenandriarum dictarum baroniarum ;—quas dictus comes personaliter resignavit :—TENEND. dicto Olivero et heredibus ejus quibuscunque, de rege in feodo, cum cruce et foro, in burgo in baronia, et cum nundinis et earum custodiis, &c. :—RESERVATIS libero tenemento dicto comiti et rationabili tertia dicte comitisse cum contigerit :—TEST. *ut in carta* 1255. vii. 387.[1]

1271. [2] Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX concessit OLIVERO SINCLARE militi, filio Wil. comitis Cathanie, &c. (*ut in carta* 1270), et heredibus ejus quibuscunque, —terras baronie de Pentland, cum donatione et jure patronatus ecclesie de Pentland, ac terras de Pentlandmure, cum pertinentiis, viz., Kirktoun, Quhithalch, Loganehous, Ernerag, et Sunnomishop ; necnon terras de Mortoun et Mortonhal, vic. Edinburgh ; — quas dictus comes personaliter resignavit ; et quas in unam liberam baroniam de Pentland rex univit et incorporavit : — REDDEND. wardam, &c. :—RESERVATO libero tenemento, &c., *ut in carta* 1270 :—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 101. 100. vii. 388.

1272. Apud Edinburgh, 14 Dec.
REX—quia alias per literas suas sub magno sigillo post forisfacturam deductam super Johanne olim comite Rossie et dom. Insularum, concessit ELIZABETH DE LEVINGSTOUN sponse dicti Joh., ad honorabilem sustentationem persone ipsius Eliz. pro ejus fideli servitio a longo tempore progenitori regis et regi ipsi et Mergarete Regine sue impenso, terras et annuum

[1] In a confirmation of this charter dated 1 Nov. 1486 (No. 1666), the same witnesses are given with the addition of 101.

[2] There is a confirmation of this charter 1 Nov. 1486 (No. 1665), which supplies the date, Reddendo clause, reservation, and list of witnesses; all wanting in the Register at this place.

redditum, cum advocationibus ecclesiarum inibi scriptarum, pro tempore vite ejusdem Eliz., ut in dictis literis continetur,—ratificavit et renovavit dictam concessionem dicte Eliz. factam de dictis terris, &c., et declaravit quod revocatio per ipsum facta in ultimo Parliamento super donationibus, &c., in tenera regis etate concessis, non extendit super dicta donatione prefate Elizabeth:—TEST. *ut in carta* 1255.

vii. 392.

1273. Apud Edinburgh, 21 Dec.

REX confirmavit cartam Roberti Scot de Hanyng,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit THOME MEDILMAST, heredibus ejus et assignatis,—terras de Grevistone et le Gillishauch, vic. Peblis:—TENEND. a dicto Rob. de rege in feodo:—REDDEND. regi unum denarium argenti nomine albe firme: —TEST. David Scot filio et herede apparenti David S. de Branxhelme, Wil. Scot fratre ejus, Alex. Wardlaw de Waringstone, Rob. Newtone, Walt. Trumbull, Wil. Medilmast, Petro March notario publico: —Apud Edinburgh, 21 Dec., 1476]:—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1267. vii. 394.

1274. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX concessit familiari servitori suo JACOBO BALFOUR, filio et heredi quondam familiaris armigeri sui Andree B., et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Lochdrungy, ac dimedietatem terrarum de Torry, in comitatu de Menteith, vic. Perth; terras de Buchquhopill superiore et inferiore, vic. Perth; necnon dimedietatem terrarum de Glendouglas, in comitatu de Levenax, vic. Dumbertane; — quas Isabella sponsa dicti quondam And. personaliter resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicte Isabelle:—TEST. *ut in carta* 1393. viii. 117.

1275. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX ad feodifirmam dimisit MORICIO HOLAND filio quondam Joh. H. burgensis de Berwic-super-Tuedam, et heredibus ejus,—tenementum terre in dicto burgo in vico nuncupato *Hidegate*, in quo habitabat dictus quondam Joh., inter terram David Menzeis et communem viam regiam nuncupatam *Finkilstrete*, et dictum vicum de Hidegate et terram Tho. Inglis; quod tenementum continet in latitudine 3 perticatas et 2 ulnas et in longitudine 3 perticatas:—REDDEND. 3 lib. 6 sol., 8 den. nomine feodifirme: — RESERVATO libero tenemento Jonete Wawane, sponse dicti Joh.:—TEST. *ut in carta* 1280.

viii. 9.

1276. Apud . . . 20 Jan.

REX dedit literam ROBERTO LAUDER de Edringtoune—de custodia castri de Berwic-super-Tuedam, pro 5 annis proxime sequentibus, et deinde pro voluntate regis duraturam; cum potestate constabularios et alios ministros sub ipso substituendi;—et assignavit dicto Rob. annualem pensionem 200 merc. pro dicti castri custodia, pro 5 annis, &c. (*ut supra*), per receptorem generalem persolvendam.

vii. 395.[1]

1277. Apud Edinburgh, 31 Jan.

REX—nomine tutorio primogeniti sui Jac. ducis de Rothzay, &c.,—confirmavit cartam Johannis de Ila, domini Insularum,—[qua assedavit et ad feodifirmam dimisit suo nativo armigero et alumpno JOHANNI DAVIDSONE, filio quondam Gilberti D., heredibus ejus et assignatis,—terras de Grenane, in comitatu de Carrik, vic. Are:—REDDEND. pro firmis dictarum terrarum 20 lib.: —TEST. Donaldo Ballache de Dunnowane, Rollando Makclane de Dowart, Hectore M'Clane de Camlochboy, Nigello M'Ylwryd archidiacono Sodoren., D. Jac. Weik clerico et scriba dicti Joh. de Ile:—Apud Ila, 20 Aug., 1476]:—Proviso quod per hanc confirmationem nullum prejudicium generaretur Elizabeth de Levingstoun sponse dicti Joh. dom. Insularum penes infeodationem et donationem dict. (terrarum) ipsi Eliz. pro toto tempore ejus vite factam:—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 100.

viii. 1.

[1] As a memorandum in Register; probably a Privy Seal writ.

1278. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX confirmavit EDWARDO MURE, et heredibus ejus,—terras de Barmacgachin, le Chapeltoune, et Bournes, in dominio Galwidie, infra senesc. de Kirkcudbrycht; unacum superioritate tertie partis terrarum de Bournes;—quas idem Edwardus personaliter resignavit :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia senesc. de Kirkcudbrycht, ac alia servitia debita et consueta, ac wardam et relevium dictarum terrarum, &c., cum contigerint :—TEST. *ut in carta* 1238. vii. 331.

1279. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam David Spalding, burgensis de Dunde, —[qua—ob salutem anime sue et Isabelle uxoris sue, &c., — concessit abbati et monachis MONASTERII S. MARIE DE LUNDORIS, et eorum successoribus—terram suam infra dictum burgum de Dunde, in vico fori, ex parte australi ejusdem, inter terram Wil. Scrimgeour et terram Walt. de Abirkerdour; necnon annuum redditum 30 solidorum de tofto dominorum abbatis et conventus Monasterii de Aberbrothok, inter venellam que vulgariter vocatur *le Spaldingis Wynd* et terram quondam Tho. Leis :—REDDEND. ad altare B. V. M. infra ecclesiam parochialem de Dunde post magnum altare fundatum 3 lib. 6. sol. 8 den., et 20 sol. ad reparationem chori dicte ecclesie :—RESERVATO libero tenemento dicte terre dictis Dav. et Isab., et eorum diutius viventi :—TEST. Macolmo Duchir uno ballivorum de Dunde, Rob. Balmanoch, Joh. Bell communi clerico, dicti burgi burgen., et Joh. Wentone notario publico :—Apud Dunde, 6 Jul., 1471] :—SALVIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1277.
viii. 2.

1280. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX concessit familiari clerico suo Magistro ALEXANDRO MURRAY rectori de Hawic, ac directori cancellarie regis, et heredibus ejus,—tenementum in burgo de Berwic-super-Twedam, in vico nuncupato *Watergaite*, inter terram assedatam Henrico Gibsone et dictum vicum de Watergaite :—TENEND. in feodifirma et libero burgagio :—REDDEND. 5 sol. nomine feodifirme :—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 100. viii. 6.

1281. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX concessit dilecto clerico et conciliario suo Magistro ALEXANDRO INGLIS, cancellario Abirdonen. clerico rotulorum et registri, et heredibus ejus,—tenementum in burgo de Berwic-super-Tuedam, in vico nuncupato *Hidehill*, inter terram assedatam Alexandro Lesly de Wardris, et terram assedatam David Menzeis; et terram vastam in dicto burgo, ex parte occidentali de *le Hidegate*, inter terram assedatam Roberto Inglis de Lochend, et terram assedatam Alex. Lesly; necnon terram vastam in dicto burgo in *le Briggate*, ex parte occidentali de *le Quarelgate*, inter terram assedatam M. Willelmo Scheves archidiacono S. Andree principali, et terram assedatam Roberto Lauder de Bass juniorii; ac etiam unam terram vastam in dicto burgo in *le Finkilstreit*, inter terram qua inhabitabant Alex. King et Alex. Wood, et tenementum assedatum Willelmo Claphane :—TENEND. in feodifirma ac in libero burgagio :—REDDEND. pro tenemento primo nominato 12 sol.; pro vasta terra in le Hidegate 6 sol. et 8 den.; pro terra vasta in le Briggate 3 sol.; pro terra vasta in le Finkilstrete, 6 sol. 8 den. :—TEST. *ut in carta* 1277. viii. 4.

1282. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX concessit ROBERTO INGLIS de Lochend et heredibus ejus,—tenementum in burgo de Berwic-super-Twedam in vico nuncupato *Finkilstrete*, inter terram assedatam Johanni Culquhone de eodem militi, et viam predictam, et communem viam nuncupatam *Watergaite*, et terram assedatam Walt. Bertraham burgen. de Edinburgh; necnon aliud tenementum in dicto burgo in vico nuncupato *Sanct-Marygaite*, inter terram assedetam Henrico Congiltoune, et dictam viam et tenementum assed. Pat. Aldercraw; necnon terram vastam in dicto burgo in *le Nes*, inter terram assed. Wil. Tayne et communem venellam; necnon tenementum in dicto burgo super *le Corner* de Hidehill, inter terram assed.

Jacobo Monynet et communem viam nuncupatam S. Marigaite, et tenem. assed. M. Alex. Inglis et viam vocatam le Hidehill: —TENEND. in feodifirma et libero burgagio: —REDDEND. pro tenemento in Finkilstrete 8 sol.; pro tenemento in S. Marigaite 3 sol. 4 den.; pro terra vasta in le Nes 6 sol. 8 den.; pro tenemento super *le corner* de Hidehil 10 sol.:—TEST. *ut in carta* 1277. viii. 5.

1283. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX concessit familiari armigero suo garde STEPHANO LOKART et heredibus ejus, —tertiam partem terrarum de Cleggerne, vic. Lanark;—quas Joh. Cocherane resignavit:—TEST. *ut in carta* 1277. viii. 3.

1284. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX confirmavit cartam Jacobi domini Hammiltoune et baronie de Machane,—[qua concessit consanguineo suo, familiari armigero regis, DAVID DE HAMMILTOUNE filio Michaelis de H. de Lochhous—ob favorem et reverentiam regis, et ad supportandum dictum David in ejus grato et magnifico servitio, —terras de Fluris, in baronia de Machane, vic. Lanark: —TENEND. dicto Dav. pro toto tempore ejus vite: —REDDEND. dicto Jac. et heredibus ejus homagium et fidele servitium et multuram debitam et consuetam omnium granorum dictarum terrarum de Fluris molendino dicti Jac.: —Apud Edinburgh, 27 Jan., 1476]:—Insuper—pro singulari (favore) quem rex gessit erga dictum armigerum,—concessit quod quamvis dicta baronia de Machane in manibus regis venire contigerit, dicte terre de Fluris libere essent a warda dicto Dav. pro toto tempore ejus vite:—TEST. *ut in carta* 1280. viii. 7.

1285. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REX concessit familiari servitori suo, ADE EDINGTOUN et heredibus ejus,—tenementum in burgo de Berwic-super-Twedam in vico nuncupato *Sant-Marygat*, inter terram assedatam Pat. Nesbit, et terram assed. Jac. Monynet:—TENEND. in feodifirma et libero burgagio:—REDDEND. 13 sol. et 4 den. nomine feodifirme:—TEST.[1] *ut in carta* 1392. viii. 110.

ANNO DOMINI 1477. ANNO REGNI 17.

1286. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX confirmavit CRISTIANE DE ROTHVEN sponse quondam Georgei Douglas de Leswalt, et tunc sponse Joh. Campbell de Westirloudoun militis,—terras de Drummuklach, Ballechker, et Larg, in baronia de Leswalt, vic. Wigtoun;—quas dictus quondam Geo. in manus progenitoris regis resignavit, et quas idem progenitor (Jac. II) dicto quondam Geo. et prefate ejus sponse et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione concessit:—TENEND. dicte Cristiane pro toto tempore ejus vite: —TEST. *ut in carta* 1280. viii. 8.

1287. Apud Edinburgh, 26 Apr.
REX confirmavit cartam Walteri de Drummond de Duchelase,—[qua concessit fratri suo Domino ANDREE DE DRUMMOND, vicario de Muthil, heredibus et assignatis ejus quibuscunque,—pro ejus consilio, auxilio, &c.,—terras de Duchelase, et Petquhar, ac terras tertie partis occidentalis de Megor, in comitatu de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. de rege et successoribus ejus comitibus de Stratherne in feodo:—TEST. Wil. Haddingtoun, Andrea Scot, capellanis, And. Clerk et Maliseo Clerk;—unacum subscriptione et signo manuali D. Joh. Adesoun, notarii publici:—Apud Muthil, 21 Nov., 1475]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 20.

1288. Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX concessit JOHANNI DISCHINTONE, filio et heredi apparenti Joh. D. de Ardros, et JONETE LINDESAY

[1] The reference is probably wrong.

sponse dicti Joh. junioris—terras baronie de Balglassy, vic. Forfar;—quas dictus Joh. pater personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. juniori et Jonete et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. patris quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1292. viii. 11.

1289. Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX concessit JOHANNI NESBIT, filio et heredi apparenti Herberti N. domini medietatis baronie de Dalzell, et heredibus ejus,—terras medietatis baronie de Dalzell, vic. Lanark;—quas dictus Herb. resignavit:—TEST. *ut in carta* 1299. viii. 23.

1290. Apud . . . . . .
REX, tanquam tutor et gubernator filii sui primogeniti Jac. Ducis de Rothzay, com. de Carrik et dom. de Cunynghame, confirmavit cartam Gilberti Kennedy de Cragnele,—[qua concessit ALEXANDRO KENNEDY filio suo et heredi apparenti, et BEATRICI sponse dicti Alex.,—9 mercatas terrarum infrascript. viz.,—40 sol. terrarum de Cragfyne, 26 sol. 8 den. terrarum de Knokbrek, 26 sol. 8 den. terrarum de Clencopek, 26 sol. 8 den. terrarum de Kilgrane, in comitatu de Carrik, vic. Are,—pro ejus consiliis, &c.:—TENEND. dictis Alex. et Beatrici et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Gilberti quibuscunque, de comite de Carrik, in feodo:—TEST. Wil. Colevile, Joh. Montgomery, Alex. Kennedy, et Hugone Hay:—Apud Edinburgh, 22 Jul., 1470]. . . . . (*cetera desunt*). . . . . viii. 24.

1291. Apud Edinburgh, 29 Apr.
REX confirmavit JOHANNI DOMINO SOMERVELL et MARIOTE BAILYE ejus sponse,—terras baronie de Camnethane, et dimedietatem baronie de Stanhous, vic. Lanark;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi, et eorum heredibus:—TEST. *ut in carta* 1292. viii. 12. [1]

1292. Apud Edinburgh, 2 Maii.
REX concessit WILLELMO SOMERVELL, filio et heredi apparenti Johannis dom. S.,—terras baronie de Carnwith, vic. Lanark; terras baronie de Lintone, vic. Roxburgh, cum tenentibus, tenandriis, &c., dictarum baroniarum; necnon superioritatem tenandrie terrarum de Gilmertoune, vic. Edinburgh;—quas dictus Joh. dom. S. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejusdem Wil. quibuscunque:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. dom. S.:—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 102. 58. 100. viii. 10.

1293. Apud Edinburgh, 20 Maii.
REX concessit WILLELMO YOUNG, burgensi de Berwic-super-Tuedam, et heredibus ejus,—tenementum terre vaste in dicto burgo in vico nuncupato *Hidehill*, inter terram assedatam Willelmo Salmon et terram occupatam per Joh. Bannerman et assedatam Henrico Cordinor familiari regis, &c.:—TENEND. in libero burgagio et feodifirma:—REDDEND. 10 sol. nomine feodifirme:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 87. viii. 103.

1294. Apud Edinburgh, 11 Jun.
REX confirmavit cartam Archibaldi Dundas de eodem, militis, et domini dimedietatis terrarum de Berntoun,—[qua vendidit et alienavit JOHANNI DOUGLAS burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de

[1] The following Precept is inserted in the Register immediately after the foregoing charter—Excellentissimus Princeps Dominus Jacobus Tertius, Scotorum Rex, mandavit atque mandat abhinc in antea omnes cartas registratas indorsari per manum Clerici Rotulorum et Registri sives altem in sua absentia et de speciali commissione domini regis ipsius Clerici substituti, neque fidem cartis nisi sic indorsatis imposterum adhibendam fore decrevit.
(*sic subscribitur*) Alex. Inglis, clericus Registri de speciali mandato S. D. N. Regis.

Berntoun, vic. Edinburgh,—reservata dicto Arch. et heredibus ejus dimedietate unius acre terre de Croscrag earundem terrarum de B., ad faciend. domino superiori id quod de jure facere tentus est,—pro certa summa pecunie persoluta :—TENEND. de dicto Arch. in feodo :—REDDEND. annuatim Nicholayo Borthwic de Balwolssy, heredibus ejus et assignatis, 18 marcas nomine annualis redditus; necnon dicto Arch., heredibus ejus et assignatis, unum denarium argenti, nomine albe firme :—TEST. Wil. Prestoun de Cragmillar, Henrico Cant, Pat. Balbirny, Alex. Tuedy, burgensibus de Edinburgh, Rob. Borthwic, et Wil. Farnley notario publico :—Apud Edinburgh, 23 Maii, 1477] :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 83. 57. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 13.

1295. Apud Edinburgh, 14 Jun.

REX confirmavit cartam Egidie Stewart (domine) dimedietatum terrarum de Lounane et Petfour, ac senioris filiarum et unius heredum quondam Domini Walteri Stewart de Burlie, militis,—[qua, in sua pura viduitate—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI ANDREE, burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—terras dimedietatis de Petfour, pertinentes ipsi Egid. jure hereditario, in comitatu Buchanie, vic. Abirdene: —TENEND. a dicta Egidia de rege :—FACIEND. regi servitium debitum et consuetum, et REDDEND. 2 denarios argenti nomine albe firme :—TEST. D. Wil. comite de Erole, Dominis et Magistris Tho. et Joh. de le Hay, ecclesiarum de Turreiff et Croudane rectoribus, M. Joh. Oliphant, Joh. Wormot uno ballivorum de Abirdene, Wil. Hay, et D. Rob. Leis capellano :—Apud Mont-Ross, 22 Maii, 1477] :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1294.

viii. 14.

1296. Apud Edinburgh, 20 Jun.

REX concessit ROBERTO LITSTARE, civi civitatis Brechinen. et ELIZABETH SPALDING ejus sponse,—terras de Crago, viz.,—octavam partem et dimed. octave partis earundem, vic. Forfare ;—quas M. Joh. Spalding decanus Brechinen. resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi,.et heredibus inter ipsos legitime procreatis quibuscunque, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1294.

viii. 16.

1297. Apud Edinburgh, 25 Jun.

REX concessit ALEXANDRO (CUNYNGHAME) DOMINO KILMAWERIS et heredibus ejus,—terras de Polquharne, cum tenandriis earundem, vic. Are ;—que ad manus regis tanquam eschaeta devenerunt propter alienationem earundem factam per quondam Wil. Cunynghame de Kilmaweris militem, predecessorem dicti Alex., non reservando quamdam partem dictarum terrarum, de rege tentarum in warda et relevio, non alienatam :—TEST. *ut in carta* 1294.

viii. 17.

1298. Apud Edinburgh, 9 Jul.

REX confirmavit cartam Jac. I. Scotorum Regis,—[qua concessit ALEXANDRO FORBES militi et ELIZABETH ejus sponse—baroniam de Forbes, &c. *ut in carta* 134. *q. v.*] :—SALVIS regi wardis, &c.: —TEST. *ut in carta* 1256.

viii. 19.

1299. Apud Edinburgh, 9 Jul.

REX concessit familiari armigero suo DAVID DE CREICHTOUN de Cranstoun, et heredibus ejus,—terras de Nesbit, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—quarum terrarum superioritas fuit Rob. Lawder de Bass et Rob. L. ejus filii et heredis apparentis hereditarie, ac proprietas et tenandria earundem terrarum fuerunt dicti Dav. de C., et quas respective resignaverunt :—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 100.

viii. 22.

1300. Apud Edinburgh, 10 Jul.

REX confirmavit cartam sub suo magno sigillo factam,—[qua confirmavit WILLELMO SKARLET—24 denariatas terrarum de Wester(c)lithe, &c. *ut in carta* 942] :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1287.

viii. 21.

ANNO REGNI 18. ANNO DOMINI 1477.

1301. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Striveling de Keir,—[qua vendidit et alienavit MATHEO FORESTARE, burgensi burgi de Striveling, heredibus et assignatis ejus, —terras de Bereholme Coig, vic. Perth;—pro certa summa pecunie premanibus persoluta; in quibusquidem terris inhabitabant Joh. Reach et Tho. Wilsoun:—TENEND. a dicto Wil. de rege:—REDDEND. regi unum denarium argenti nomine albe firme: —TEST. Dominis Joh. Franche, Ric. Smythsone, Jac. Darow, Rob. Redhuch, notariis publicis, Wil. Patonsone, capellanis, David Arnot et Joh. Dik:—Apud manerium de Keir, 28 Jul., 1477]:—NECNON aliam cartam dicti Wil. Striveling,—[qua vendidit et alienavit dicto Matheo Forestare, heredibus et assignatis ejus,—terras de Strowy, in comitatu de Stratherne, vic. Perth;—pro certa summa pecunie premanibus persoluta:—TENEND. a dicto Wil. de rege: — REDDEND. regi unum denarium argenti, nomine albe firme:—TEST. et de data *ut supra*]:—SALVIS regiwardis, &c.:—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 100. viii. 25.

1302. Apud Edinburgh, 1 Sep.
REX—quia lamentabili relatione sibi facta per THOMAM WEMYS de Reras militem, intellexit qualiter ipse Tho. malo zelo et contra bonam conscientiam quandam talliam fieri impetravit suo filio secundo genito Johanni de Wemys, in exhereditatione Elizabeth de Wemys legitime et propinquioris apparentis heredis ipsius Tho. et filie quondam Michaelis de Wemys filii sui primogeniti,— de terris dominii de Reras, cum tenentibus et tenandriis, viz., de terris dominicalibus de Reras, duabus Fawfeildis, le Frostleis, Bowhill, Cabirswallis, cum molendino earundem, unacum jure patronatus capelle de Reras, in comitatu de Fif, et vic. ejusdem, per resignationem earundem terrarum, &c., in manibus regis in regis tenera etate factam; necnon de terris baronie de Luchris-Wemys cum tenentibus, &c., viz., le Westhous, et de tertia parte terrarum de Balbuth, Kirktone de Luchris, le Mylntone, Pursk, Baltongue, Brigend, Aldmuris, Nethirmuris, ac de terris de Logymurtho, Westircruvy, et Brighous, vic. Fif, per resignationem de eisdem per dictum Tho. et Mergaretam ejus sponsam; —quequidem terre de Logymurtho, Westircruvy et Brighous ante dictam resignationem fuerunt pendicule baronie de Luchris;—ac etiam de terris de Straithibois, Nethirpurny, in comitatu de Stratherne, vic. Perth, per dictum Tho. resignatis in tenera etate regis; — igitur, premissa considerans et quia in minore etate constitutus diversas alias donationes, &c., concessit,—auctoritate Parliamenti et ex deliberatione trium regni statuum, et in etate perfecta 25 annorum dictas concessiones et infeodationes, &c., revocavit;—et specialiter revocavit et cassavit dictam talliam et infeodationem de terris predictis a dicta legitima herede dicti Tho. de W. dicto Joh. de W., et omnes cartas, sasinas, &c., datas dicto Joh. de dictis terris aut quacunque parte earundem:—Quare dicto Joh. de W. ceterisque ligiis et subditis, rex stricte mandavit, ne ipse Joh. aut alius vel alii in contrarium devenire presumerent, aut dictis cartis in futuris temporibus uterentur sub omni pena. viii. 32.

1303. Apud Edinburgh, 2 Sep.
REX concessit ANDREE DE WEMYSS filio juniori Tho. de W. de Reras, militis, genito inter ipsum et Margaretam Malwill ejus sponsam, — terras de Myrecarny, Westircruvy, Logymurthto, et le Brighous, vic. Fif;—que fuerunt dictorum Tho. et Merg. in conjuncta infeodatione, et quas, cum consensu Elizabeth de Wemys legitime heredis apparentis dicti Tho., filie filii ejus primogeniti, in manus regis personaliter resignaverut:—TENEND. dicto Andree et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus inter dict. Tho. et Merg. legitime procreatis, quibus def., dicte Eliz. legitime heredi apparenti prefati Tho., et heredibus ejus legitimis quibuscunque:—RESERVATO libero

tenemento dictis Tho. et Merg., et eorum alteri diutius viventi:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 100.

viii. 29.

1304. Apud Edinburgh, 2 Sep.

REX concessit ELIZABETH DE WEMYS legitime heredi apparenti Tho. de W. de Reras, militis, ac filie quondam Michaelis de W. ejus primogeniti filii, et heredibus ejus,—terras baronie de Luchris-Wemys, cum tenentibus, &c. viz. le Westhous, et tertiam partem terrarum de Balbuthe, le Kirktone de Luchris, le Mylnetone, Pursk, Baltongue, le Brigend, le Aldmuris et le Nethirmuris, vic. Fif; et terras de Straithibois et Nethirpurny, in comitatu de Stratherne, vic. Perth; — quas terras vic. Fif dictus Tho. et Merg. ejus sponsa personaliter resignaverunt; et terras vic. Perth dictus Tho. personaliter resignavit: —RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum, exceptis Straithibois et Nethirpurny, prefatis Tho. et Merg. et eorum alteri diutius viventi; et reservatis libero tenemento dictarum terrarum de Straithibois et Nethirpurny dicto Tho., ac rationabili tertia parte earundem dicte Merg. cum contigerit:—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 30.

1305. Apud Edinburgh, 2 Sep.

REX concessit ARTHURO DE FORBES, heredibus ejus et assignatis,—terras dominii de Reras, cum tenentibus, &c., viz. le Manys de Reras, de duabus Fawfeildis, le Frostleis, le Bowhill, Cabirswallis, cum molendino earundem, et cum presentatione et jure patronatus capelle de Reras, in comitatu et vic. de Fif;—quas Tho. de Wemys de Reras, miles, personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Tho. et rationabili tertia Mergarete Malwill, ejus sponse, cum contigerit:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 31.

1306. Apud Edinburgh, 12 Sep.

REX concessit servitori suo ALEXANDRO FOULIS burgensi de Linlithqw, et heredibus ejus,—terras de le Fewarelandis, continentes 4 acras terre, in territorio de Bonyngtoun, et dimediam acram terre in territorio de Bernishill, vic. Linlithqw;—quas Alex. Smyth, burgensis dicti burgi, resignavit:—TEST. *ut in carta* 1311.

viii. 27.

1307. Apud Edinburgh, 12 Sep.

REX concessit ARMORUM REGI LYOUN, in ejus feodo, et pro ejus servitio, —terras regias de Wodhed, Newlandis, Akinhedis, Unthank, et de Aldirstoun, in baronia de Bothile, vic. Lanark;—que terre extendunt annuatim ad 20 lib. 7 sol. et 4 den.:—TENEND. prefato Lyoun pro toto tempore ejus vite:—Et insuper, in supportatione pabuli ejus equorum, rex dedit eidem Lyoun omnes terras predictas, liberas ab omnibus averagiis, cariagiis et aliis servitiis, &c., quibuscunque; et etiam concessit dicto Lyoun liberam potestatem dictas terras propriis bonis occupare et laborari facere, vel easdem durante tempore ejus vite ad terminos assedare.

viii. 34.

1308. Apud Edinburgh, 12 Sep.

REX confirmavit cartam Jacobi Beltmakare, filii et heredis quondam Walt. B. burgensis de Edinburgh,—[qua, cum consensu Katerine Unthank matris sue, concessit AGNETI BUTELARE, sorori sue — pro vera affectione quam habuit erga eam,—terram in burgo de Edinburgh ex parte australi vici regii ejusdem, inter terram quondam Rob. Nudry et terram Joh. Tainner:—TENEND. dicte Agneti et heredibus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus legitimis de corpore dicti Jac. B. legitime procreandis, quibus def., heredibus legitimis dicte Katerine, matris sue, quibuscunque: — REDDEND. regi firmam burgi debitam, necnon abbati et conventui Monasterii de Scona 10 sol., ac etiam heredibus Alex. Scot de Abbinton 3 lib., 3 sol., 4 den., necnon David Kincade et heredibus ejus 3 lib., et priori et conventui ecclesie Fratrum Predicatorum burgi de Edinburgh 8 sol., nomine annuorum reddituum:—RESERVATIS libero tenemento ac firmis, denariis, usu et assedatione ejusdem terre sibi Jac. B. pro toto tempore sue

vite :—TEST.—unacum sigillo David de Craufurd, unius ballivorum dicti burgi sasinam dantis dicto Jac. per deliberationem fixule et tenelle, et terre et lapidis, &c.—David Young, Jac. Andersone, Jac. Unthank, Joh. Moraland, Fratre Jac. Gibsone ecclesie Fratrum Predicatorum ejusdem burgi, et Gilberto Jamesone serjando :—Apud Edinburgh, 2 Maii, 1475] : —TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 37.

1309. Apud Edinburgh, 17 Sep.
REX fecit et constituit familiarem cambellanum suum JOHANNEM DE CULQUHONE de eodem militem,—custodem castri de Dumbertane :—TENEND. dicto Joh. durante vita ejusdem, cum omnibus feodis et commoditatibus prout habuit pro custodia dicti castri, viz.,—terris de Cardross, Cumray, annuo redditu terrarum de Cadezow, unacum farina de Paslay, vulgariter dicta *le Wache mele*, ac cum potestate sub ipso Joh. constabularios et ceteros officiarios pro custodia dicti castri ordinandi. viii. 33.

1310. Apud Edinburgh, 18 Sep.
REX—tanquam tutor ac gubernator filii sui primogeniti Jac. ducis de Rothissay, com. de Carrik, &c.—concessit ALEXANDRO BROUN filio et heredi apparenti Wil. B. de Coustoun, et MERGARETE HAKET sponse dicti Alex. — terras de Quhitlaw ; — necnon eidem Alex., — terras de Malcomestoun, et Litill Curry, infra baroniam de Rathou, vic. Renfrew ;—quas dictus Wil. resignavit : —TENEND. dictas terras de Quhitlaw dictis Alex. et Merg. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis,—ac prefatas terras de Malcomestoun et Litill Curry dicto Alex. et heredibus ejus :—RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum de Malcomestoun et Litill Curry dicto Wil., ac rationabili tertia Mariote ejus sponse, cum contigerit :—TEST. *ut in carta* 1400. viii. 131.

1311. Apud Edinburgh, 30 Sep.
REX—in honorem Dei et S. Joh. Baptiste patroni ECCLESIE FRATRUM PREDICATORUM BURGI DE ABIRDENE—ratificavit et ad manum mortuam confirmavit pro perpetuo donationes et concessiones per seipsum, predecessores suos, ac suos ligeos factas priori et conventui dictorum fratrum predic., in perpetuam elemosinam, viz. :—mortificavit, &c. situationem loci ecclesie et maneriorum dict. Fratrum, ac bondas et limites dicti loci ;—necnon donationem eis factam per clericum regis M. Ricardum Forbes, decanum Abirdonensem, de annuo redditu 10 lib. de terris de Futhesbeg et Futhesmore ac molendino earundem, quibus deficientibus, de toto dominio de Futhes, vic. Abirdene, per dictum M. Ric. in excambium habitis et quesitis a Wil. dom. Forbes, et per regem prius confirmatis ;—quam donationem dicti annui redditus, non obstante sua ultima generali revocatione de donationibus in sua minori etate per se factis, tunc in perfecta etate constitutus de novo confirmavit ;—necnon mortificavit donationem et fundationem dictis priori et conventui factas de 26 marcis annui redditus per Alex. et Rob. Scotorum reges, de firmis et minutis custumis ac molendinis de Abirdene ;—ac etiam donationem eis factam per David Scotorum regem, de 100 sol. annui redditus, de terris de Banchry-Deveny ;—ac donationes eis ex devotione per diversos ligeos regis factas, de terris, croftis, et annuis redditibus subscriptis, viz., de 4 sol. crofte de Colly ; 40 sol. de terris de Creichtmont ; 30 sol. per comitem de Eroll ; 12 sol. de terris de Inveroury et Newburgh ; 40 sol. per dominum Forbes, in Inveroury ; 13 sol. 4 den. per Wil. Cautely, in Inveroury ; 40 sol. per Jonetam dominam de Frendracht, de terris de Murestoun de Forge ; 5 sol. de orreo Alexandri Cossy ; necnon de domibus et terris subscriptis, infra burgum de Abirdene, ex annuis redditibus sequentibus, viz., de 10 sol. domus Gilberti Loch ; 4 sol. cujusdam pistrine ; 2 sol. domus Ricardi Cullane ; 6 sol. 8 den. domus Joh. Duncanesoun ; 6 sol. 8 den. domus occupate per Alanum Smyth ; 2 sol. domus David Kintor ; 6 sol. domus Wil. Loremayre ; 10 sol. terre Joh. Roberti ; 13 sol. 4 den. terre Pat. Smyth ; 6 sol. cujusdam bothe occupate per Tho. Quhit ;

2 sol. 6 den. domus occupate per Tho. Lorymayr; 5 sol. domus occupate per Michaelem Ranysoun; 20 sol. domus David de Stannanstanis; 20 sol. domus Tho. Prat; 13 sol. 4 den. domus occupate per Laurentium Smyth; 5 sol. unius domus prope *le Key;* 8 sol. domus Joh. Andree; 5 sol. domus Alex. Blindsele; 6 sol. 8 den. domus occupate per Alex. Alanesoun; 26 sol. 8 den. dimedietatis rethis de le Raik; 26 sol. 8 den. molendini vulgariter dicti *Justis Myl;* 5 sol. cujusdam domus *le Grene;* 6 sol. 8 den. unius domus in vico castri;—necnon mortificavit concessiones, &c., prius factas de croftis et rigis arabilibus infrascriptis, viz., de una crofta ante locum dictorum Fratrum et conventus; ac de 2 le rigis in Futhy; una crofta nuncupata *Fil-the-cop*; una rige nuncupata *Langrige;* 2 le riggis prope le Langrige; una rige ex parte boreali lacus, occupata per Michaelem Fichet; una rige occupata per Alex. Menzeis; una rige occupata per Alex. Howisone; una crofta occupata per Angusium Adamsone; una vasta particata terre subtus montem castri; 2 croftis in Kintor; annuo redditu 2 sol. crofte in Ellem;—necnon mortificavit omnes alias concessiones dictis priori, &c. et eorum predecessoribus retroactis temporibus factas:—Tenend. in puram elemosinam et ad manum mortuam :—Salvis regi, &c. orationum suffragiis devotarum :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 26.

1312. Apud Edinburgh, 5 Oct.

REX—in honorem Dei et S. Petri Apostoli patroni ECCLESIE FRATRUM MINORUM BURGI DE ROXBURGH, ac pro salute anime sue, &c.—concessit gardiano et Fratribus Minoribus dicte ecclesie et eorum successoribus—omnes perticatas, bondas, et firmas burgales burgi de Roxburgh, unacum piscariis, aquis et aquarum passagiis et *le feriis* antiquis dicti burgi, tunc in manibus regis existentibus ex justo conquestu de manibus inimicorum suorum Anglie :—Tenend. dictis gardiano, &c. et eorum successoribus de rege, semper et quousque rex vel successores sui infeodaverint in puram elemosinam dictos gardianum, &c. de 20 marc. annui redditus : —Et voluit rex, si dicte firme, &c. superexcrescerent dictas 20 marcas, quod de superexcrescentia regi et generali receptori satisfacerent, &c. :—Faciend. orationum suffragia devotarum :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 28.

1313. Apud Edinburgh, 10 Oct.

REX confirmavit cartam Roberti Logane domini de Lestalrig,—[qua concessit et ad feodifirmam dimisit THOME HENRISOUN de Leith et JONETE ejus sponse, et eorum diutius viventi, heredibus eorum et assignatis,—terram in villa de Leith ex parte australi aque ejusdem, in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh, inter communem viam que ducit ad molendinum de Bonyngtoun et terram dicti Rob. ;—que terra continet in parte anteriori 2 perticatas terrarum cum dimedia, et in longitudine continet 21 perticatas terre, sicut liniatores de Leith cum una linia mensuraverunt et certa signa ibidem in terra affixerunt equaliter in longitudine sicut terra Thome Philp ibidem prope juxta eandem terram :—Reddend. 5 sol. argenti nomine annualis redditus :—Test.—unacum sigillo Pat. Lougane de Cotfeld ballivi dicto Rob. de Letht, in signum sasine inde date de dictis terris,—seipso Rob. L., Joh. de Dudinstoun, Florentio de Dudinstoun, Hen. de Prestoun, Wil. Lougane, Gilb. Clerk, Joh. de Hairlaw, Tho. Cant, Jac. Fargussoun, Gregorio Fargussoun, Joh. Brune, Wil. Wilsoun, Dav. Pluman, Joh. Gerulde, Hen. Gil de Edinburgh, Tho. Makclellane serjando de Leith, Pat. Logane, Rob. Laine, Wil. Vatsoun, D. Pat. de Danyelstoun capellano, Hen. de Straithawchin :—10 Jun., 1467]:—Ac etiam confirmavit dictam cartam ab omnibus vardis, &c., salvo dicto annuo redditu tempore varde tantum :—Test. *ut in carta* 1326. viii. 44.

1314. Apud Edinburgh, 12 Oct.

REX—licet in tenera etate sua concessit avunculo suo JACOBO COMITI DE BUCHANE et domino de Ouchterhous, terras comitatus Buchanie et comitatum hujusmodi, vic. Abirdene, cum tenentibus, tenandriis ac ecclesiarum advocationibus

dicti comitatus,—quem comitatum dictus Jac. tunc in regis etate perfecta et post ultimam generalem revocationem omnium donationum per regem in sua minore etate factarum personaliter resignavit, — igitur post dictam resignationem, considerans gratuita et fidelia servitia sibi a longo tempore per dictum suum avunculum impensa, ac continuam perseverantiam in eisdem, ac pro ejus servitiis impendendis, concessit et confirmavit dicto Jac.—dictum comitatum ac terras :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi, heredibus et successoribus suis libere reversurum :—TEST. *ut in carta* 1305. viii. 35.

1315. Apud Edinburgh, 12 Oct.
REX,—quia in causa optenta, coram auditoribus causarum in Parliamento, 30 Jul. 1473 electis, per David Blare de Bendouchty super David Fotheringhame de Ballewny, de summis 57 lib. ac 92 merc. 6 sol. 8 den. per duas literas obligatorias persolvendis decretum extitit,—et defectu bonorum mobilium terre de Estir-Ballewny, vic. Forfare, pro dict. summis per Tho. Wardropare vicecomitem in hac parte appreciate fuerunt et dicto David B. vendite ;—et similiter 50 solidate dict. terrarum pro 7½ celdris victualium, extenden. ad 48 lib., per eundem David B. super dict. David F. et Tho. F. ejus filium coram rege et consulibus optent., per Wil. Maxwell de Teling vicecomitem deputatum de Forfare appreciate fuerunt et dicto David B. vendite;—igitur concessit dicto DAVID BLARE, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras de Estir-Ballewyne :—RESERVATIS rationabili tertia Mariote F. matri dicti David F., et post ejus mortem, dicto David F. et ejus heredibus 43 sol. 4 den. in manibus dicte Mar. ultra dict. appreciationem existen. :—Et voluit rex quod dict. David F. et heredes haberent regressum quandocumque persolverint infra septennium :—TEST. *ut in carta* 1305. viii. 36.

1316. [1] Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX dedit literam salvi conductus JOHANNI MORTIMARE, Anglico, uni factori et duobus servitoribus ejus, Anglicis; —cum nave oneris 80 doliorum vel infra, magistro et ductore, 30 marinariis vel infra in dicta nave, etiam Anglicis ;—cum eorum equis, harnesiis, rebus, bulgeis, bonis et mercantiis licitis, ac cum apparatibus bellicis et armis pro defensione dicte navis contra invasores necessariis, conjunctim seu divisim, per terram seu per mare aut aquas dulces;—pro duabus annis duraturam. viii. 38.

1317. [1] Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX dedit literam salvi conductus HENRICO SMYTH Anglico, uni factori et duobus servitoribus ;—cum quadam nave oneris 80 doliorum, &c., (*ut in carta* 1316). viii. 39.

1318. Apud Edinburgh, 15 Oct.
REX — non obstante revocatione sua generali facta de donationibus, &c., per ipsum in tenera sua etate concessis, &c.—pro gratuitis servitiis quondam progenitori suo, sibi et consorti sue Mergarete Regine a longo tempore impensis, — tunc in etate perfecta, ratificavit et confirmavit ELIZABETH DE LEVINGSTOUN sponse Johannis olim comitis Rossie et dom. Insularum,—donationem prius ei per literas sub magno sigillo pro toto tempore ejus vite factas, ad honorabilem sustentationem ejus persone,—de terris, &c. *in carta* 1227 contentis;—quas omnes terras, &c. rex de novo dedit dicte Eliz. pro toto tempore ejus vite :—TEST. *ut in carta* 1308. viii. 40.

1319. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX concessit JOHANNI DOMINO CARLILE—pro gratuitis servitiis quondam progenitori regis et ipsi regi a longo tempore impensis — in supportationem ejus prolium, consanguineorum, amicorum, et servitorum si ipsum decedere contingeret, antequam nepos ejus et heres apparens Wil. Carlile ad etatem pervenerit legitimam,—quod assignatus vel assignati ipsius Joh., quos ipsi constituere placuerit, haberent maritagium dicti Wil., ac wardam

[1] As memoranda in Register.

terrarum, reddituum et possessionum regi per ipsius Joh. decessum contingentium, pro toto tempore warde earundem; quo Willelmo forsan decedente infra minorem etatem, maritagium et wardam heredis vel heredum dicti Joh. ad ejus hereditatem succedentium:—TENEND. dict. wardam et maritagium assignato vel assignatis uni vel pluribus per dictum Joh. constitutis, pro toto tempore dicte warde, &c., semper et quousque heres legitimus vel heredes legitimi dicti Joh. legitime etatis existen. statum et sasinam de terris ejus in warda tentis legitime recuperaverint. viii. 48.

1320. Apud Edinburgh, 22 Oct.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi de Camera vicarii de Kirkurde, — [qua, pro salute animarum Jacobi II. et Jacobi III. regum Scotorum, et D. Alexandri Forstare de Corstorfin, militis, et pro salubri statu D. Arch. Forstare dom. de Corstorfin, &c.—concessit Deo., B.V.M. et Sancte Anne matri ejus, ad sustentationem unius capellani secularis imperpetuum celebraturi ad altare S. Anne fundatum in ECCLESIA PAROCHIALI DE CORSTORFIN,—terram in villa de Corstorfin ex parte australi ejusdem, inter terram Andree Alane et terram Rob. Masoun, et le Grene et pomerium dicti domini; annuum redditum 3 merc. de tenemento Jonete Wigmer in burgo de Edinburgh, ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terras David Knox et quondam Pat. Lowis; annuum redditum 3 merc. de terra et domibus Gy Finlay, et de anteriori domo Hugonis Bar in dicto burgo, ex parte australi vici regii ejusdem, inter terram quondam Joh. Suyft et terram Wil. Goldsmyth, et domum et terram Wil. Inglis; annuum redditum 3 merc. de terra Jac. Crag infra tenementum quondam Hen. Goldsymth, inter terram Wil. Porteus et le *Vevare*, et terram dicti Joh. Suyft et terram quondam Joh. Porteus; annuum redditum 13 sol. 4 den. de duabus terris Rob. Bell in dicto burgo, ex parte australi vici regii ejusdem in venella Fratrum Predicatorum, inter terram Rob. Aldhoth, et terram quondam Wil. Carriberis, et communem venellam, et terram monasterii de Melros; annuum redditum 2 merc. de terra et tenemento David de Dalrimpill in dicto burgo, ex parte australi vici regii ejusdem, inter terram Joh. Spot et communem venellam vulgariter dictam *le Forsteris Winde*:—TENEND. in puram elemosinam et ad manum mortuam:—TEST. Magistris Joh. Ottirburne archidiacono Candide Case ac officiali Laudonie, et Nicholayo Bannachtin preposito ecclesie collegiate de Corstorfin, Hen. Forster de Nudre, Joh. Forestar ejus filio, Gilberto Forestar de Drilaw, Philippo Forestar ejus filio, Dominis Alex. Story, Joh. Currour, Hectore Story, Jac. de Halis, And. Gawinok, Wil. Forestar, David Swintoun, et Macolmo Chepman, capellanis:—Apud Corstorfin, 20 Sep., 1473]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 1308. viii. 41.

1321.[1] Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX dedit literam senescallatus de Kirkcudbrycht, ROBERTO CARLILE filio Joh. dom. C.—faciendo ipsum senescallum de Kirkcudbrycht ad tenendum curias ejusdem quotiens opus fuerit;—cum potestate transgressores, &c. puniendi, brevia capelle ei directa ad ejus officium spectantia debite deserviri faciendi, lites et questiones decidendi, &c.—pro 10 annis post datam ejusdem duraturam. viii. 49.

1322.[2] Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX constituit ROBERTUM CARLILE filium Joh. dom. C.—custodem castri de Treife, per 10 annos proxime sequentes;—cum potestate sub se constabularios, &c. pro custodia dicti castri substituendi, &c. —cum omnibus feodis, commoditatibus et proficuis prout dictus Joh. pro custodia dicti castri prius habuit, viz., duabus grangiis de Keltoune et le Treife, et molendino de Keltoun. viii. 50.

1323. Apud Edinburgh, 29 Oct.
REX confirmavit cartam Johannis Durant de Trarachty,—[qua,—pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

GEORGEO HERIS filio et heredi apparenti Rob. H. de Kirkpatrik-Irnegray, et heredibus ejus, — terras de Trarachty, infra dominium Galwidie et senesc. de Kirkcudbrycht:—TENEND. de rege in feodo:—REDDEND. regi tres sectas ad tria placita capitalia senesc. de Kirkcudbrycht, ac alia servitia debita et consueta:—TEST. Herberto Ascloane de Garehauch, Joh. Ascloane ejus filio, Rob. Blak, David Blak, Joh. Cammok, Gilb. Cammok, Joh. Durant: — Apud maneriem de Trarachty, 18 Jul., 1477]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1308. viii. 42.

1324. Apud Edinburgh, 29 Oct.
REX confirmavit cartam Alexandri Stewart de Dalsuynton,—[qua concessit filio suo et heredi JOHANNI STEWART, et ELIZABETH SCHAW, sponse dicti Joh.,—terras baronie de Dalsuyntoun, vic. Drumfres:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus suis masculis procreatis seu procreandis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, de rege in feodo:—REDDEND. regi wardas, &c.:—RESERVATIS dicto Alex., pro toto tempore vite sue, wardis et releviis tenandriarum dicte baronie, et advocationibus ecclesiarum ejusdem:—TEST. D. Colino abbate Monasterii de Corsragwell, Rob. dom. Lyle, David Blare de Adamtoun, Tho. Stewart de Mynto fratre dicti Alex., Jac. Atyinsoun burgen. de Edinburgh, Joh. Simpill:—Apud Edinburgh, 20 Oct., 1477]: SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1348. viii. 61.

1325. Apud Edinburgh, 29 Oct.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI LE ROSS de Montgrenane, in feodo pro toto tempore ejus vite,—terras de Pattertoune, extendentes ad 5 merc.; terras de Blaklaw, exten. ad 5 merc.; terras de Nethirrobertland, exten. ad 2 merc. cum dimed. merc.; dimedietatem terrarum de Cuttiswra exten. ad 3 merc., in dominio de Stewartoun, vic. Are;—quas etiam terras tunc de novo post revocationem generalem donavit;—et si contingeret dictum dominium de Stewartoune exaltari in firmis et levari ad majorem annuum valorem, quod idem Joh. haberet 20 mercatas terrarum dicti dominii in ejus feodo, unacum sustentatione in domicilio regis prout tunc gaudebat. viii. 95.

1326. Apud Edinburgh, 30 Oct.
REX confirmavit cartam Willelmi Striveling de Kere,—[qua,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit MATHEO FORESTAR burgensi de Striveling, heredibus ejus et assignatis,—terras de Littil Coig et Ratherne, ac molendinum de Ratherne, terras ac aquarum decursus solitos et consuetos ejusdem, vic. Perth: — TENEND. de rege:— REDDEND. regi unum denarium argenti, nomine albe firme:—TEST. Dominis Jac. Darow, Joh. Franche, capellanis ac notariis publicis, Joh. Striveling, Jac. Simsoun, David Arnot:—Apud manerium de Kere, 27 Sep., 1477]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 43.

1327. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX—perpendens et considerans fidelia ac gratuita servitia quondam progenitori suo, et sibi per Joh. dom. Carlile a longo tempore impensa,—igitur, in recompensationem ejusdem Joh. pro ejus compluribus expensis magnisque laboribus in ejus persone periculum diversis vicibus regi in actionibus factis extra regnum apud regem Francie et alubi,—concessit, in etate perfecta constitutus, eidem JOHANNI DOMINO CARLILE et heredibus ejus,—terras de Drumcoll, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic. Drumfres;—que ad regis manus devenerunt, ratione forisfacture quondam Alexandri Boid de Drumcoll, militis,—et quas rex baronie de Carlile pro perpetuo univit et incorporavit:—REDDEND. pro tota dicta baronia, unam sectam in curia capitali vic. Drumfres, &c.:—TEST. *ut in carta* 1340.

viii. 47.

1328. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden,—[qua con-

cessit,—pro salute animarum Jac. III. et Mergarete ejus sponse, et Tho. Lawder episcopi, predecessoris sui, &c.,—ad sustentationem unius capellani IN ECCLESIA BEATI EGIDII DE EDINBURGH, S. And. dioces., in insula S. Crucis ad columpnam occidentalem ad altare Beatorum Mertini et Thome,—annuum redditum 10 lib. de tenemento in burgo de Edinburgh, inter terram Jac. Cameroun et terram Wil. Carkettill:—TENEND. in puram elemosinam:—Concessit etiam annuum redditum 2 merc. de predicto tenemento ad perpetuam sustentationem trium lampadum in ecclesia Beati Egidii predicta:—TEST. Magistris et Dominis Pat. Young precentore, Wil. Levingstoun thesaurario, David Meldrum officiali dicti episc., David Coldene notario publico, ecclesie cathedralis Dunkeldensis canonicis, Tho. Hunter vicario de Mulyne, Adam Wilsoun, Rob. Irland, presbiteris ac notariis publicis:—Apud Edinburgh, 10 Oct., 1477]:—TEST. *ut in carta* 1351. viii. 68.

1329. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX—pro salute anime sue, Marg. regine, &c.—concessit et mortificavit oratori et capellano suo D. Patricio Hog pro toto tempore ejus vite, et ad perpetuam sustentationem unius capellani divina celebraturi in ECCLESIA PAROCHIALI B. V. M. DE LESTALRIG, ad altare per regem fundatum in capella superiore ejusdem ecclesie,—annuos redditus infra scriptos, viz.,—12 merc. de terra nuncupata *le Kingiswerk* in villa de Leith, ex parte australi aque ejusdem, in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh, inter plateam nuncupatam *le Schore* et fluxum et arenas maris, &c.; necnon annuum redditum 6 merc. de terra Joh. Coldene burgen. de Edinburgh, in vico Canonicorum monasterii S. Crucis de Edinburgh, inter terram Wil. Turnour et terram Hen. de Stannetoun, ac *le Strand* et communem vicum regium, quem rex emit a Joh. Coldene; annuum redditum 16 sol. de terra Ade Henrisoun in dicto vico Canonicorum, inter terram Joh. Broun et terram Wil. Turnour, et *le Strand* et communem vicum regium, quem rex emit a Dav. de Kingorne burgen. de Kingorne; annuum redditum 5 sol. de terra Joh. Yule, in dicto vico, inter terram And. Cobbris et terram dicti Joh. Yule, &c.; annuum redditum 5 sol. de terra occidentalis partis pretorii dicti vici Canonicorum, inter terram dicti pretorii et terram Joh. Coupar, quos rex emit ab And. Towris filio et herede Wil. T. de Litil Blakburne, venditos cum consensu avunculi ejus et tutoris Ade Wydderspone; annuum redditum 7 sol. de terra prefati pretorii, &c., quem rex emit ab Adam Wedderspone:—TEST. *ut in carta* 1351. viii. 69.

1330. Apud Edinburgh, 5 Nov.

REX concessit GEORGEO KYNCHTSONE filio et heredi apparenti Alex. K., et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Malemmy, vic. Edinburgh;—quas dictus Alex. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. ac rationabili tertia Cristiane, ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1396. viii. 121.

1331. Apud Edinburgh, 7 Nov.

REX confirmavit avunculo suo JOHANNI COMITI ATHOLIE et dom. de Balvany, et ELENORE comitisse Atholie, ejus sponse,—terras dominii de Balvany, terras de Botruvin, Bocharne, et Aberlour, unacum castro de Balvany, et advocationibus ecclesiarum earundem, vic. Banff;—quas dicti Joh. et Elen. iterum personaliter resignaverunt in manus regis in etate perfecta constituti et post generalem revocationem per ipsum factam:—TENEND. dictis Joh. et Elen. et eorum alteri diutius viventi et heredibus eorum masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 51.

1332. Apud Edinburgh, 15 Nov.

REX, ex gratia speciali sua, concessit MATHEO FORESTAR burgensi de Striveling,—ut ipse libere disponere valeret ad ejus libitum voluntatis in toto tempore ejus vite, sive eger fuerit sive sanus, sive in tempore ejus mortis, de omnibus ejus terris, tenementis, &c., infra regnum Scotie exist-

entibus, et de omnibus bonis ejus quibuscunque, prout ipsi melius videretur expediens ;—non obstante ejus bastardia in qua genitus est ;—ac etiam dictum Math. ad omnes actiones et libertates in judicio et extra judicium exercendum, dignitatibus, &c., et omnibus privilegiis et honoribus gaudendum in omnibus et per omnia sicut de legitimo thoro fuisset procreatus, legitimum fecit et eum legitimavit.

viii. 45.

1333. Apud Edinburgh, 18 Nov.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam capellani sui Alexandri Barcar, vicarii de Petynane,—[qua—in honorem Dei, &c., et S. Blasii episc. et martiris, ac pro salute animarum Jac. II., Jac. III. &c.,—concessit, ad sustentationem unius capellani secularis imperpetuum celebraturi ad altare S. Blasii in ECCLESIA PAROCHIALI B. V. M. DE HADINGTOUNE—terram in burgo de Hadingtoune ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram Joh. Clapane et communem venellam, et terram Tho. Andersoun et viam regiam ; annuum redditum 30 sol. de tenemento Arch. Lowdoune in dicto burgo, ex parte boreali vici regii, inter terram Rob. Spottiswode et terram Thome Alansoun ; annuum redditum 26 sol. 8 den. de terra Joh. Malcome in burgo de Edinburgh, infra tenementum quond. Joh. Schersmyth in dicto burgo ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram episc. Dunkelden. et terram Joh. Sykman ; annuum redditum 10 sol. de terra Rob. Smyth ex parte australi vici regii dicti burgi, inter terram Nic. Bowmakar, et terram Pat. Mure :—Tenend. in puram elemosinam et ad manum mortuam :—Test. Jac. Cokburne de Clerkintoun, Ric. Cokburne, ballivis dicti burgi (Haddington?), Rob. Grinlaw, Joh. Dikesoun, Joh. Nesbit, Joh. Mertin, Joh. Boltoun, Wil. Sleich :—12 Nov., 1477]:—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. *ut in carta* 1349.

viii. 64.

1334. Apud Edinburgh, 22 Nov.

REX concessit et ad feodifirmam dimisit JACOBO DE DOUGLAS et heredibus ejus,—terras tertie partis terrarum de Dufhous, necnon terras de Pettyndreche, Lewynnishalch, Darclee, Cauldecotis, et dimedietatem terrarum de Surestoune, in dominio de Murray, vic. Elgyne :—Reddend. regi 28 lib. 12 sol. 3 den., ac 8 celdras ordei annuatim in festo Purificationis B. V. M., necnon quolibet septennio 28 lib. 12 sol. 3 den. pro gressuma, cum cariagiis ad usus proprios regis, nomine feodifirme : —Solvend. episcopo Moravien. annuum redditum 34 sol. 5 den. antiquitus ecclesie Moravien. debitum de dictis terris de Dufhous ;—et Solvend. capellano perpetuo antiquitus fundato super monte castri de Elgyne, annuum redditum 5 lib. 6 sol. 8 den. de dictis terris de Pettyndrech :—Concessit etiam quod heredes dicti Jac. imperpetuum haberent liberum introitum in omnibus dictis terris pro solutione annua dictarum firmarum :—Test. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

x. 40.

1335. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REX confirmavit HENRICO WARDLAW de Torry, et MERGARETE LINDESSAY ejus sponse,—terras de Blarequhisse, de Ladach, le Hiltoun, Ballingre, Nevody, et le Mylntoun de Ingall (Inchegall), excepto molendino de I., in occidentali parte de Lochorschir, vic. Fif ;—quas idem Hen. personaliter resignavit :—Tenend. dicto. Hen. et Merg. et eorum alteri diutius viventi, in conjunctam infeodationem, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hen. quibuscunque :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58.

viii. 127.

1336. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX confirmavit JOHANNI KENNEDY de Blarequhan, et heredibus ejus,—terras de Frethride ac terras de Skeche ac Myretone, cum tenentibus et tenandriis earundem, in dominio Gawidie, vic. Wigtoun ;—quas idem Joh. personaliter resignavit ;—et quas rex—pro gratuitis laboribus et servitiis per dictum Johannem regi factis in captione et importatione certorum rebellium ad cornu regis existentium,—in unam liberam baroniam de Myretoun univit et incorporavit :—Reddend. unam communem sectam

in curia vic. Wigtoun :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 56.

1337. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX — propter gratuita servitia per Johannem Kennedy de Blarequhan sibi impensa, &c. (*ut in carta* 1336)—fecit et infeodavit VILLAM DE MYRETOUN dicto Joh. pertinentem, vic. Wigtoun,—liberum burgum in baronia pro perpetuo, cum potestate emendi et vendendi burgensibus et inhabitantibus dictum burgum ;—et concessit ut ipsi tenerent et possiderent crucem et forum singulis ebdomadis die Sabbati, et nundinas publicas quolibet anno, in vigilia S. Petri in estate, cum tholoneis, &c. viii. 59.

1338. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REX concessit DAVID MOUBRAY militi, et ELIZABETH ejus sponse,—occidentalem dimedietatem de le Manys et terras de Bernbowgale, in baronia de Dummanyng, vic. Linlithqw ;—quarum terrarum feodum fuit dicti David, et liberum tenementum earundem fuit Philippi Moubray de Bernbowgale, avi dicti Dav., et que ipsi respective resignaverunt :—Tenend. dictis David et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti David quibuscunque :—Test. *ut in carta* 1360.
viii. 73.

1339. Apud Edinburgh, 19 Dec.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Ricardi Barry, burgensis de Dunde,—[qua,—pro salute animarum Jac. III., &c. et Rob. Grahame de Fyntre et Jonete Luwell ejus sponse, &c., et Cristiane Galichtly sponse dicti Ric., &c.,—concessit ad sustentationem unius capellani perpetui divina celebraturi in ECCLESIA PAROCHIALI B.V.M. DE DUNDEE ad altare beati Pauli apostoli per dictum Ric. de novo fabricandum in nova structura ejusdem parochialis ecclesie,—tenementum burgagium infra burgum de Dunde in vico le Murrefgate, inter tenementum Walt. Thome et terram Joh. Alani, quod tenementum extendit se in longitudine ad viam maris inter terram heredum quondam Georgei Fern et terram dicti Joh. Alani :—Tenend. in puram elemosinam :—Apud Dunde, 2 Jun., 1477]: —Salvis regi, &c. orationum suffragiis devotarum :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.
viii. 53.

1340. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX—(quia alias in minore et tenera etate concessit MERGARETE REGINE SCOTIE, consorti sue,—ob magnam affectionem et amorem quos habuit erga ipsam, —ad ejus peplorum et capitis ornamentorum supportationem, pro toto tempore vite ejus,—terras de Kilmernok, cum castro de Kilmernok, terras de Hareschawmure, Railstoun, terras dominii de Dalry, Rysdalemure, Kilbride, Narestoun, terras de Noddisdale, unacum annuo redditu de Markname, vic. Are et Lanark; —quas rex in eadem concessione in unam liberam baroniam de Kilmernok univit et incorporavit, et que terre cum annuo redditu in manus regis per forisfacturam olim Roberti dom. Boide devenerunt),—tunc vero in sua perfecta etate et post generalem revocationem suam, cum consensu et avisamento concilii sui, concessit dicte Mergarete Regine, ad sustentationem dictorum peplorum et ejus capitis ornamentorum pro toto tempore ejus vite,—terras predictas, cum castro, &c. in liberam baroniam:—Reddend. unam rubeam rosam, nomine albe firme :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.
viii. 46.

1341. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX—non obstante generali revocatione, &c., et in perfecta etate sua 25 annorum —concessit familiari servitori suo et scribe, JOHANNI REDE nuncupato STOBO,—in annua pensione, 20 lib. de custumis panni lanei infra burgum de Edinburgh, pro toto tempore ejus vite,—pro gratuitis servitiis quondam progenitori regis et regi impensis, in scripturis literarum suarum Pape et diversis regibus, principibus ac magnatibus ultra regnum missarum, et in

expensis ejus in pergameno, papiro, cera rubea et alba, &c. sustentis, et in ejus supportationem ad expensas antedictas. viii. 81.

1342. Apud Edinburgh, 13 Jan.
REX concessit ALEXANDRO DOMINO KILMAWERIS et heredibus ejus,—terras de Drippis, in dominio de Kilbride, vic. Lanark;—que ad manus regis ut eschaeta legitime devenerunt, propter alienationem earundem factam per quondam Wil. de Cunynghame de Kilmaweris antecessorem dicti Alex. absque consensu regis, non reservando quandam partem earundem, tentarum de rege, non alienatam ad faciendum servitium debitum et consuetum:—TEST. *ut in carta* 1360. viii. 72.

1343.[1] Apud Edinburgh, 13 Jan.
REX dedit literam sub magno sigillo, directam custumariis burgi de Hadingtoun post generalem revocationem per regem factam, pro pensione annua 23 lib. 10 sol. Magistro CONRADO medico—de magnis custumis burgi de Hadingtoune, pro toto tempore vite dicti Conradi, vel semper et quousque idem medicus per regem promotus fuerit, ad sustentationem annuam vitalem, aut alia commoda tante taxe vel amplioris sine revocatione. viii. 82.

1344.[2] Apud Edinburgh, 18 Jan.
REX dedit literam admissionis sub magno sigillo PATRICIO VAUX, priori Candide Case,—admittendo eundem ad temporalitatem dicti Monasterii et Prioratus,—recepto prius ab eodem fidelitatis juramento. viii. 83.

1345. Apud Edinburgh, 19 Jan.
REX—tanquam tutor et gubernator primogeniti filii sui, Jacobi ducis de Rothsay, &c.—confirmavit JOHANNI BLARE de eodem, et heredibus ejus,—terras de Blare, cum superioritate tenandriarum et liberetenentium servitiis earundem, in dominio de Cunyngham, vic. Are;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—TENEND. de dicto duce de Rothsay, &c. in feodo:—REDDEND. communem sectam in curia de Irwin, &c.:—TEST. *ut in carta* 1331. viii. 52.

1346. Apud Edinburgh, 19 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Maxwell de Caldorwod, militis,—[qua concessit filie sue ELIZABETH MAXWELL, procreate inter se et Margaretam Borthwic sponsam suam, pro dilectione et amore filiali quos dicte Eliz. habuit, et propter commodum et suplementum ad ejus maritagium,— terras baronie de Hiltoun, vic. Berwic; terras de Auchincloich, Cragtoun, et Drumbuy, in comitatu de Levenax, vic. Dumbertane:—TENEND. dicte Eliz., et ejus assignatis pro toto tempore ejus vite tantum, post decessum dicti Joh. de heredibus ipsius Joh., cum omnibus bonis ejus mobilibus et catallis in eisdem terris tempore decessus dicti Joh. existentibus prout in redditu vite, semper et quousque dicta Eliz. vel ejus assignati essent integre persoluti de summa 466 lib. 13 sol. 4 den., allocando annuatim in solutione dicte summe firmas de Hiltoun extendentes ad 10 merc., et aliarum terrarum supradictarum ad 20 merc.:—REDDEND. post decessum dicti Joh., heredibus ejus, unum denarium nomine albe firme:—TEST. Wil. dom. Borthwic, Pat. dom. Halis, Arch. Dundas de eodem, Alex. Napare de Merchamstoun, militibus, Joh. Stewart de Craghall, Joh. Douglas, Pat. Maxwell, Geo. Borthwic, Tho. et Rob. Merchale notariis publicis:—Apud Edinburgh, 1 Feb., 1463]:—TEST. *ut in carta* 1352. viii. 87.

1347. Apud . . . . .
REX confirmavit cartam Alexandri Cunynghame de Auchinbowy,—[qua vendidit et alienavit DAVID BOSWELL de Glasmount, heredibus et assignatis ejus,—terras de Balmoutow, vic. Fife,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta:—TENEND. a dicto Alex. de rege in feodo:—TEST. M. Arch. Wemys, Wil. Haket de Petfurane, Rob. Drummond de Ermore, Rob. Orrok, Ric. Orok, David Bra, Dominis Jac. Darow notario publico, et Joh. de Kemp, capellanis:

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

—Apud Petfurane, 26 Maii, 1477]:—SALVIS regi wardis, &c.:— . . . . . (*cetera desunt*).

viii. 88.

1348. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX concessit JOHANNI LESLY, nepoti et apparenti heredi Georgei comitis de Rothes et dom. Lesly, et JONETE KEITH sponse dicti Joh.,— terras baronie de Balmane, vic. Kincardin;—quas dictus Geo. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjunctam infeodationem, et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, legitimis heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. 83. 86. 7. 60. 3. 16. 101. 58. 100.

viii. 60.

1349. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX concessit JOHANNI MONCUR de Frelandis et ejus legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque,—orientalem dimedietatem terrarum de Balleuny, vic. Forfar;—que fuerunt Thome Fothringhame de Balleuny et Mariote ejus sponse ratione conjuncte infeodationis, et quas ipsi resignaverunt:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 63.

1350. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX ratificavit et confirmavit sasinam conjuncte infeodationis datam WILLELMO ELDARE burgensi de Perth, et quondam AGNETI MEWROS ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus legitimis dicto Wil. quibuscunque succedend.,—de terra dicti Wil. in vico boreali burgi de Perth, inter terram quondam Wil. Caveris et terras Gilb. Broun, post resignationem factam per dictum Wil. de dicta terra in manibus Joh. de Hadingtoun pro tempore unius ballivorum dicti burgi, &c.:—TENEND. de rege in feodo ac libero burgagio:—TEST. *ut in carta* 1339.

viii. 55.

1351. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam Willelmi Straithandry de eodem,—[qua concessit filio suo MICHAELI DE STRAITHANDRY, et CRISTIANE ejus sponse,—terras de Gylblatstoun, Langsyde, et Coulbaky, vic. Fyfe, pro affectione filiali quam erga dictum Mich. habuit, et pro ejus gratuitis servitiis, &c.:—TENEND. dictis Mich. et Cris. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Wil. et heredibus suis quibuscunque reversuras, de rege in feodo:—TEST. M. Joh. Oliphant fratre germano Laurentii dom. O., Gilb. Hay de Ury, Geo. Carmichell thesaurario Glasguen., Jac. Hering de Tuliboill, Alex. Blare de Balthiok, D. Wil. Wardlaw capellano, Arthuro Oliphant et Laurentio Johnesoun:—Apud Edinburgh, 22 Jan., 1477]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 83. 43. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 66.

1352. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam per ipsum alias factam,—[qua—tanquam tutor et gubernator filii sui primogeniti, Jacobi, ducis de Rothissay, &c.,—concessit GEORGEO DE MAXWELL filio et heredi apparenti Joh. M. de Caldorwod, militis, et heredibus ejus,—terras baronie de Finlastoun, vic. Renfrew;—que fuerunt dicti Joh. M. et Margarete ejus sponse ratione conjuncte infeodationis, pro toto tempore eorum vite, et quas dicti Joh. et Marg. resignaverunt:—TENEND. de predicto duce:—RESERVATO libero tenemento dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, pro toto tempore vite eorundem:—TEST. 83. 57. 60. 3. 16. 101. 100:—Apud Edinburgh, 7 Jan., 1476]:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 100.

viii. 86.

1353.[1] Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX dedit literam confirmationis sub magno sigillo super tres literas sub secreto sigillo, in sua tenera etate factas quondam JOHANNI STEWART de Forthirgill et NIGELLO STEWART filio ejus et heredi, viz.;—unam literam super assedatione

[1] As a memorandum in Register.

terrarum dominiorum de Apnadull, Glencoich, Glenlioun, Straithbraun, et Rannach, vic. Perth, pro terminis 19 annorum; —necnon aliam literam de officio balliatus eisdem quondam Joh. et Nigello factam, de dictis terris, etiam pro 19 annis;—necnon tertiam literam dictis Joh. et Nig. factam, de feodo et servitiis eorundem, pro 19 annis, de dictis terris de Rannach; cum potestate subtenentes substituend., curias tenend., &c. :—Solvend. dicti Joh. et Nig. conjunctim seu divisim receptoribus regis firmas et devoria earundem terrarum prout in regia rentela continentur:—4 Maii, 1473: —Quas literas, rex, in etate sua perfecta et post suam generalem revocationem, pro singulari favore quem gessit erga dictum Nigellum, approbavit et ratificavit dicto Nigello, pro 19 annis proxime sequen.

viii. 62.

1354.[1] Apud Edinburgh, 26 Jan.
REX dedit literam, sub magno sigillo, post ultimam generalem revocationem, MARCHIMOND HERALDO, pro ejus servitiis, in feodo,—de terris de Murthocarny, vic. Fyfe, extendentibus annuatim ad 20 mercas, pro toto tempore vite dicti Heraldi, — cum potestate dictas terras cum ejus propriis bonis occupandi, sive subtenentes in eisdem faciendi;—et rex concessit quod tantum dictarum terrarum quantum occuparet cum ejus propriis bonis, esset liberum ab omnibus averagiis, cariagiis et aliis exactionibus, &c.

viii. 57.

1355.[2] Apud Edinburgh, 26 Jan.
REX dedit literam ROSS HERALDO post generalem revocationem, pro toto tempore ejus vite,—de terris de Estir-Culessy, vic. Fyfe, extenden. annuatim ad 20 mercas, in feodo;—cum potestate, &c. *ut in carta* 1354. *q. v.*

viii. 58.

1356. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit familiari armigero suo DAVID DE CREICHTOUN de Cransoun-Riddale, et heredibus ejus,—terras de Cranstoun-Riddale, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic. Edinburgh, ac terras de Nesbit cum turre de Nesbit, in constabularia de Hadingtoun, infra dictum vic.; — que terre de Cranstoun-Riddale primo in manus regis devenerunt ratione forisfacture quondam Wil. de Murray, et quas post dictam forisfacturam rex, tunc in tenera etate, concessit quondam Willelmo de Douglas, et quas dictus Wil. in manibus regis resignavit, post quamquidem resignationem rex concessit easdem terras predicto David;—et cum rex pervenit ad etatem suam perfectam, fecit generalem revocationem de omnibus donationibus, &c. in tenera sua etate factis, qua revocatione terre prefate de Cranstoune-Riddale in manibus regis devenerunt;—et que terre de Nesbit cum turre de N. fuerunt dicti Dav. ex ejus proprio conquestu, et quas dictus Dav. personaliter resignavit:—Insuper rex — pro singulari favore quem gessit erga dictum David, et pro ejus fideli servitio quondam progenitori regis et regi a longo tempore impenso, et avisamento concilii sui,—omnes predictas terras, &c. in unam liberam baroniam de Cranstoun-Riddale univit et incorporavit:—Redend. unam rosam rubeam nomine albe firme:—Test. *ut in carta* 1349.

viii. 65.

1357. Apud Edinburgh, 29 Jan.
REX, post generalem revocationem, ratificavit et confirmavit donationem quam in tenera sua etate fecit familiari clerico suo Magistro THOME SMYTH, ypothecario suo,—de annua pensione 20 lib. per custumarios magne custume burgi de Edinburgh eidem persolvenda,—pro toto tempore ejus vite absque revocatione quacunque;—ipso M. Thoma ministrante regi et consorti sue Mergarete regine Scotie materialia medicinalia ut interest necessaria, quando ad hoc per regem oneratus fuerit.

viii. 84.

1358. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam quondam Willelmi de Brechin filii

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

Hen. de B. filii comitis David (de B.),—[qua, pro salute animarum regum Scotie Willelmi et Alexandri, Joh. comitis Cestrie, D. Hen. patris et Domine Juliane matris sue &c., — concessit CAPELLE S. MARIE DE BRECHIN per se fundate, et Magistro ac capellanis et pauperibus ibidem Deo servituris, in puram elemosinam,—terram in qua dicta capella sita est, et molendinum de Brechin cum multura ville de Brechin ad tertium decimum vas de blado ibidem crescente, excepto blado dicti Wil. et heredum suorum, et cum multura ville de Lowland ad sextum decimum vas, cum multura ville de Heyhame ad vicesimum vas, cum multura terre de Baldongathy que est Walteri Coci ad vicesimum vas, cum multura ville de Botherkill ad tricesimum vas, cum multura ville de Pettindreich ad tertium decimum vas, cum multura terre Moisi Scissoris ad vicesimum vas, et cum omnibus forinsecis sectis et aliis que ad dictum molendinum poterint pertinere; insuper concessit communem pasturam intra terram suam eisdem adjacen. :—Test. D. Albino episc. Brechinen., D. Rob. abbate de Abirbrothok, D. Wil. priore de Rostinoth, D. Wil. decano de Brechin, D. Rob. de Monte Alto, Petro de Ferne, Simone Clerico de Forfar, Wil. constabulario de Brechin, D. Joh. Wiscard, D. Wil. de Arrad, D. Laurentio de Monte Alto, Tho. rectore ecclesie de Kinross Domini Pape capellano, D. Ric. Logane Brechinensi canonico, Wil. Chauntell, Duncano judice, Joh. Albo (circa 1250)]:—Necnon rex confirmavit et mortificavit dicto hospitali donationem in tenera sua etate factam familiari clerico suo Willelmo Scheves coadjutori S. Andree olim magistro dicti hospitalis, de terra regis de le Inche, jacente inter aqueductum dicti molendini et aquam de Esk, prope castrum de Brechin, dicto hospitali pro perpetuo annexat. :—et etiam confirmavit omnes donationes dicti hospitalis in minore sua etate factas, et specialiter donationem de eodem hospitali factam Georgeo Stewart moderno magistro ejusdem, non obstante generali revocatione sua :—Salvis regi, &c., orationum suffragiis devotarum :—Test. *ut in carta* 1351.

viii. 67.

1359. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX concessit ANDREE MAKDOWELL filio et heredi apparenti Dungalli M. de Makerstoun, et heredibus ejus,— terras baroniarum de Makerstoun et Yettame, vic. Roxburgh, ac terras baroniarum de Yestir, Duncanlaw, et Morehame, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas dictus Dungallus resignavit:—Reservatis libero tenemento dicto Dungallo, ac rationabili tertia ejus sponse cum contigerit:—Test. *ut in carta* 1351.

viii. 70.

1360. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REX confirmavit cartam Dungalli Makdowell de Makerstoun,—[qua, pro cordiali affectione quam gessit apud eam,—concessit EUFAMIE HEPBURN filie D. Pat. dom. Halis,—dimedietatem terrarum baroniarum de Yestir, Duncanlaw, et Morehame, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—Tenend. prefate Eufamie pro toto tempore ejus vite, heredibusque inter eandem Eufamiam et Andream filium dicti Dungalli et heredem apparentem legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Dungalli quibuscunque, de rege in feodo;—tribus acris dicto Dungallo et heredibus ejus pro capitalibus messuagiis exceptis:—Test. Wil. Walace, Wil. Hog, Joh. Charlis, Wil. Dikesoun et D. Rob. Aytoun notario publico:—Apud Halis, 4 Oct., 1477]:—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100.

viii. 71.

1361. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REX, post generalem revocationem, cum consensu et deliberatione trium regni statuum, commisit MERGARETE REGINE SCOTIE conjugi sue et consorti,—regimen, gubernationem et custodiam Jacobi ducis de Rothisay, &c., filii sui primogeniti, pro 5 annis sequentibus festum Penthecostes proxime futurum, super expensis regis annuatim;—ac etiam commisit dicte regine custodiam castri de Edinburgh pro dictis terminis 5 annorum, etiam super expensis regis, et cum pensione annua pro ejusdem castri custodia antea

persolvi consueta, cum potestate connestabularios et ceteros officiarios ad dicti castri custodiam substituendi.

viii. 80.

1362. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX concessit JOHANNI DE MAXWELL filio et heredi apparenti Rob. dom. M., et heredibus ejus,—terras baronie de Maxwell, vic. Roxburgh; terras baronie de Carlaverok, vic. Drumfres; terras de Mernys, vic. Renfrew;—quas dictus Rob. personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum baronie de Carlaverok, et terrarum de Mernys dicto Rob., ac rationabili tertia earundem Jonete ejus sponse cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1360.

viii. 74.

1363. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX—tanquam tutor et gubernator Jacobi ducis de Rothisay, &c. filii sui primogeniti—confirmavit ALEXANDRO STEWART et ALISONE KENNEDY ejus sponse—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Biltreis, in baronia et vic. de Renfrew;—quas idem Alex. resignavit:— TENEND. dictis Alex. et Alisone et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, de dicto duce tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 1364.

viii. 76.

1364. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX concessit DONALDO DE LEVENAX filio juniori Malcomi de L. de Blareschogill, et heredibus ejus,—terras de Blareschogill, et Culvakkane, in comitatu de Levenax, vic. Striveling;—quas dictus Malcomus resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Malc.:—TEST. 83. 86. 43. 7. 63. 3. 16. 102. 58. 100.

viii. 75.

1365. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX—in etate perfecta et post generalem suam revocationem de donationibus in minoribus suis annis concessis,—concessit, —ex deliberatione trium statuum regni,—MERGARETE REGINE Scotie, conjugi sue et consorti,—in recompensationem ejusdem pro ejus tertia parte totius proprietatis et omnium annuorum reddituum regni sui promissa dicte consorti sue pro dotalicio et dote ejusdem antea per suos ambaxiatores, et obligata inter eosdem et Cristiernum regem Dacie, &c., patrem dicte Marg. regine,—dominium Galwidie tam supra aquam de Cree quam sub eadem, cum magnis et parvis custumis ac firmis burgalibus burgorum de Kirkcudbrycht et de Wigtoun, unacum castro de Treife in eodem dominio; necnon dominium foreste de Ettrik, cum turre, fortalicio et manerio de Newerk in eadem foresta; ac terras dominii de Strivelineschire et Tulicultre, cum castro de Striveling ac cum magnis et parvis custumis et firmis burgalibus burgi de Striveling; et dominium de Straitherne, cum magnis et parvis custumis burgi de Perth; dominia de Menteth, Strogartney, et Buquhiddir, cum castro de Doun in Menteth; dominium de Kinclevin; dominium de Methven, cum castro ejusdem; dominium de Linlithqwschire, unacum palatio, lacu, et warda de Linlithqw, ac cum magnis et parvis custumis et burgalibus firmis burgi de Linlithqw, ac cum itineribus justiciarie, camerarie, vicecomitum et ballivorum, eschaetis, wardis, releviis, &c.; et cum jure patronatus, &c. omnium beneficiorum, ecclesiarum, &c., infra dictas terras:—TENEND. dicte Marg. regine in recompensationem predictam pro toto tempore ejus vite:—TEST. 83. 43. 86. 103. 7. 26. 104. 60. 3. 16. 14. 102. 54. 58. 100.

viii. 79.

1366. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX—nomine tutorio Jacobi ducis de Rothissay com. de Carrik, &c., filii sui primogeniti,—confirmavit cartam Colini Makquharry de Achinlosk,—[qua vendidit et alienavit D. JOHANNI KENNEDY domino de Blarequhan, heredibus ejus et assignatis,—terras de Auchinlosk, et de Drummolin, extendentes annuatim ad 5 mercatas terrarum antique extente, in comitatu de Carrik, vic. Are,—pro certa

summa pecunie persoluta:—TENEND. a dicto Colino de dicto comite de Carrik in feodo: —TEST. Geo. Colvile, Geo. Boide, Wil. Colvil, Dougallo Adonaile et Geo. le Graham:—Apud Edinburgh, 21 Feb., 1477]:—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. viii. 134.

1367. Apud Edinburgh, 24 Feb.
REX—nomine tutorio Jacobi ducis de Rothissay, &c., filii sui primogeniti,—confirmavit cartam suam,—[qua, tanquam tutor, &c. dicti Jac., concessit COLINO MAKQUHARRY, filio Moricii M. de Auchinlosk,—5 mercatas terrarum de Auchinlosk et Drummolin, jacen. super aquam de Stinser, in comitatu de Carric, vic. Are; —quas dictus Moricius resignavit:—TENEND. dicto Joh. (*sic*) et heredibus ejus legitime procreatis, de dicto Jac. et successoribus ejus comitibus de Carric:—RESERVATIS libero tenemento dicto Moricio, et rationabili tertia Jonete ejus sponse cum contigerit:—TEST. 83. 43. 86. 7. 60. 3. 16. 54. 5:—Apud Edinburgh, 13 Dec., 1475]: —TEST. *ut in carta* 1366. viii. 135.

1368. Apud . . . . . .
REX concessit familiari scutifero suo WILLELMI HAKET de Belesice, et JONETE FENTOUN ejus sponse,—terras de Kinclevin, cum molendino et piscariis earundem, vic. Perth,—in recompensationem pro quarta parte terrarum baronie de Bewfort, infra dominium de Arde et Straithglasche, vic. Invernes, dicte Jonete in feodo pertinen.;—quamquidem dicta Joneta cum consensu dicti Wil., regi et successoribus ejus pro perpetuo concessit:—TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi pro toto tempore vite earundem, de rege in feodo, absque antiquo servitio, propter recompensationem predictam: . . . . . (*cetera desunt*). . . . . viii. 136.

1369.[1] Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX dedit literam admissionis sub magno sigillo THOME FORESTAR priori de Pluscardi,—admittendo eundem ad temporalitatem dicti Prioratus, cum omnibus juribus ejusdem;—recepto prius a dicto Tho. fidelitatis juramento. viii. 85.

1370. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX confirmavit cartam Roberti Dalrimpill de Laich ac mari regis de *fee* infra bondas de Kile-Regis,—[qua concessit D. ALANO DOMINO CATHKERT, pro ejus consiliis et beneficiis gratanter impensis, —officium vulgariter nuncupatum *le Mare-de-fee* seu cliens regis, infra dictas bondas: —TENEND. dicto Alano et heredibus ejus et assignatis et eorum deputatis seu substitutis, pluribus aut uni, de rege in feodo: —TEST. Hugone Cathkert de Kilyochane, David Blare de Adamtoun, And. Dalrimpill, Wil. Craufurd, Dominis Joh. Johne Makmikcrathe, Joh. Bissate, capellanis, et Arch. Quhit:—Apud Are, 13 Feb., 1477]: —TEST. *ut in carta* 1364. viii. 77.

1371. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX concessit ROBERTO COLWIL militi, filio et heredi quondam Rob. C. de Oxinhame, militis, et heredibus ejus,—terras de Nethir-Penstaminy, Uver-Penstaminy, Gallohill, Phinlastoune (Finlastoune), Holhaus, Knokchisnach, Glenlurcane, et le Oxgang, in baronia de Uchiltre, vic. Are;—que terre antea fuerunt alienate per dictum quondam Rob. C. quondam Jacobo Auchinlec de eodem, militi, patri Johannis Auchinlec de eodem militis, et heredibus ejus, dummodo eis certa summa pecunie fuerit persoluta, sub quadam reversione; et quas terras post solutionem dict. summe, dictus Joh. A. personaliter resignavit:—TEST. *ut in carta* 1294. viii. 15.

1372. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX—ex avisamento concilii sui,—approbavit et ratificavit revocationem prius per se cum deliberatione etiam sui concilii, factam—de donatione et tallia terrarum baronie de Cumnok, vic. Are, cum advocatione et jure patronatus ecclesie de Cumnok, terrarum baronie de Mochrum, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun,

[1] As a memorandum in Register.

terrarum baronie de Blantyre, vic. Lanark, cum tenentibus, &c., earundem, per regem donatarum in tallia Cuthberto de Dunbar, fratri Patricii de D. de Cumnok, post resignationem earundem in manibus regis per dictum Pat. factam in prejudicium filiarum et verarum heredum ipsius Pat. ;—et rex etiam confirmavit donationem quem fecit JACOBO DE DUNBAR et EUFAMIE DE DUNBAR ejus sponse, JOHANNI DE DUNBAR et MARGARETE DE DUNBAR ejus sponse, ac PATRICIO DE DUNBAR et JONETE DE DUNBAR ejus sponse, filiabus et heredibus apparentibus dicti Pat. de D. de Cumnok, ut dicta carta revocationis proportat et testatur :—Tenend. dictas terras, &c. dictis Jac., Euf., Joh., Marg., Pat., et Jon., et eorum heredibus ut in dicta carta et sasina per regem eis concessis :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 100. viii. 78.

ANNO DOMINI 1478. ANNO REGNI 18.

1373. Apud Edinburgh, 15 Apr.
REX confirmavit cartam Willelmi de Sancto Claro domini baronie de Neuburgh,—[qua—cum consensu Cristiane sponse sue, —vendidit et alienavit JACOBO OGILVY de Deskfurde militi, heredibus ejus et assignatis,—piscarias suas superioris partis aque de Ithane, vic. Abirdene, incipiendo a *le Macharfurde* et ab hinc usque ad *le Sakfurde* de Fivy ascendendo, absque interruptione,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta :—Tenend. a dicto Wil. de rege :—Test. D. Wil. episc. Moravien., M. Joh. Hume decano capelle regie, Joh. Chaumer succentore Moravien., Stephano Lokart, Tho. Ogilvy, Joh. Wod, et David Chawmer, notariis publicis ;—cum sigillo dicte Cristiane, in signum liberi consensus, et subscriptione 'William Sinclar, baroon of the Newburgh' manu propria :—Apud Edinburgh, 6 Mar., 1477] :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 100. viii. 89.

1374 Apud Edinburgh, 24 Apr.
REX—licet alias constituit David Heris de Trareglis, militem, curatorem Joh. Heris de T. ejus patris, qui incompos mentis extitit fatuus et naturaliter ydeota, et administratorem terrarum et bonorum dicti Joh.,—nihilominus quia per consules regis compertum fuit quod executionem dicti officii pretermisit, et insufficiens fuit dicto officio gaudere,—exoneravit dictum David ab dicto officio,—et constituit JOHANNEM DOMINUM CARLILE et HERBERTUM HERIS filium et heredem apparentem dicti David, conjunctim et divisim curatores dicti Joh., et administratores ejus terrarum et possessionum, semper et quousque summus Deus de convalescentia dicti Joh., vel de morte ejusdem disponeret ;—cum potestate ejus personam regendi, ac terras, &c., gubernandi, &c. viii. 91.

1375. Apud Edinburgh, 25 Apr.
REX—quia Walterus Oliphant de Kelly regi per suam literam obligatoriam in summa 700 lib. tenebatur astrictus, et quia dictus Walt. in bonis mobilibus distringibilis non extitit,—igitur virtute Acti Parl. super debita confecti,—terras dominicas occidentales de Kelly, vic. Fyfe, de rege tentas, pro dicta summa, per vicecomitem de Fyfe et probos patrie appreciari fecit,—et 52 merc. cum dimed. merc. earundem terrarum in manus regis ut suam proprietatem recepit,—quamquidem summam 700 lib. THOMAS EPISCOPUS ABERDONENSIS pro dictis 52 merc. cum dimed. terrarum de Kelly appreciatis in manus regis persolvit ;—igitur rex concessit dicto Tho. —dictas 52 merc. cum dimed. merc. terrarum dominicarum occidentalium de K. :—Tenend. dicto Tho., heredibus ejus et assignatis, de rege in feodo :—Faciend. servitia debita et consueta :—dicto Walt. et heredibus ejus regressum ad dictas terras habituris post solutionem dicte summe 700 lib. prefato Tho. heredibus ejus et assignatis infra septennium proxime sequens :—Test. *ut in carta* 1373, *excepto* 43.
viii. 90.

1376. Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX assedavit ANDREE EPISCOPO ORCHADENSI — terras dominiorum de Orknay et Zetland, et commisit eidem et ejus factoribus custodiam castri de Kirkwall, et ceterorum fortaliciorum in dictis dominiis situatorum;—termino vero introitus ad dictam assedationem et custodiam incipiente in festo Inventionis S. Crucis proxime futuro, et deinde duraturo pro voluntate regis,—cum universis libertatibus, &c. ad dictas terras, &c. spectantibus, unacum *le Wrak*, *Wattell*, *Waithe et Hasewaith*, et cum consimilibus proficuis, &c. sicut Wil. episc. Moravien. custos secreti sigilli regis habuit in literis suis assedationis sibi prius confectis; — cum potestate etiam capitaneos, constabularios, &c. ad custodiam dicti castri deputandi:—Solvend. annuatim regi quantum dictus Wil. episc. Moravien. prius solvit, et ut in rentali regis continetur, cum potestate etiam tenentes et inhabitantes si opus fuerit removendi et alios eorum locis imponendi:—et rex revocavit literas alias factas dicto Wil. episc. Moravien. viii. 93.

1377. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REX confirmavit cartam Johanni Dempstare de Ouchterles,—[qua concessit D. WALTERO DOMINO DE INNERMEITH, et heredibus ejus,—terras suas de Innermeith, viz. sextam partem baronie ejusdem, vic. Perth;—in excambium pro terris dicti Walt. de Fortra, Ordmiddill, Muresk, et Kinhermit, in dominio de Latheris, baronia de Kinedward, vic. Abirdene:—Tenend. de supremo dom. rege:—Test. Joh. episc. Brechinen., David Dempstare de Caraldstoun, Jac. Rynde de Broxmouth, Tho. Fothringame de Powry, Pat. Gardine de eodem, M. Wil. Meldrum vicario Brechinen., M. Jac. Balfour subdecano ejusdem, M. Hen. Meldrum prebendario de Kilmor:—Apud Brechin, 27 Mar., 1478]:—Salvis regi wardis, &c.:—Test. *ut in carta* 1393. viii. 114.

1378. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX confirmavit cartam Ricardi Ewioth de Balhousy,—[qua vendidit et alienavit ROBERTO MERSAR de Balleffe, heredibus ejus et assignatis,—baroniam de Balhousy, vic. Perth, — pro certa summa pecunie premanibus persoluta:—Tenend. de rege:—Test. Joh. comite de Athole, Laurentio dom. le Oliphant, Wil. Rothvene de eodem, Rob. Abircrumby de eodem milite, Alex. Blare de Balthiok, And. Charteris de Cuthilgurdy, Joh. Rettre de Lichhill, Jac. Scot, Joh. Lawsoun, Tho. Allane:—Apud Perth, 1 Apr., 1478]:—Salvis regi wardis, &c.:—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 58. 100. viii. 92.

1379. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX concessit suo garde familiari WILLELMO RICHARDSONE, heredibus ejus et assignatis,—terras et tenementa in burgo de Berwic-super-Tuedam, quas et que quondam David Wricht de rege habuit pro toto tempore ejus vite, in vico nuncupato *le Hidhill*, ex parte orientali dicti vici, inter terram Wil. Salmounde et terram Alani Colthird:—Tenend. in libero burgagio ac in feodo:—Reddend. 3 sol. nomine feodifirme, ac servitia burgi debita et consueta:—Test. *ut in carta* 1381. viii. 97.

1380. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REX concessit THOME FORMAN, filio et heredi apparenti Nicholai F. de Hutoun, et heredibus ejus legitimis quibuscunque,—terras de Hutoun, vic. Berwic;—quas dictus Nich. resignavit:—Reservatis libero tenemento dicto Nich., ac rationabili tertia Mergarete Blakader ejus sponse, cum contigerit:—Test. *ut in carta* 1387. viii. 102.

1381. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis Bangall de eodem,—[qua vendidit et alienavit JOHANNI BANGALL, consanguineo suo, et filio Willelmi B. patrui sui, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Bangall, viz. tertiam partem terrarum de Bangall, vic. Fife,—pro quadam summa pecunie premanibus persoluta:—Tenend. a dicto Joh. de rege:—Test. Dominis Tho. Lothrisk vicario de Quelesse, John Ferny, capellanis, M. Alex. Alexandersoun, Joh. Stele, W°. Watsoun, et David Wricht

notario :—Apud burgum de Cupro, 2 Maii, 1478] :—Salvis regi wardis, &c.:—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 87. viii. 96.

1382. Apud Edinburgh, 4 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam indentatam M. Johannis de Otterburne in decretis licenciati, prepositi ecclesie collegiate de Methven, canonici Glasguensis, ac officialis S. Andree infra archidiaconatum Laudonie,—[qua concessit in puram elemosinam,—pro salute animarum Jac. regis, quondam M. Nich. Otterburne canonici Glasguen., et quond. M. Joh. de Hawik precentoris ejusdem, &c., — ECCLESIE BEATI KENTIGERNI Glasguen. dioces., ac vicariis chori ejusdem,—annuum redditum 20 sol. de terra in villa de Edinburgh, ex parte australi vici regii ejusdem, infra venellam vulgariter nuncupatam le *Peblis Wynde*, inter terram quondam Joh. Young de Corswod et terram capellanie S. Marie Magdalene :—Test. Dominis Joh. Restoun perpetuo vicario ecclesie parochialis de Dunlop, Joh. Mousfalde vicario eccl. par. de Kilmaweris, Joh. Restoun juniore, ac Mat. Patonsoun, Joh. Donipace, capellanis, Rob. Mousfalde clerico, et Hen. Ottirburne :—Apud civitatem Glasguen., 18 Dec., 1468] :—Necnon aliam cartam dicti Joh. Ottirburne,—[qua, — pro salute animarum M. Nich. O. patrui sui, quondam vicarii de Edinburgh, Tho. de O. et Isabelle Montgomery, parentium dicti Joh., &c.,—concessit prepositò et capellanis ECCLESIE COLLEGIATE S. EGIDII DE EDINBURGH, S. And. dioces. et eorum successoribus ibidem Deo servituris,—annuum redditum 20 sol. de tenemento Petri Merch in burgo de Edinburgh, ex parte boreali vici regii ejusdem, inter tenementum Joh. episc. Glasguen. et tenementum Wil. Halkerstoun :—Tenend. a dicto Joh. et heredibus ejus in puram elemosinam :—Test. Magistris et Dominis Ric. Roberti, Joh. Flemyng, Gilb. Ottirburn, de Suthek, Pinkerton, et Slanis, rectoribus, Jac. Fulfurde, Geo. Cotis, Joh. Loch laico :—Apud Edinburgh, 4 Maii, 1478;—unacum sigillo Alex. Boncle unius ballivorum burgi de Edinburgh sasinam dantis, &c.] :—Test. *ut in carta* 1384. viii. 99.

1383. Apud Edinburgh, 9 Jun.
REX concessit MALCOMO M'CLERY de Garthdene, et heredibus ejus,—terras de le Spittale, unacum piscaria in aqua de Clide, vulgariter nuncupata *le Spittale-schot*, in comitatu de Levenax, vic. Dumbertane ;—quas Nigellus M'Clery resignavit :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 102. 54. 58. 87. viii. 94.

1384. Apud Edinburgh, 12 Jun.
REX confirmavit cartam Alexandri Menzeis burgensis de Abirdene ac portionarii terrarum de Inverbervy,—[qua concessit et ad feodifirmam dimisit consang. suo DAVID RATE de Drumnager ac uni portionariorum terrarum de Inverbery, heredibus ejus et assignatis, — terras albefirmatas de Inverbervy vulgariter nuncupatas *le Hawgrene* cum *le Twa-nyne partes* de Inverbervy, cum perticatis et parte molendini earundem, unacum annuo redditu 20 sol. de terris de le Stane et Benhaim, dictis terris de Inverbervy annexo, vic. Kincardin :—Redend. annuum redditum 14 mercarum 6 sol. 8 den. nomine feodifirme :—Test. Alex. de Camera de Murthill, And. Alani, Ric. de Kintor preposito de Abirdene, David Menzeis fratre dicti Alex., Joh. Moyses, Tho. Brauch burgen., M. Joh. de Camera rectore de Hoye, et D. Rob. de Leis, capellanis et notariis publicis :—Apud Abirdene, 21 Jan., 1471] :—Salvis regi wardis, &c. :—Test. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 87. viii. 98.

1385. Apud Edinburgh, 12 Jun.
REX—cum auctoritate trium regni sui statuum in Parliamento apud Edinburgh, 1 Jun. 1478,—fecit revocationem unionis et annexationis per se in tenera etate facte, — de terris de Drumcoll, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic., Drumfreis ;—que in manus suas devenerunt ratione forisfacture quondam Alex. Boide de Drumcoll, militis ; — et considerans fidelia et gratuita servitia quondam progenitori suo et sibi per Johannem dominum Carlile a longo tempore

impensa,—igitur, pro servitiis hujusmodi et in recompensationem ejusdem Joh. pro ejus compluribus expensis magnisque laboribus in ejus persone periculum diversis vicibus in actionibus regis factis extra regnum apud regem Francie et alubi,—concessit—post omnes generales et speciales revocationes—dicto JOHANNI DOMINO CARLILE et heredibus ejus, auctoritate dicti Parl.,—dictas terras de Drumcoll cum tenentibus et tenandriis earundem,—quasquidem terras baronie de Carlile rex univit et incorporavit :— REDDEND. pro toto baronia de C. unam sectam in curia vic. de Drumfries, ibidem ad placitum capitale annuatim tenend. :—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 87. viii. 107.

1386. Apud Edinburgh, 15 Jun.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis episcopi Glasguen.,—[qua—pro salute animarum Jac II. regis et Marie regine, consortis ejus,—concessit Deo et S. Kentigerno confessori, patrono suo, ac ECCLESIE CATHEDRALI DE GLASGW, et episcopis ejusdem successoribus suis,—tenementum quod habuit ex suo conquestu in burgo de Edinburgh, ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram quondam Geo. Faulo tunc vero Alex. Scot et heredum ejusdem Geo., et terras Petri Merche et Wil. Laing :—TENEND. in puram elemosinam : — REDDEND. regi firmam burgalem debitam et consuetam ;—necnon capellano altaris Beati Duthaci in ecclesia collegiata B. Egidii de Edinburgh, 5 merc. ; —ac etiam canonicis ecclesie Cathedralis Glasguen., pro uno anniversario celebrando die obitus Jac. III. regis, 4 merc. ;—necnon dictis canonicis pro anniversario die obitus ejusdem episcopi, 54 sol. ;—et consanguineo suo Archibaldo Laing pro toto tempore ejus vite,—dummodo ipse promotus fuerit per dictum episc. vel successores suos ad beneficium 100 lib.,—20 merc. annuatim de terra anteriori dicti tenementi :—TEST. Jac. Creichtoun de Rothvene preposito, Wil. Rend, Alex. Boncle, ballivis dicti burgi de Edinburgh, Alex. Ricardi decano gilde, Hen. Cant, Pat. Baroune, Geo. Bertrame, Wil. Laing, burgensibus dicti burgi, David Forsith, Wil. Levingstoun, Joh. Levingstoun :—Apud Edinburgh, 8 Jun., 1478] :—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1384. viii. 100.

1387. Apud Edinburgh, 17 Jun.

REX concessit familiari armigero suo GEORGEO DE MUNCREIFF, et METTEY ejus sponse, nationis Dacie, servitrici Margarete regine Scotie,—quia dicta Mettey regi felicem nuncium attulit dictam conjugem regi pulcherrima forma felicem prolem peperisse, regemque eo pacto regio prole patrem effecisse parentem,—dimedietatem terrarum de Tibermello, in dominio de Methven, vic. Perth ;—ac etiam rex in feodifirmam dimisit eisdem Geo. et Mettey aliam dimedietatem dictarum terrarum de Tibbirmello : — TENEND. dictis Geo. et Mettey et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et successoribus suis libere reversuras ;—unam dimed. in feodo et alteram dimed. in feodifirma :—REDDEND. pro dimed. in feodo concessa, tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. Perth, ac wardam et relevium cum contigerint,—et pro alia dimed. 12 merc. nomine feodifirme, ac quolibet quinquennio alias 12 merc. pro gressuma, ac averagia et cariagia ejusdem dimed. :—TEST. 83. 86. 43. 7. 60. 3. 16. 54. 58. 87. viii. 101.

1388. Apud Edinburgh, 6 Jul.

REX concessit GEORGEO NELSONE—terras de Madinpappis, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfres ;—quas Henricus N. frater germanus dicti Geo. resignavit :—TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Hen., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. N. fratri etiam germano Geo., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Rob. N. fratri etiam germano Geo. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1387. viii. 106.

1389. Apud Edinburgh, 15 Jul.
REX concessit JOHANNI DULY, et heredibus ejus,—terras de Ardonaquhy, in baronia de Uchtirgawin, vic. Perth ;—quas Rob. Aisoun de Tulymat, unus portionariorum dicte baronie, personaliter resignavit: —TEST. *ut in carta* 1387.

viii. 104.

1390. Apud Edinburgh, 23 Jul.
REX concessit WILLELMO CUTHBERT burgensi de Invernes, et heredibus ejus,—terras de Auldcastelhill, in comitatu de Murray, vic. Invernes ;—quas D. Jac. Weikis, capellanus, personaliter resignavit: —TEST. *ut in carta* 1387.

viii. 105.

ANNO REGNI 19. ANNO DOMINI 1478.

1391. Apud Edinburgh, 14 Aug.
bus,—[qua concessit JOHANNI TIRY, juniori, servitori regis,—illud tenementum in villa de Perth inter tenementum Walteri Tiry ex parte boreali et venellam nuncupatam *le Bynnyngiswinde* ex parte australi et communem vicum nuncupatum *le Wattirgate* ex parte occidentali :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Joh. Tiry ejus fratri seniori et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. Tiry fratri eorundem et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Rob. Tiry fratri eorundem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero Tiry de Lownane et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. Tiry fratri dicti Walt. T., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., David Tiry fratri dict. Walt. et Wil., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis quibuscunque dicti M. Joh. Tiry senioris libere reversuras :—RESERVAND. dicto M. Joh. seniori et suis assignatis pro toto tempore sue vite, liberum tenementum : — TEST. Wil. Camerone, Rob. Bunche et Jac. Lamb, presbiteris, Joh. Lamb, et Joh. Bunche, laicis : — Apud Perth, 10 Jun., 1479] :—TEST. *ut in carta* 1459. ix. 54.

1437. Apud Edinburgh, 1 Feb.
REX concessit Magistro GILBERTO HAYE de Ury et BEATRICI DE DUNBAR ejus sponse, filie et heredi Joh. Dunbar militis, pro fideli servitio dicti Gilb., — terras de Petgouny, Dunkympty, (Bereflathillis),[1] et Sanctandros-Kirktoun, in dominio de Murray, vic. Elgyn ;—quasquidem terras rex prius concessit in tenera sua etate dicto Joh. de Dunbar, militi, pro ejus fideli servitio regi et progenitori suo diversis vicibus in guerris suis, et specialiter ad conquestum et recuperationem castri de Roxburgh impenso,—et quas dictus Joh. resignavit, et rex etiam in tenera sua etate existens, dictis Gilberto et Beatrici concessit ;—et que terre tunc extiterunt in manibus regis ratione generalis revocationis: —TENEND. dictis Gilb. et Beat. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Beatricis quibuscunque :—REDDEND. communem sectam in curia vic. de Elgin, ac wardam et relevium cum contigerint :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 58.

1438. Apud Edinburgh, 3 Feb.
REX confirmavit cartam Georgei comitis de Huntlee, domini Gordoun et Badienach, —[qua—pro vera affectione filiali quam erga ipsum gessit—concessit carnali filio suo ADE DE GORDOUN—baroniam de Scheves, vic. Aberdene :—TENEND. dicto Ade et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, reversuras dicto Geo. et heredibus suis quibuscunque :—REDDEND. regi forinsecum servitium, ac dicto comiti tres sectas curie ad tria placita capitalia baronie de Huntlee apud principale messuagium ejusdem, necnon servitia debita et consueta:—TEST. Wil. dom. Creichtoun, Alex. Ramsay de Dalwolsy, M. Gilberto Hay de Ury, Walt. Ogilvy de Achlevin, Pat. Berclay de Grantuly, M. Ric. Straithauchin capellano :—Apud Edinburgh, 8 Oct., 1479] :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 12.

1439. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX confirmavit cartam Willelmi domini Creichtoun,—[qua concessit fratri suo germano GAWINO CREICHTOUN, et MERGARETE ejus sponse,—pro vera affectione quam erga ipsos habuit, et pro servitiis per dictum Gawinum impensis,—terras de Molyne, Rahillis, Monygep et Cronyeantoun, in baronia de Kirkmychel, vic. Drumfres:— TENEND. dictis Gaw. et Merg. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Gawini quibuscunque de ejus corpore legitime procreatis : — REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme, et unam sectam in itinere justiciarie regali-

[1] In Tenendas clause only.

tatis de Kirkmichel totiens quotiens contigerit :—TEST. Jac. Giffert de Schireffhall, Geo. Creichtoun fratre germano dicti Wil. dom. C., Rob. Creichtoun, Wil. Creichtoun, Tho. Creichtoun, Geo. Creichtoun, et Wil. Farnly notario publico :—Apud Edinburgh, 24 Jan., 1477] :—TEST. 105. 43. 86. 7. 104. 60. 3. 16. 107. 58. 87. 108. xiii. 240.

ANNO DOMINI 1480. ANNO REGNI 20.

1440. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REX concessit ALEXANDRO HEPBURNE filio et heredi apparenti Mariote Normavile de Gargunnok, et heredibus ejus,—terras de Gargunnok, Plane, Crammok, et Glorate, vic. Striveline; ac etiam terras de Fordale, vic. Fife; necnon terras de Merdene, vic. Banfe; — quas dicta Mariota resignavit: — RESERVATO libero tenemento dicte Mariote;—salvis dicto Alex. turre et fortalicio de Crammok et 20 lib. terrarum eidem proxime adjacen., tam feodo quam libero tenemento earundem:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87.
ix. 8.[1]

1441. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX confirmavit cartam Jonete Lichtoun filie et heredis quondam David L. de Balcasky,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI ERSKIN de Dun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balcasky, vic. Fiffe :—TENEND. a dicta Joneta de rege :—TEST. Joh. episc. Brechinen., M. Joh. Spalding decano, M. Geo. Seras cantore, M. Wil. Lowry archidiacono, M. Jac. Balfour subdecano, M. Joh. Eldmor officiali, omnibus Brechinen., Joh. Dempstare de Ouchtirles et Dav. Meldrum de Newhal :— Apud Brechin, 13 Jun., 1480]:—SALVIS regi wardis, &c :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87.
ix. 14.

1442. Apud Edinburgh, 2 Jul.
REX, ex favore et gratia specialibus— legitimavit et legitimum fecit WILLELMUM DE ROTHVEN et JOHANNEM DE ROTHVEN filios naturales Willelmi de R., de eodem :—Et specialiter legitimavit dictum Willelmum juniorem ut dictus Joh. ejus frater dicto Wil. jun. succedere valeret —et similiter dictum Johannem legitimavit ut ipse Joh. dicto Wil. fratri ejus succederet, et prolibus legitimis ipsius Wil. jun.; et deficiendo de successione dictorum Wil. et Joh. et prolium eorum legitimarum,—fieri voluit quod heredes legitimi quibuscunque dicti Wil. de R. senioris succedere valerent ad dictos Wil. et Joh., sicut in legitimo thoro ipsi procreati essent, —ad terras baronie de Rothven cum tenentibus et tenandriis ejusdem, vic. Perth; terras de Cowgask, in comitatu de Stratherne, vic. Perth; et ad terras et baronias de Ballernoch et Newton, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic. Edinburgh; et ad alias terras quascunque infra regnum, secundum tenorem carte dicto Wil. jun. in tallia hereditarie de prefatis terris confecte.
ix. 10.

1443. Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX—cum consensu trium regni sui statuum in Parliamento suo apud Edinburgh, 4 Oct. 1479—in honorem Dei et apostoli S. And. patroni regni, ac pro singulari devotione

[1] The following entry is next in point of date in the Register. As it is not a Great Seal writ it is difficult to see how it was entered among the other charters. What follows is an abridgement of the original entry, which is principally in the vernacular:—
CURIA vic. de Berwik de speciali mandato regis tenta apud Edinburgh in pretorio 15 Jun. 1480, coram Pat. Hepburne de Dunsyar milite, vicecomite de Berwic :—ASSISA, vizt :—Dom. de Bass, Dom. de Langtoun, Dom. de Blacader, Adam Nesbit de Westnesbit, Rob. Andersoune, Joh. Bog, Eumundus Spens, Baldredus Blacader, Pat. Blacader, Jac. Ogill, Jac. Heriot, Jac. Douglas, Geo. Sinclar, Wil. Hog, et Jac. Hoppringil :—DELIBERATIO—de tenemento, &c. in angulo de le Briggate de Berwic, et piscationibus de Holdman et Schipwele in fluvio de Twed, et terris de Ledenhaw, clamatis per abbatem et conventum de MELROS; et de piscatione de le Aldstell, per abbatem et conventum de DUNFERMELYNE clamata.
ix. 4.

quam habuit erga eundem patronum, necnon pro singulari favore, zelo et dilectione quos gessit erga Wil. Scheves Archiepisc. S. And. consiliarium regis, propter ejus merita, gratuita servitia atque fidelia regi tenera in etate et longo tempore impensa, —confirmavit omnes infeodationes, donationes et mortificationes terrarum, annuorum reddituum, &c., per se aut quoscunque alios temporibus exactis SEDI ET ECCLESIE S. ANDREE concessas ;—et similiter confirmavit omnes annexationes et donationes temporibus retroactis datas et concessas per Papam ac per regem aut alias quascunque personas de quibuscunque terris, redditibus, &c., et de omnibus indultis, libertatibus et privilegiis dicte sedi S. Andree concessis ;—et specialiter de indulto concesso per quondam Nicholaum V. Papam quondam Jacobo Kennedy, episc. S. Andree et dicte sedi, super confirmatione omnium abbasiarum et prioratuum ac abbatum et priorum infra dioces. S. Andree, et ceteris privilegiis in bulla dicti Pape Nich. V. specificatis, et super omnibus aliis libertatibus, &c., per Sextum IV. Papam modernum dicto Wil. Archiepisc. et sedi Metropolitane S. Andree concessis :—TENEND. ad manum mortuam : —RESERVATIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum:—Cum magno sigillo et sigillis prelatorum, baronum, &c., in dicto Parl. congregatorum. ix. 40.

1444. Apud Edinburgh, 9 Jul.

REX confirmavit cartam Jacobi II. regis, —[qua, cum consensu trium regni sui statuum et ob grata obsequia per Jac. Kennedy episc. S. Andree consobrinum suum multipliciter impensa, &c.,—confirmavit omnes donationes per suos predecessores in antea factas ECCLESIE SANCTI ANDREE et episcopo ejusdem ecclesie pro perpetuo,—de terris infrascriptis alias per suos predecessores in liberam et specialem regalitatem seu regaliam, dictis ecclesie et episcopo datis, viz.,—terris S. Nicolaii de Kinkell, Kingask, Byrehill, Fauside, Kylmonane, Kenlochquhy, Putky, Bonyngtoune, Balcaythly, Dunenoch, Stravethy, Balaly, Petarthy, Kynnaldy-suthir, Kynnaldy-northir, Gilmortoune, Balrymont-Estyr, Carngoure, Lambeislethin, Priouris-lethin, Newgrange, Langraw, Balrymont-Westyr, Kylrynny, Innergelly, Invary, Kylconchare, Balbuthy, Petcorthy, Murecambosse, Athirny, Lathame, Balgormo, Baldastard, Balmane, Scuny, Balbethe, Monfloure, Levynnis-brig, Methkyll, le Hache, Torre, Crannoch, Cavill, Bynns, Urwell, Lathokir, Muretoune, Lathone, Raderny, Camerone, Fedynche, Keyrnis, Ballochin, Strakynnes, Wilkynstone, G(r)eigstone, Drumcarach, Lawdeddy, Kynninmonde, Baldunny, Arnydy, Claremounthe, Malgask-uvir, Malgask-nethir, Clattow, Balgrife, Stratirne, Kyncapill, Neutoune, Nydy-estyr, Nydy-westir, Kynnarde, Kenbak, Blabo, Myretoune, Deresy, Crag-fudy, Mydil-fudy, Westyr-fudy, Fengask, Burchle, Newmyll, Ballase, Kylmany, Freretoune, Kirkland de Luchris, Forgund, Priouris-Kynmuk, le Chawmeris-Kynmuk, Monymeyll, Lathane, Cunyochy, Muretone-in-Luchris, Culluthy, Owthirmunsy, Berelais, Carny, Outhirrudirstrudyr, Cragroyihill, Tarvat, Nethir-Tarvat, Gledny, Kyrkforthir, Balmalkyn, Balmungy, et Machrise :—INSUPER concessit dicto episcopo et ejus successoribus,—ut ipsi haberent, tenerent et possiderent terras suas infrascriptas in meram et specialem regalitatem seu regaliam,—viz.,—terras vocatas Byschapisschire, Mukart-schire, Scottis-crag, et le Fery, Petcunty, Murefeld, ac terras de prioratu de Petynweme, viz., Petynweme, Litill-Anstrudir, Fauside, Lyngow, Pettotyr, Crangbregis, Grande-mure, vic. Fyff ; et terras de Estyr-Rynde, et Westyr-Rinde, vic. Perthe ;—quas terras incorporavit regalitati S. Andree :—TENEND. in unam specialem regalitatem seu regaliam, regalitatem S. Andree pro perpetuo nuncupand. ;—cum quatuor punctis et querelis ad coronam regiam spectan. :—Et insuper voluit rex,—quod inhabitantes, tenentes aut firmarii terrarum dicti episc. aut eorum bona, infra aquas de Forthe et Taye commorantes arrestarentur tantum ad quecunque itinera justiciarie et camerarie vel curias quascunque dicti episc.,—et quod nullatenus cogerentur in futurum ad persolvendum regias tallias, taxiones, &c.,—et voluit quod presentes donationes non revocarentur per ipsum regem vel successores suos sed potius

defenderentur dicto episc., &c. :—Nihil aliud FACIEND. nisi tantum pro rege et predecessoribus et successoribus orationum suffragia devotarum : — TEST. Wil., Joh., Rob., et Geo., Glasguen., Moravien., Dunblanen., et Lismoren., ecclesiarum episcopis; Wil. priore S. Andree, Arch. S. Crucis, Ric. de Dunferlyne, Monasteriorum abbatibus ; Geo. comite Angusie, Wil. dom. Crechtoune cancellario, Joh. dom. le Lorne, Wil. dom. le Haye regni connestabulario, Pat. dom. le Grahame, Dunc. dom. le Campbell, Alex. dom. Montgomery, Wil. dom. Somerwill, Geo. dom. Sethtoune, Geo. dom. Lesly, Joh. dom. le Lyndesay de Biris, And. dom. le Graye magistro hospitii, Magistris Joh. Arous archidiacano Glasguen., Geo. Schoryswod rectore de Cultyr clerico regis :—Apud Edinburghe, Jun. 14, 1452, a. r. 16.] :— Ac insuper rex—cum consensu trium regni sui statuum, &c., *ut in precedenti carta* 1443,—in sede ejusdem Parliamenti ratificavit et mortificavit Willelmo Scheves archiepiscopo et ejus successoribus, et ecclesie metropolitane S. Andree pro perpetuo,—omnia alia et singula privilegia ac omnes libertates, cartas, &c., temporibus retroactis dicto archiepiscopo et ejus predecessoribus concessas :—RESERVATIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum ;—cum magno sigillo et sigillis prelatorum, baronum, libere tenentium, &c., in dicto Parl. congregatorum, in signum consensus appensis. ix. 41.

1445. Apud Edinburgh, 12 Jul.

REX concessit WILLELMO DE ROTHVEN, filio Wil. de R. de eodem inter ipsum et Isabellam de Levingtoune sponsam quondam Walteri Lindesay de Bewforte genito,—terras baronie de Rothven, cum tenentibus et tenandriis ejusdem, vic. Perth ; terras de Cowgask, in comitatu de Stratherne, vic. Perth ; terras et baronias de Ballernoch et de Newtone, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic. Edinburgh ;—quas dictus Wil. pater resignavit : —TENEND. dicto Wil. juniori et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Joh. de Rothven fratri dicti Wil. junioris et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Wil. de R. patri et heredibus ejus legitimis quibuscunque : — RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum, &c., cum proficuis, curiis, wardis, &c. earundem dicto Wil. patri :—TEST. 105. 83. 110. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 111. ix. 9.

1446. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX—quia alias in tenera etate sua tanquam tutor Johannis olim comitis de Marr, recepit resignationem certarum terrarum de Balgonwere, in baronia de Sawling, vic. Fiff, per Johannem de Haliburtoune resignatarum, et per regem, nomine tutorio, mortificatarum pro perpetuo collegio S. Salvatoris infra civitatem S. Andree, et postea per se confirmatarum ; et tunc totus comitatus de Marr in manus regis devenit ratione forisfacture dicti comitis ;—post generalem revocationem in legitima etate regis factam, de novo dedit et mortificavit dictas terras de Balgonwere oratoribus suis Magistro Johanni de Listone preposito dicti collegii, et Magistris Henrico Weir et Hugoni Spens canonicis ejusdem COLLEGII S. SALVATORIS modernis—pro singulari devotione quam habuit erga dictum collegium : — TENEND. prefatis preposito et canonicis et eorum successoribus, de rege, ad manum mortuam ;—dictis preposito, &c., sustentantibus servitium duorum capellanorum in dicto collegio fundatorum, et preterea celebrantibus missam cotidianam pro salute animarum regis et regine, &c., ac suffragium ac memoriam in qualibet missa pro anima dicti Joh. olim comitis de Marr tantum ; — et ordinavit quod presentatio dictorum duorum capellanorum ad regem pertineret :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 100. ix. 11.

1447. Apud Edinburgh, 18 Jul.

REX confirmavit cartam Roberti de Wintoun,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI DE SCHAW, heredibus ejus et assignatis, —terras dimedietatis ville et terrarum de Blare de Cranby, in baronia de Cranby, vic. Fiffe :—TENEND. a dicto Rob. de rege :— TEST. Tho. de Prestoun, Geo. Sinclare, Jac. Wallace, Joh. Layng, Wil. Queirlande notario publico :—Apud Edinburgh, 12 Jul.,

1480]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 32.

1448. Apud Edinburgh, 18 Jul.
REX confirmavit cartam David comitis de Craufurde, domini Lindesay,—[qua vendidit et alienavit consang. suo JACOBO DE CREICHTOUNE de Rothven, et AGNETI HEPBURNE ejus sponse,—terras de Blakhous, in dominio et baronia de Craufurde-Lyndesay, vic. Lanark,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta :—TENEND. dictis Jac. et Ag. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Jac. quibuscunque, a dicto comite, de rege :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : — TEST. M. Geo. Carmichell thesaurario Glasguen., Joh. Carmichel de Medoflat, Tho. Fothringhame de Poury, Valt. Bertrame burgensi de Edinburgh, M. Gilb. Tiry rectore de Lyne, Geo. de Carmichell, David Fothringhame, Joh. Walch notario publico ;—cum sigillo et subscriptione manuali dicti comitis :—Apud Edinburgh, 11 Jul., 1480]:—Necnon aliam cartam dicti comitis de Craufurde,—[qua vendidit et alienavit dictis Jacobo et Agneti — terras de Litill-Clide, in dominio et baronia de Craufurd-Lyndesay, vic. Lanark, in warantum pro dictis terris de Blakhous,—casu quo ipsi Jac. et Ag. aut eorum heredes, &c., predictis terris de B. pacifice gaudere non potuerint :—TENEND. a dicto comite de rege :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme ;—cum data, subscriptione, et testibus *ut supra*, exceptis Geo. de Carmichell et David Fothringhame]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1468. ix. 56.

1449. Apud Edinburgh, 26 Jul.
REX—nomine tutorio filii primogeniti sui Jacobi, ducis de Rothissay, &c., confirmavit cartam Johannis de Ila et domini Insularum,—[qua allocavit et ad feodifirmam dimisit nativo armigero et alumpno suo JOHANNI DAVIDSONE, filio quondam Gilberti D., heredibus ejus et assignatis,—terras de Grenane, in comitatu de Carrik, vic. Are;—quas idem Joh. habuit in feodifirma, et in manibus dicti Joh. de Ila personaliter resignavit :—TENEND. de dicto Joh. de Ila in feodifirma:—REDDEND. annuatim pro firmis dictarum terrarum 20 libras:—TEST. Rollando Makclane de Dowart, Eugenio Makconnehill de Ardgour, M. Nigello Makkilbreid archidiacono Sodoren., et Dougallo Makgillaspik:—Apud Ila, 6 Mar., 1478]:—SALVIS regi, &c., wardis, &c.;—et proviso insuper quod per hanc confirmationem nullum prejudicium generaretur Elizabeth de Levingstone, sponse dicti Joh. dom. Insularum, penes infeodationem et donationem dictarum terrarum de Grenane dicte Eliz. antea factam pro toto tempore vite ejus, in levatione et receptione firmarum et proficuorum dict. terrarum ejus utilitati et commodo durante vita ejusdem :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 30.

ANNO REGNI 21. ANNO DOMINI 1480.

1450. Apud Edinburgh, 5 Aug.
REX—considerans quod burgus suus de Peblis in liberum burgum regni per suos predecessores Scotorum reges fundatus est et infeodatus, cum privilegiis, &c.,—ex cujus burgi conburgensium et communitatis lamentabili relatione concepit quod ipsi ac inhabitantes ejusdem, diversis temporibus exactis, et noviter, arrestati, attachiati, et vocati per officiarios Foreste de Ettryk extiterant ad comparendum et respondendum in curia regia bondarum dicte Foreste, — in lesionem veterum libertatum et privilegiorum dicto burgo ex antiquo concess.,—pro singulari favore quem gessit erga dictos inhabitantes, &c., ac perpendens molestias et gravamina eisdem in dictis privilegiis illata,—exoneravit imperpetuum conburgenses, inhabitatores, et communitatem dicti BURGI DE PEBLIS et eorum successores,—ab omnibus comparitionibus et responsionibus in dictis

curiis bondarum prefate Foreste de Ettryk : —Et si contingeret quod dicti conburgenses, vel aliquis eorum, transgrederentur in destructione arborum veredum, vel in captione cervorum, bestiarum, ferarum, seu venationalium de dicta Foresta, — voluit quod transgressores hujusmodi punirentur et corrigerentur, et quod amerciamenta inde provenientia levarentur, per cognitionem Assise, ut interest, in itinere regio justiciarie de Peblis, et in nulla alia curia extra libertatem dicti burgi in futurum.

ix. 31.

1451. Apud Edinburgh, 31 Aug.

REX—quia Hugo dominus Fraser regi in debitorem devenit principalem, pro firmis certarum terrarum regiarum comitatus Rossie, existentium in manibus Kenyeoth Mackenze, extenden. de terminis preteritis non solutis, ad summam 203 lib. 16 den.,— et ipso Hugone in bonis mobilibus distringibili pro dicta summa non existente, vicecomes de Forfare, ex mandato regis, appreciavit per certos barones et libere tenentes vic. de Forfare, magno juramento interveniente, terras subscriptas dicto Hugoni pertinentes, de rege tentas, viz. —dimedietatem terrarum dominicarum de Kynnell, ac totam ripam terrarum dominicalium de Kynnell, extenden. annuatim ad 20 mercas, in baronia de Kynnell, vic. Forfare, virtute acti Parl. super debito confecti, ad valorem summe 40 merc.,— post quamquidem appreciationem idem vicecomes palam obtulit dictas terras vendere pro 40 merc., et nulla persona eas emere volente pro dicta summa, acquisivit, —igitur, virtute dicti Acti Parl. in defectu bonorum mobilium, vendidit et assignavit JACOBO OGILVY de Iroly militi, heredibus ejus et assignatis,—predictas terras, dictum Jac. in tenentem suum recipiendo : —Et rex voluit quod non obstante dicta donatione quandocunque dictus Hugo, heredes sui vel assignati, persolverint eidem Jac., heredibus ejus, &c., 203 lib. 16 den. in ecclesia Cathedrali Brechinen., haberent liberum regressum ad dictas terras infra septennium proxime sequens, firmis, &c., medio tempore perceptis in solutione hujusmodi minime computandis : — TEST. *ut in carta* 1447. ix. 33.

1452.[1] Apud Edinburgh, 29 Sep.

REX dedit cartam confirmationis in majori forma sub magno sigillo, confirmando donationem illam quam fecit Robertus dominus Flemyng, MERGARETE LINDESAY, filie Joh. L. de Colvantoun pro toto tempore vite dicte Marg.—de terris baronie de Thankertoun, vic. Lanark ; et de terris de le Westraw de Bigar in baronia ejusdem, inter torrentem et villam de Bigare ex parte orientali, et terras de Cormestoun et Quodquen ex parte occidentali, et terras de le Wolf-clide ex parte australi, et terras de le Baitlaw ex parte boreali ; ac etiam de 22 bovatis terrarum baronie de Bigare jacentibus ex parte australi montis de le Bissybery, necnon de 6 bovatis terrarum de le Hevilyside, in dicta baronia de B. et vic. Lanark ;—quequidem omnes terre extendebant annuatim ad 100 libratas terrarum cum omnibus proficuis ;— pro tenerrimis servitiis et favoribus per ipsam Merg. dicto Rob. dom. F. multipliciter impensis :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—Et dictus Rob. traxit terras et baroniam de Bigare in specialem warrantiam. ix. 34.

1453. Apud . . . . . .

REX concessit DAVID FEMYING militi, filio quondam Macolmi F., ac nepoti et heredi Rob. dom. Flemyng patris dicti Mac., —terras baronie de Lenze, terras de Cummyrnald, cum castro et foresta earundem, vic. Dunbertane ; terras baronie de Bigare, terras de Thankertoun, vic. Lanark ;— necnon 8 mercatas baronie terrarum de Monycabo, vic. Abirdene ; 24 merc. terrarum de Lowre, vic. Forfar ; 24 merc. terrarum de Dunbullys, in baronia de Forgoundevynny, vic. Perth ; terras de Uchtirmune, vic. Striveling ;—que omnes fuerunt dicti Rob. dom. F. avi dicti Dav., et quas dictus Rob. resignavit ; . . . . . (*cetera desunt.*) . . . . . ix. 35.

[1] As a memorandum in Reg.

1454. Apud Edinburgh, 21 Nov.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI INGLIS de Culquhalze et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio—25 sol. terrarum de Megor, et 25 sol. terrarum de Duchlas, in senesc. de Straitherne, vic. Perth ;—quequidem terre ad manus regis devenerunt ratione bastardie per mortem quondam Tho. de Drummond, absque herede legitimo defuncti ;—que terre dicto Tho. dabantur per quondam Joh. Drummond de Culquhailze avum Mergarete D. sponse dicti Joh. Inglis ;—sive dict. terre in manibus regis extiterunt ratione eschaete et forisfacture per alienationem earundem factam per dictum Joh. D., regali consensu non optento :—REDDEND. duo capita lata sagittarum nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 1455. ix. 37.

1455. Apud Edinburgh, 27 Nov.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Jacobi comitis de Mortoun, domini de Dalkeith, et baronie de Aberdour—[qua, cum consensu filii sui et heredis apparentis D. Joh. de Douglas militis,—concessit D. Michaeli moderno abbati MONASTERII INSULE S. COLUMBE DE EMONIA, ac canonicis et conventui ejusdem, — in puram elemosinam, — pro salute animarum regis, regine, Jac. de Douglas militis quondam dom. de Dalkeith avi sui, &c.,—terras de Brego, in baronia de Abirdour, vic. Fyff;—pro singulari favore quem gessit erga dictum monasterium et S. Columbam patronum ejusdem:—TEST. Jac. Douglas secundo genito dicti comitis, Wil. Giffert avunculo dicti com., Jac. Giffert de Schireffhall, M. Alex. Giffert rectore de Neulandis et Mailvin, Jacobo Douglas preposito de Corstorfyn, Wil. Giffert prebendario de Dalkeith, et Tho. Giffert, artium magistris, Tho. Harvy camerario dicti com.: —Apud Dalkeith, in vigilia Omnium Sanctorum (31 Oct.), 1480]:—SALVIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 36.

1456. Apud Edinburgh, 7 Dec.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Wil. de Barry burgensis de Dunde,—[qua concessit ad sustentationem unius capellani divina celebraturi ad altare S. Niniani (ab antiquo per predecessores suos fundatum) in ECCLESIA PAROCHIALI DE DUNDE,—pro salute animarum regis, regine, &c.,—terram suam, que fuit quondam Joh. Watsone, infra burgum de Dunde in vico de le Rattounraw ; 4 lib. annui redditus de terra de le Hundmanhyll, mortificata per regem altari Beati Servani in prefata ecclesia, in vico fori ejusdem burgi ; 40 sol. ann. redd. de terra Wil. Gilcriste in le Moravegate infra dictum burgum :—TENEND. in puram elemosinam : —REDDEND. de dicta terra Domino de Garntuly, heredibus ejus aut assignatis, 40 sol. annui redditus :—TEST. Rob. Grahame de Fyntre preposito, Wil. Chene, M. Andrea Michaelis et Wil. Neuman, ballivis, burgi de Dunde, M. Hen. Berry rectore de Cullace, Alex. Boyis, M. Wil. Berry, notariis publicis, Wil. Monergonde de eodem, Malc. Guthre de Kyngenny, Jac. Ogilvy, David Rollog, Alex. Ogilvy, Jac. Rollog, burgensibus dicti burgi, Rob. Seres clerico communitatis ac notario publico ;—unacum sigillo communi dicti burgi :—Apud Dunde, 10 Sep., 1478]:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 38. [1]

1457. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REX—pro singulari favore et paternali dilectione quos gessit erga eum,—concessit filio suo secundo genito JACOBO SENESCALLI Marchioni de Ormound,—terras comitatus de Ross ac castrum de Dingwale, vic. Invernes ;—que et quod fuerunt Joh. dom. Insularum olim comitis de Ross hereditarie, et tunc ad manus regis devenerunt per forisfacturam dicti Joh. :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi, &c., libere reversuras :—FACIEND. tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. de Invernes, cum warda, &c. :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 43.

1458. Apud Edinburgh, 26 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Charteris

[1] The following names of proprietors of conterminous lands are mentioned in this deed :—Umquhile Walt. of Clogstone, umq. Geo. Broune, heirs of umq. Joh. Barry.

de Amysfeld,—[qua vendidit et alienavit D. JOHANNI DOMINO CARLILE, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 10 lib. de terris suis baronie de Amysfeld, vic. Drumfreis,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta :—Tenend. de rege in feodo :—Apud Edinburgh, 16 Jan., 1480] :—Test. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 4. 58. 87. ix. 44.

1459. Apud Edinburgh, 1 Feb.
REX confirmavit PATRICIO HEPBURNE de Dunsyare, militi, et JONETE DOUGLAS ejus sponse,—terras baronie de Dunsyare, vic. Lanark; et terras de Schirefbiggin, vic. Berwik;—quas idem Pat. resignavit :—Tenend. dictis Pat. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque :—Test. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 52.

1460. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Jacobi Bonar de Rossy,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI COLLISONE burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis, — piscariam dimedii rethis de le Rake super aquam de Dee prope dictum burgum de Abirdene, vic. ejusdem :—Tenend. a dicto Jac. de rege :—Test. D. Wil. Knollis preceptore de Torfichin milite, D. Jac. Allirdes preposito capelle regie S. Andree, Jac. de Creichtoune de Felde, M. And. Mertyne rectore de Kincardin, M. Martino Vaus decano Rossen., Adam Bachlere nuncio regis;—"sequitur subscriptio 'James Bonar of Rossy' manu propria" :—Apud Edinburgh, 7 Feb., 1480] :—Test. *ut in carta* 1456. ix. 39.

1461.[1] Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX, tanquam dominus superior, concessit JOHANNI DOMINO CARLILE, heredibus ejus et assignatis,—pro summa 222 lib. 6 sol. 8 den. debita per Elizabeth Barcare, sororem et heredem quondam Jac. Barcare, viz.;—pro duabus le flakatis argenti, appreciatis ad 100 lib., et una anfra argenti aureati ad 48 uncias cum dimed., et uno cipho cum coopertorio argenti aureati, et uno *le goblat* argenti ad 4 merc. 3 uncias trogeanas argenti operati, qualibet uncia extendente ad unam mercam (exceptis 7 coronis Flandrie datis per dictum quondam Jac., Henrico Lutare Flemyngo) dimissis per dictum Joh. in custodia et depositis cum dicto quondam Jac. B.;—annuum redditum 5 mercarum de terra Joh. Baty, et ann. redd. 3 merc. de terra Andree Quhitsum;—qui annui redditus dicto quondam Jac. pertinebant et appreciati fuerunt ad 160 merc.;—ac etiam terram dicti quondam Jac. in *le Peblis Wynde* in burgo de Edinburgh, appreciatam ad 100 merc. :—Tenend. de rege :—Et rex voluit quandocunque dicta Eliz. vel heredes dicti quondam Jac. contingerent solvere 222 lib. 6 sol. 8 den., super summo altari eccl. colleg. B. Egidii de Edinburgh (demptis 6 coronis Flandrie), infra septennium, quod habebunt liberum regressum ad antedictos annuos redditus et terram; firmis et ann. redd. per dictum Joh., heredes ejus, &c., medio tempore percipiendis in solutione hujusmodi minime computandis :—Test. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 58. 87. ix. 45.

1462. Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX confirmavit cartam Andree Muncur de eodem,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ANDREE MUNCUR, et ELIZABETH GRAHAME ejus sponse,—terras de Fordeis, in baronia de Strathurd, vic. Perth,—pro ejus gratitudinibus et benemeritis multipliciter impensis :—Tenend. dictis And. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti And. patris quibuscunque, de rege, in conjuncta infeodatione :—Reddend. regi unum denarium argenti nomine albe firme :—Test. Jac. Ogilvy de Campsy milite, Joh. de Ballindocht, David Ogilwy de Tolmade, Joh. Ogilvy in Kelore, Jac.

[1] The following names of proprietors of bounding tenements occur in this charter :—Geo. Fyseh, Marg. Prestoun, umquhile Rob. Barcare.

Muncur in Freithlandis, et Jac. Muncur filio dicti And. senioris:—Apud Dunde, 10 Feb., 1479]:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 48.

1463. Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX confirmavit cartam Hugonis, domini Fraser de Lovate et baronis baronie de Kynnell,—[qua confirmavit cartam quondam Johannis Striveling de Breky,—(qua dictus Joh. concessit et ad feodifirmam dimisit filio suo Magistro GEORGEO STRIVELING, heredibus ejus masculis et ejus assignatis,—pro ejus gratitudinibus, favoribus, specialibus meritis et servitiis multipliciter impensis, et pro adjutorio omnium juvenum filiorum et filiarum dicti Joh.,—terras de Estirbreky et omnium aliarum villarum eidem adjacen., in baronia de Kynnell, vic. Forfare:—SOLVEND. dicto Joh. et heredibus suis 10 lib. annuatim nomine feodifirme tantum:—RESERVATIS tamen prius dicto Joh., &c., una tofta cum crofta quas tunc inhabitavit Joh. Mernys, unacum acra terre eisdem contigua, ex parte boreali ville le Cotoune sive Continstoune pro servitio superiori baroni de Kynnell de dictis terris debito:—TEST. Waltero Ogilvy de Oures, David Ogilvy de Tolmade, Joh. Strotoune burgen. de Montross, Pet. Kindy constabulario de Abirdene, Walt. Ogilvy filio naturali dicti Walt. O., Pat. Striveling filio dicti Joh., And. Scot, et Ric. de Bogyhill:—Apud Breky, 10 Dec., 1476):—TEST. (carte Hugonis dom. F.)—D. Alex. dom. de Glammys, Magistris Gilberto Hay de Ury, Joh. Lyoune de Curtestoune, Alano Kynnard de eodem, M. Anthonio de Murray rectore de Setoun, Tho. Kynnard fratre dicti Alani, D. Joh. Striveling notario publico:—Apud Edinburgh, 24 Jan., 1477]:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 49.

1464. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit COLINO COMITI DE ERGILE, domino Campbell et Lorne, magistro hospitii sui,—pro singulari favore quem gessit erga ipsum, et pro ejus gratuitis servitiis,—160 mercatas terrarum dominii de Knapdale, unacum custodia castri regii de Castelsone, vic. Perth, et tunc per novam creationem et statutum Parliamenti infra vic. de Tarbart infra bondas subscriptas, viz.;—terras de Insulis de Dannaa, Wlwaa, Thivinche, cum omnibus terris de Knapdale infra marchias subscriptas, viz.;—inter Lochfyne ex parte orientali, et mare vocatum. Dura ex parte occidentali, ab aqua de Dowkassich ex parte australi extenden. ad boream ad Kantracrenane, et ab Garsolene ex parte australi extenden. ad Lochgilb, &c., in liberam baroniam de Kilmichell:—TENEND. dicto Colino et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Duncano Campbell de Glenurquha et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Duncano C. de Kilmichell et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Arch. C. de Ottir, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Colino C. de Ormydale et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni C. de Ardkinglas, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Colino dom. Campbell et ejus heredibus legitimis quibuscunque:—REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme:—TEST. 105. 83. 86. 7. 3. 102. 58. 87. ix. 47.

1465. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit ALEXANDRO ABIRCRUMBY legitimo filio carnali Roberti A. de eodem, militis, et heredibus ejus,—terras baronie de Murthle, vic. Perth; et terras de Abircrumby, vic. Fyffe;—quas dictus Rob. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento omnium dictarum terrarum, cum curiis, &c., dicto Roberto, et rationabili tertia ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1463. ix. 50.

1466. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX, nomine tutorio filii sui primogeniti Jac. ducis de Rothissay, &c., confirmavit cartam Georgei Campbell de Galstoune,—[qua concessit filio suo GEORGEO CAMPBEL et heredibus ejus,—pro vera dilectione filiali quam habuit erga eundem—terras de Galstoune, juxta tenorem carte Jac. II. de dictis terris confecte, in parochiis de Galstoune et Ricardtoune, in balliatu de Kile-stewart, vic. Are:—TENEND. de

senescallo Scotie : — RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum dicto Geo. seniori :—TEST. D. Geo. Campbell vicecomite de Are, Adam Wallace de Crago, Jac. Lokkart, Wil. Schaw, Jac. Campbell, et Mertino Bannachtine capellano :—Apud Galstoune, 12 Feb., 1480] :—SALVIS dicto duci wardis, &c. :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 51.

1467. Apud Edinburgh, 27 Feb.

REX concessit JOHANNI SCHEVES, filio et heredi apparenti Henrici Scheves de Gilquhas, et heredibus ejus,—terras de Dempstaretoune, Kylboysland, et Scolloland, vic. Fyffe ;—quas Jac. Dempstaretoune de eodem resignavit :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 46.

1468. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX confirmavit cartam Finlayi Troupe, —[qua concessit familiari clerico regis ANDREE LESLY rectori de Rothes, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus gratitudinibus, &c.,—terras none partis dimedietatis terrarum de Cragy, vic. Kincardin: —TENEND. a dicto Finlayo de rege:—REDDEND. wardam, &c :—TEST. M. And. Adezou, David Straithauchin, Geo. Robisone, Tho. Russale, Rob. Gray, burgen. de Edinburgh, Dav. Redheuch :—Apud Edinburgh, 12 Oct., 1480] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 55.

1469. Apud Edinburgh, 17 Mar.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Thome olim episc. Dunkelden., et tunc in universali ecclesia episcopi,—[qua fundavit unam capellam in ECCLESIA BEATI EGIDII DE EDINBURGH, S. Andree dioces., in insula S. Crucis ad columpnam occidentalem ad altare Beatorum Martini et Thome, modo et conditionibus infrascriptis, viz. ;—quod presentatio dicte capellanie sibi Tho. pertineret et post ejus decessum episcopis Dunkelden. ;—quod capellanus haberet personaliter in dicta villa residere, et quod nullum alium beneficium haberet, &c. ;—et pro sustentatione dicti capellani et ornamentorum dicti altaris, concessit, in puram elemosinam,—6 mercas annui redditus de tenemento Donaldi Kile in dicto burgo ; 40 sol. ann. redd. de hospitio dicti episc. de Edinburgh in via australi ejusdem vulgariter *Welgate* seu antiquitus *Kowgate* nuncupata, (cujusquidem hospitii terram seu fundum dictus episc. habuit per conquestum a Joh. de Fauside, ipse vero Joh. et antecessores sui eandem terram a Magistro de Sowtre in feodifirmam obtinuerunt, reddendo Magistro de Sowtre 5 sol. annuatim ;—quodquidem hospitium concessit ecclesie cathedrali Dunkelden. et episcopis ejusdem : — Salvis libero tenemento suo ejusdem, et altari predicto dictis 40 sol.) ; item 20 sol. de terra Stephani Huntar in burgo de Edinburgh ; item 26 sol. 8 den. ann. redd. de terra D. Wil. Paycock capellani in dicto burgo ; item 46 sol. 8 den. ann. redd. de terra David Yhoung filii et heredis quondam Wil. Y. burgen. de Edinburgh :—TENEND. dicto capellano et successoribus ejus modo, &c., prescripto :—TEST. D. David Lindissay de Bewforde milite, Magistris et Dominis Walt. Drummond, David Coldene, Adam Willelmi, Rob. Yrlande ;—unacum sigillo rotundo dicti episc. :—Apud Edinburgh, 13 Mar., 1480] :—SALVIS regi, &c., orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1459.

ix. 53.[1]

---

[1] The following are the names of the proprietors of the conterminous properties to those from which the annual rents mentioned in the above charter were raised :—Rob. of Forgushill, umquhile Joh. Kuke, the Abbey of Melrose, Geo. of Koichrane, Joh. of Fawside, Ric. Perell, umq. Rob. Hawik, Rob. of Boncle, umq. Tho. of Sowtre, Wil. of Liddale, Wil. of Cranstoune.

ANNO DOMINO 1481. ANNO REGNI 21.

1470. Apud Edinburgh, 5 Apr.
REX—pro singulari favore quem gessit erga eum—concessit filio suo secundo genito JACOBO SENESCALLI MARCHIONI DE ORMOUND—terras dominiorum de Brechin et Nevar, cum fortaliciis earundem, vic. Forfar; ac terras dominii de Ardmannach, nuncupatas Avauch et Nethirdule, cum monte de Ormounde, et castro ac fortalicio de Redcastell, vic. Invernes :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi, &c., libere reversuras :—FACIEND. annuatim pro terris dominiorum de Brechin et Nevar, &c., tres sectas ad tria placita capitalia vic. Forfar, unacum wardis, &c.;—Et REDDEND. pro dicto dominio de Ardmannach, &c., unum denarium argenti, nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 1437. ix. 59.

1471. Apud Edinburgh, 5 Apr.
REX confirmavit cartam Alexandri Campbell de Corsewoull, ac domini terrarum de Dalruskane,—[qua concessit consang. suo ROBERTO CHARTERIS de Amysfeld, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus servitio, &c.,—terras de Dalruskane, vic. Drumfreis :—TENEND. tam in tenandiis quam in tenandriis de rege :—TEST. And. Campbell, Rob. Campbell, Jac. Ross, Gawano Charteris, Joh. Makhome notario publico :—Apud manerium de Corswoull, 22 Mar., 1480] :—SALVIS regi wardis, &c.: —TEST. *ut in carta* 1437. ix. 61.

1472.[1] Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX dedit cartam confirmationis sub magno sigillo JACOBO SENESCALLI, MARCHIONI DE ORMOUND, comiti Rossie, &c., confirmando duas cartas suas, —(unam, viz., de terris comitatus Rossie cum castro de Dingwall, et aliam cartam factam de terris dominiorum de Brechin et Neware, et de terris dominii de Ardmannach nuncupatas Avauch et Eddirdule cum monte de Ormond et castro et fortalicio de Redcastell)—ostensas in Parliamento tento apud Edinburgh et inchoato 2 Apr. 1481, coram tribus regni statibus;—non obstantibus quibuscunque annexationibus aut unionibus corone regie de eisdem terris et dominiis prius factis;—et in signum consensus dictorum trium statuum, sigilla quorundam eorum prefate carte appensa fuerunt. ix. 60.

1473. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REX—(quia alias in tenera etate sua concessit Waltero Ker filio Andree K. de Cesfurde, et heredibus ejus masculis in tallia subscriptis,—terras baronie de Cesfurde, cum annexis et pertinentiis sequentibus, viz.;—una terra husbandia vulgariter nuncupata *Huntleisland* in dominio de Cavertoune; necnon cum terris baronie de Auld-Roxburgh, terris de Altoneburne, Primmysside, 18 terris husbandiis in villa de Smalehame, et 20 mercatis terrarum, in Cesfurd, vic. Roxburgh;—quas 20 merc. terr. dictus And. habuit ex conquestu a quondam Jac. dom. Hammyltoune;—et quas baroniam et terras per dictum And. resignatas, et iterum donatas hereditarie dicto Walt., post generalem revocationem dictus Walt., in perfecta etate regis, resignavit in manibus regis)—tunc in perfecta etate concessit dicto WALTERO KER—dictam baroniam cum castro, terris et annexis supradictis, cum pertinentiis:—TENEND. dicto Waltero et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Tho. Ker, fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo Ker fratri etiam ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Radulpho Ker fratri ejus etiam germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. Ker quibuscunque, in feodo et hereditate et libera baronia:—

[1] As a memorandum in Register.

REDDEND. pro Huntleisland, Auld-Roxburgh, Altonburne et dictis 20 merc. terr. de Cesfurde, unum denarium argenti nomine albe firme,—et pro dictis terris de Primmyside et 18 terris husbandiis de Smalehame, tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. Roxburgh, ac sectas ad itinera regia justiciarie, unacum warda, &c.:—RESERVATIS libero tenemento baronie de Cesfurde cum castro ejusdem et annexis predictis dicto And. Ker, et rationabili tertia Mergarete Twedy ejus sponse cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1437. ix. 62.

1474. Apud Edinburgh, 18 Maii.[1]
REX confirmavit cartam Thome Fothringhame de Balleuny,—[qua—cum consensu David F. patris sui—concessit SILVESTRO RETTRE de eodem,—pro ejus consiliis, auxiliis, pecunie summarum solutionibus, omnibus laboribus gratuitis sepius sibi et dicto suo patri, ac pro ipsis in suis magnis vexationibus et necessitatibus factis fideliter et impensis,—terras totius baronie de Balleuny, cum tenentibus et tenandriis ejusdem:—TENEND. dicto Silvestro, heredibus ejus et ejus assignatis, a dicto Tho. F. de rege:—TEST. Pat. Haldene de Kelor, Walt. Haldene, Joh. Fothringhame, Joh. Wildwod, et D. Joh. Kynmonth capellano ac notario publico;—cum sigillo dicti David F. patris:—Apud Perth, 27 Apr., 1481]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1481. ix. 68.

1475. Apud Edinburgh, 20 Maii.
REX confirmavit cartam Willelmi Striveling de Kere, &c.,—[qua concessit MERGARETE CRECHTOUNE filie Jacobi C. de Rothvene,—pro vera dilectione quam habuit erga eandem et pro ejus benemeritis et gratitudinibus sibi impensis,—terras de Strouy et Lubnoch, in baronia de Kere, vic. Perth:—TENEND. dicte Merg. pro toto tempore ejus vite, a dicto Wil. de rege:—REDDEND. regi unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. Jac. Hering de Tuliboyll, Adam Hepburn, Joh. Striveling, M. Ric. Lausone, And. Arnot, Joh. Monypenny, Joh. Walch notario publico, et Joh. Franch capellano:—Apud Edinburgh, 25 Jun., 1479]:—TEST. 105. 83. 110. 7. 60. 3. 102. 112. 58. x. 24.

1476. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX confirmavit GILBERTO SKENE de eodem et CRISTIANE MERSARE ejus sponse—terras de Aldloch et Tulivale, vic. Abirdene;—quas idem Gilb. resignavit:—TENEND. dictis Gilb. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gilb. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1488. x. 11.

1477. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis de Nesbit de Wynschelis,—[qua concessit LUCE DE NESBIT filio primogenito Radulphi de N. filii sui, et heredibus ejus,—terras de Wynschelis, cum pertinentiis, viz., una terra husbandria in villa et territorio de Chernesyde, vic. Berwici, (mansione, cum orto et capella ad quantitatem unius acre terre dictarum terrarum duntaxat exceptis),—pro ipsius Luce de N. auxiliis, &c.:—FACIEND. tres sectas curie ad tria placita capitalia tenend. apud Wynschelis:—RESERVATIS libero tenemento dictarum terrarum dicto Joh. de N., et rationabili tertia sue sponse, si contigerit;—et post decessum ipsius Joh., libero tenemento Radulpho N. filio suo et patri dicti Luce, et post decessum dicti Rad., rationabili tertia Alisone ejus sponse:—TEST. Alex. Hepburne, Arch. de Hepburne, Rob. de Erth, Tho. de Hepburne, armigeris, et Alex. Clerk notario publico, burgensibus de Hadingtoun:—Apud Wynschelis, 3 Sep., 1453]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 70.

1478. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX confirmavit cartam Alexandri Burnate de Leis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ALEXANDRO BURNATE, et JONETE GARDIN ejus sponse,—unum pendiculum dominii de Leyis, viz., terras

[1] Dated *an. reg.* 22. Either this or the A.D. must be wrong.

de Cannoglerоucht, vic. Kincardin :—TENEND. dictis Alex. et Jon. in conjuncta infeodatione et heredibus masculis inter eosdem procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Jac. Vischard de Pittarroucht, Dav. Berclay inhabitante Johannestoune, Rob. Thoulat de Connansithe, Arch. Rait de Coltoun, Tho. Tailyour, Nycholaio Proffit, Alex. Wod :—Apud ecclesiam paroch. de Fordone, 28 Maii, 1481] :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 69.

1479. Apud Edinburgh, 12 Jun.

REX confirmavit cartam Walteri Lichtoun de Houshawin (Howsane) et de Westir Campsy,—[qua—pro singulari dilectione filiali quam habuit erga ipsum—concessit filio suo et heredi apparenti WALTERO LICHTOUN, et heredibus ejus,—terras de Westir Campsy, vic. Forfar: —TENEND. de rege: — REDDEND. regi unum denarium argenti, nomine albe firme : —RESERVATIS libero tenemento dicto Walt. patri, et rationabili tertia Cristiane Spens, sue sponse, cum contigerit :—TEST. David Rossy de eodem, Ric. Foulartoun, M. Pat. Rossy, Rob. Lichtoun, D. Wil. Myll capellano, Wil. Glen, Wil. Moncur :—Apud Houshawin, 24 Maii, 1481] :—NECNON aliam cartam dicti Walteri,—[qua—pro dicta causa—concessit prefato filio suo Waltero Lichtoun, et heredibus ejus,—terras dimedietatis de Dulawe, vic. Kincardin :—TENEND. de rege :—REDDEND. communem sectam in curia vic. de Kincardin, cum warda, &c. :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt. patri, et rationabili tertia Cristiane sue sponse, cum contigerit : —TEST. et de data *ut supra*] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 63.

1480. Apud Edinburgh, 10 Jul.

REX constituit et ordinavit TARLACH MAKALEXANDER—pro toto tempore ejus vite—senescallum terrarum de Kyntir, infra bondas ejusdem, a Sannych versus occiden. et super aquam de Sanys ex occidentali parte ejusdem ;—ac etiam concessit dicto Tarlach—pro toto tempore ejus vite, pro ejus fideli servitio—40 mercat. terrarum infrascriptas, viz., 4 mercat. terrarum de Machquharrymore de Dounnaverty; 2 merc. terrarum de Twa Ramwllis; 2 merc. terrarum de Edyne; unam mercat. terre de Knokstappilmore; unam merc. terre de Keranbeg; 2 merc. terrarum de Glennomuklach; 5 merc. terrarum de Kildavy; 5 merc. terrarum de Polmulyne; unam merc. terre de Gartanagarauch; unam merc. terre de Eradall; unam merc. terre de Solkauch; 3 merc. terrarum de Glennahervy; 2 merc. terrarum de Feachaig; 20 sol. terrarum de Corpany; dimediam merc. terre de Barfarnay; 2 merc. terrarum de Auchnaglek; 2 merc. terrarum de Kilmichell; 4 merc. terrarum de le Crag; infra dictas bondas :—TENEND. in feodo, &c. x. 9.

1481. Apud Edinburgh, 12 Jul.

REX confirmavit WALTERO DOMINO INNERMETH et MERGRETE LINDESAY ejus sponse—baroniam ac terras de Redecastell, unacum castro nuncupato le Redecastell et molendino dicte baronie, vic. Forfare ;—quas idem Walt. resignavit :—TENEND. dictis Walt. et Merg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscunque :—TEST. 105. 83. 86. 7. 60. 3. 102. 58. 87. ix. 66.

1482. Apud Edinburgh, 19 Jul.

REX concessit MACOLMO FORESTER commoranti in nemore de Torwod, et heredibus ejus,—terras dimedietatis baronie de Litil Kettilstoun, vic. Linlithqw ;—quas Rob. Forester resignavit :—TEST. *ut in carta* 1477. ix. 71.

1483. Apud . . . . . .

REX ad instantiam partium secundum tenorem Acti Parl. fecit registrari literam obligationis, sub hac forma : — Be it kend, &c. . . . . me Gelis the Ros the douchter of Schir Johnne the Ross of Halkhed, Knicht, to be bunden and oblist

REX dedit cartam confirmationis sub magno sigillo ROBERTO CRECHTOUN de Sanquhare, pro ejus fideli servitio, per ipsum exhibito in defensione regni et resistentia rebellium et proditorum regis, viz. Alex. Stewart et Jac. Douglas militis, &c. (*ut in carta* 1594),—de duabus cartis tallie factis per Jac. II. regem Scotorum quondam Roberto Crechtoun de Sanquhar militi et heredibus ejus masculis ;—una de officio vicecomitis de Drumfres cum omnibus ejus feodis, &c., et altera de baronia de Sanquhare, vic. Drumfres ;—ratificando ipsas duas cartas non obstante quacunque revocatione, &c., alias facta. xi. 77.

1598.[2] Apud Edinburgh, 21 Aug.
REX dedit literam sub magno sigillo ARCHIBALDO DOUGLAS, pro toto tempore vite ejus,—super donatione dimedietatis terrarum de Cabristoun, vic. Peblis, —pro ejus fideli servitio. xi. 76.

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

1599. Apud Edinburgh, 27 Sep.
REX concessit DAVID COMITI CRAUFURDIE, domino Lindissay—terras de Cokburn et Todrik, vic. Berwic, pro ejus fideli servitio;—quequidem terre fuerunt Alexandri olim ducis Albanie, et tunc regi pertinebant ob forisfacturam ejusdem Alex.:—Tenend. dicto comiti et Margarete Carmichell ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus aut assignatis dicti comitis quibuscunque:—Reddend. wardam, relevium et maritagium cum contigerint:—Test. 105. 131. 132. 133. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 1.

1600. Apud Edinburgh, 30 Sep.
REX confirmavit cartam Thome Cant, burgensis de Edinburgh,—[qua concessit filio suo naturali JOHANNI CANT, pro singularibus favore, amore, &c., quos gessit erga ipsum,—orientalem dimedietatem totius terre anterioris tenementi sui, continentem sellarium inferius, botham ejus supra, cameram supra gradum et orientalem dimedietatem superioris solii, ex australi parte vici regii de Edinburgh, inter terram Alex. Twedy et terram quondam Joh. Yhoile:—Tenend. dicto Joh. et prolibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Henrico C. fratri ejus germano et prolibus ejus, &c., quibus deficientibus, reversuram dicto Tho. et heredibus suis legitimis et propinquioribus quibuscunque, de rege:—Reddend. regi servitium burgi debitum et consuetum, necnon hospitali B. V. M. in venella vulgariter *Sanct Mary Wynd* et pauperibus inibi existen. 13 sol. 4 den. annuatim:—Reservato libero tenemento dicto Tho.:—Test. Hen. Cant, Tho. Tod, Joh. Fowlare, Stephano Borthwic, Wil. Yong, Joh. Thomsoune, Joh. Duncanesoune, Adam Bell, Gilb. Jamesone serjando;—cum sigillo Joh. Barcare unius ballivorum de Edinburgh sasinam dantis, &c.:—Apud Edinburgh, 25 Sep., 1484]:—Necnon aliam cartam dicti Tho. Cant,—[qua concessit filio suo naturali HENRICO CANT, pro singularibus favore, amore, &c.,—occidentalem dimedietatem totius terre predicti anterioris tenementi sui:—Tenend. dicto Hen. et prolibus, &c., (*ut supra*), quibus def., Joh. Cant, fratri ejus germano et prolibus, &c. (*ut supra*), quibus def., reversuram dicto Tho. &c. (*ut supra*):—Reddend. regi et dicto hospitali (*ut supra*):—Reservato libero tenemento dicto Tho.:—Test. &c. (*ut supra*)]:—Test. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. x. 90. et 91.[1]

1601. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REX dedit et assignavit THOME OGILVY de Clowa, et heredibus ejus,—tres quarterias terrarum de Inschewin, vic. Forfare, per compositionem factam, pro summa 340 merc. tempore appreciationis ejusdem regi persoluta;—que terre fuerunt quondam Walt. Ogilvy de Owres, et appreciate fuerunt per regem pro certis summis pecuniarum per dictum Walt. regi debitis:—Test. *ut in carta* 1599. xi. 3.

1602. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REX—quia per decretum dominorum auditorum causarum et querelarum electorum in Parliamento tento 18 Feb. 1483, Jacobus de Dunbar de Cumno Elizabeth comitisse de Ross summam 700 merc. per ipsum debitam, et 10 merc. pro dampnis et expensis in prosecutione dicte summe, persolvere tenebatur;—et dicto Jac. in bonis mobilibus distringibili non existente pro summa predicta, vicecomes de Are unam mercatam terrarum de Wellis de Gelt, 2 merc. terr. le Lethanis, unam merc. terr. de Knokluy, unam merc. terrarum de Ruchside, 2 merc. terrarum de Uvirgar(c)lach, 2 merc. terr de Nethirgarclach, et 2 merc. terr. de Nethirgerreve, antique extente, dicto Jac. pertinen., vic. Are, pro dicta summa appreciari fecit;—quas eadem Eliz. acquisivit;—igitur concessit, tanquam dominus superior, dicte ELIZABETH COMITISSE DE ROSS, heredibus et assignatis ejus,—predictas terras, et ipsam in tenentem earundem recepit;—et rex voluit quod dictus Jac. et heredes ejus

[1] A mistake has been made in numbering the Register; the above is one charter.

haberent liberum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicte Eliz., &c., 710 merc. infra septennium:—TEST. *ut in carta* 1613. xi. 8.

1603. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REX—quia exigit reipublice salus, &c.—(*ut in* 1590 *ante*)—eapropter concessit familiari suo ALEXANDRO KIRKPATRIK et heredibus ejus, pro fideli et animoso servitio regi prius et novissime impenso in regni defensione, super occidentales regni limites, in bello contra Alex. olim ducem Albanie, Jac. Douglace olim comitem de Douglace et alios rebelles, et veteres Anglie hostes qui regnum hostilibus armis invaserunt;—et specialiter pro captione ejusdem Jac. ejusdem belli tempore, ac pro ejus persone regi portatione secundum tenorem Acti Parl. et proclamationis desuper facte, proque fideli servitio per eundem Alex. regi, heredibus et successoribus suis in futuro impendendo, et prefato Alex. ad rei memoriam et ad instigand. alios legeos suos fideles temporibus futuris talia servitia perpetrare,—terras ville de Kirkmichell cum le Plewlandis ejusdem, terras de Molin, Raahill, Crunzanctowne, et Monygep, in baronia de Kirkmichell, vic. Drumfreis, extend. annuatim ad 30 lib.; terras de Drifeholme, Bekhous, villam de Drivisdale, Torwod, Belhill, Beltone et Quawis, in senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis, extend. annuatim ad 22 lib.,—in manibus regis existentes ratione forisfacture Willelmi olim dom. Creichtoune et Galvini C. fratris ejus;—ac etiam terras de Lochbrigeame, extend. annuatim ad 20 lib.; et 18 lib. terrarum de Dunse, infra dominium Marchie, vic. Berwic,—in manibus regis existen. ratione forisfacture prefati Alex. Stewart olim ducis Albanie:—REDDEND. wardas, &c., cum contigerint:—et insuper concessit quod rex et successores sui nunquam in contrarium dicte concessionis devenirent, attento fideli animosoque servitio et obsequio quod dictus Alex. in regni et ligeorum subsidium prestitit, hostium et rebellium devictioni et superationi subvenit:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 80.

1604.[1] Apud . . . . 8 Oct.
REX dedit cartam confirmationis in majori forma sub magno sigillo, super carta abbatis et conventus Monasterii de Dunfermeling, facta THOME TOD et heredibus ejus,—super terris de Scherefhall, vic. Edinburgh. xi. 75.

1605. Apud Edinburgh, 16 Oct.
REX confirmavit Magistro WILLELMO SCOT de Balwery, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Glendovok, cum molendino earundem, vic. Perth;—que fuerunt dicti Wil. hereditarie et Elizabeth de Montcreif, ejus sponse, in conjuncta infeodatione, et quas ipsi in manibus regis resignaverunt:—RESERVATO libero tenemento prefatis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in carta* 1576. xi. 15.

1606. Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX—quia villa de Sanquhare, vic. Drumfreis, ex antiquis temporibus retroactis fuit liber burgus in baronia, et quia carte ejusdem per guerras et alias destructe sunt et combuste,—igitur, ad instantiam et supplicationem Roberti Creichtoun de Sanquhar, vicecomitis de Drumfreis, ac pro ejus fideli gratuitoque servitio—fecit et de novo infeodavit prefatam VILLAM DE SANQUHAR liberum burgum in baronia pro perpetuo, cum omnibus libertatibus, privilegiis, &c.;—et concessit ut haberent crucem et forum perpetualiter die Sabbati singulis ebdomadis, et duas nundinas publicas singulis annis, unam, viz. in festo S. Jacobi Apostoli et aliam in festo Apostolorum Symonis et Jude et per octavas ejusdem:—TEST. *ut in carta* 1576. xi. 16.

1607. Apud Edinburgh, 5 Nov.
REX confirmavit cartam quondam Alex. Ramsay de Dalwolsy militis,—[qua concessit JOHANNI DE BORTHWIK, here-

[1] As a memorandum in Register.

dibus ejus vel assignatis, pro ejus servitio—terras de Crukistoun, in dominio de Weddale et baronia de Dalwolsy, vic. Edinburgh ;—quas quondam Robertus Ramsay de Inverleith resignavit :—REDDEND. unum par calcarium alborum et unum denarium argenti, nomine albe firme :—TEST. M. Geo. de Borthwik archidiacono Glasguen., D. David Ramsay rectore de Keryntoun, Alex. Ramsay filio primogenito dicti Alex. R. dom. de D., Roberto Ramsay, Geo. de Douglace, Geo. Ramsay, et Laurentio de Symountoun :—Apud Dalwolsy, 17 Jul., 1446] :—Ac insuper rex concessit JOHANNI BORTHWIK de Crukistoun nepoti dicti quondam Joh. B., pro singulari favore et pro fideli servitio,—quod, non obstante quod dicta baronia de Dalwolsy de rege tenebatur in warda et relevio, nihilominus quotienscunque ipsa baronia aut baro ejusdem in manibus regis seu successorum ejus ratione warda aut relevii devenire contingeret, dicte terre de Crukistoune cum omnibus eorum pertinen. libere essent dicto Joh. et heredibus ejus a warda et releviis quibuscunque :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 126. xiii. 230.

1608. Apud Edinburgh, 7 Nov.

REX—pro singulari favore, &c., et pro ejus fideli gratuitoque servitio, — constituit servitorem suum JOHANNEM WILSONE burgensem de Edinburgh—camerarium suum infra omnes bondas vic. et burgorum de Edinburgh et Lithqw, et constab. de Hadingtoune,—pro toto tempore ejus vite ; —et concessit dicto Joh. mandatum speciale itinera camerarie infra dictas bondas tenendi, &c. xi. 9.

1609. Apud Edinburgh, 16 Nov.

REX confirmavit GILBERTO BRADY de Estir-Kennate et AGNETI TURING ejus sponse,—terras de Estir-Kennate, vic. Clakmannane ;—quas idem Gilb. resignavit: —TENEND. dictis Gilb. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gilb. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1578. xi. 42.

1610. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REX confirmavit cartam David Rossy de eodem,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti DAVID ROSSY, et ISABELLE LICHTOUN ejus sponse,—terras de Pettarowis, unacum quarta parte de le Manys de Rossy, in baronia de Rossy, vic. Forfar; —pro servitiis et consiliis, &c. :—TENEND. dictis David et Isabelle et eorum alteri diutius viventi in conjunctam infeodationem et heredibus eorum masculis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus dicti David patris, de rege :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : —RESERVATA rationabili tertia Katerine Berclay sponse dicti Dav. senioris, cum contigerit :—TEST. Pat. Stratoun, And. Rossy, Alex. Rossy, Alex. Ligardwode, Walt. Rossy, D. Jac. Rossy capellano, et D. Walt. Clerk capellano notario publico :—Apud messuagium de Rossy, 10 Oct., 1484] :—TEST. *ut in carta* 1616. xi. 20.

1611. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX confirmavit ALEXANDRO DUNBAR de Westfeild militi et ISABELLE SUTHIRLAND ejus sponse —terras de Westfeild, in dominio Moravie, vic. Elgin ;—quas idem Alex. resignavit : —TENEND. dictis Alex. et Isab. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 6. et 44.

1612. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX—quia per decretum dominorum concilii, apud Edinburgh 21 Oct. 1484, Pat. Maxwell filius et heres quondam Geo. M. de Newwerk de Finlawstoune-Maxwell summam 350 mercarum, et 16 Nov. 1484 summam 50 mercarum, ratione certarum indenturarum obligatoriarum et contractuum, M. Willelmo Levenax de Caly persolvere tenebatur ;—et dicto Pat. in bonis mobilibus distringibili non existente, Jacobus Cochrane vicecomes deputatus de Renfrew appreciari fecit duas partes terrarum de Dowwald-Litill, Dowwald-Mekil, et

Duchilhill, extenden. annuatim ad 10 mercas (exceptis 20 sol. terrarum nuncupat. *le Wod*, infra quas locus de Newerk situatur), duas partes terrarum de Langbankis, Myddilpennyland et Slevanemure extend. annuatim ad 9 mercas 9 sol. et 4 den., et tribus diebus foralibus apud crucem foralem de Renfrew easdem pro dicta summa 400 merc. vendere optulit;—quas Robertus dom. Lile, et familiaris regis armiger Joh. Howstoun acquisiverunt;—igitur, virtute acti Parl. et tanquam tutor filii primogeniti sui Jac. ducis de Rothissay, &c., senescalli Scotie, domini superioris dictarum terrarum, concessit dicto ROBERTO DOMINO LILE, heredibus ejus et assignatis,—dictas duas partes terrarum de Langbankis, Myddilpennyland et Slevanemure, pro summa 200 merc. :—et rex ordinavit quod dictus Pat. et ejus heredes haberent plenum regressum in et ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Rob. dom. Lile vel heredibus ejus aut assignatis dictam summam 200 merc., unacum expensis infra septennium, &c. :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 4.

1613. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit armigero suo ALEXANDRO STEWART filio et heredi apparenti Walt. S. de Morphe, et heredibus ejus,—terras de Estir-Lekky et Schiregartane, vic. Strivelin;— quas And. dom. Avandale resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto And. dom. Avandale :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 7.

1614. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit familiari armigero suo, GEORGEO PARKLEE de eodem et MARGARETE NAPERE ejus sponse—terras de Ballormy, et Parkle, vic. Linlithqw :—quas idem Geo. resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1576. xi. 17.

1615. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit cartam Walteri Ramsay de Lumbany,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO RAMSAY et JONETE AUCHINLEK ejus sponse—terras de Balneil, vic. Fiffe, causa matrimonii inter eosdem contracti :—TENEND. dictis Jac. et Jon. et eorum diutius viventi ac heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus legitimis dicti Walt. quibuscunque:—REDDEND. regi 4 den. aut unum par cirothecarum, nomine albe firme :—TEST. D. Jac. Ogilvy de Arly milite, Tho. Fothringam de Powry, Dav. Wedderburn scutifero, et Rob. Seres notario publico:—Apud Dunde, 7 Jan., 1484] :—TEST. *ut in carta* 1616. xi. 19.

ANNO DOMINI 1485. ANNO REGNI 25.

1616. Apud Edinburgh, 15 Maii.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI RUTHIRFURDE militi, et heredibus ejus quibuscunque, pro ejus servitio, — terras de le Est-toune et Tarlane, in Cromare, vic. Abirdene, extend. annuatim ad 20 lib. :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. de Abirdene, unacum warda, &c., cum contigerint :—TEST 104. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 18.

1617. Apud Edinburgh, 19 Maii.
REX — quia per decretum dominorum auditorum causarum et querelarum electorum in Parl. apud Edinburgh, 3 Jul. 1483, Jacobus comes Buchanie Roberto dom. Lile summam 326 merc. 6 sol. et 8 den. persolvere tenebatur;—et dicto Jac. in bonis mobilibus distringibili pro dicta summa non existente, Alex. Luvell de Ballumby, vicecomes deputatus de Forfare, terras de Bordland de

Ketnes dicto Jac. pertinentes, (quas Joh. Bisset, D. Tho. Robertsone capellanus et Dav. Robertsone tunc occupabant ratione assedationis), appreciari fecit;—que terre appreciate fuerunt valere in anno 10 lib. firme (*le Brewland* earundem et 8 bollis brasii de dictis terris dicto Jac. annuatim debitis duntaxat exceptis);—et quas dictus Rob. acquisivit;—igitur, tanquam superior dominus, concessit dictas terras dicto ROBERTO DOMINO LILE heredibus ejus et assignatis;—et rex ordinavit quod dictus Jac. et ejus heredes haberent plenum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Rob. vel heredibus ejus aut assignatis dictam summam 326 merc. 6 sol. 8 den. unacum expensis infra septennium, &c.:—TEST. *ut in carta* 1575. xi. 36.

1618. Apud Edinburgh, 7 Jul.
REX confirmavit cartam M. Jacobi Huntar rectoris ecclesie de Cranstone, dom. de Culmore, filii et heredis quondam Rob. H. de Culmore,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit HUGONI LE ROSS, baroni de Kilrawak, heredibus ejus et assignatis,—terras de Culmore, jacen. in Rossia, vic. Invernes:—TENEND. a dicto Jac. de rege in feodo:—FACIEND. regi servitia debita et consueta, ac REDDEND. wardam et relevium cum contigerint:—TEST. M. Alex. Murray rectore de Hawik ac de Petty et Brachly, M. Geo. Liddale rectore de Foresta de Ettrik, Gilb. de Johnstoun de Elphinstoun, Ewmundo Chesholme et Tho. Malcolme, burgen. de Edinburgh:—Apud Edinburgh, 1 Dec., 1482]:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 135. 58. 136. xi. 21.

1619. Apud Edinburgh, 22 Jul.
REX confirmavit cartam Archibaldi comitis Angusie et dom. de Douglas,—[qua concessit JOHANNI CARMICHEL de eodem, et heredibus ejus masculis, pro ejus servitiis, &c.,—terras de le Neddirtoun de Carmichel, in dominio de Douglas, vic. Lanark:—FACIEND. tres sectas curie si contingeret:—TEST. Wil. Murray, Jac. Inglis, Rob. Weir, Rob. Inglis, Dav. Fresell:—Apud Temptallon, 28 Sept., 1482]:—TEST. *ut in carta* 1618. xi. 22.

1620. Apud Edinburgh, 2 Aug.
REX, tanquam tutor ac gubernator filii sui primogeniti Jac. ducis de Rothissay, &c., senescalli Scotie, concessit armigero suo ALEXANDRO HAMMYLTOUN, et MARJORIE LINDESAY ejus sponse,—terras de Gallistoun, viz., terras de Thologh, Langsyde, Golgoff, Birnewod, Sorn, Sornebeg, Cornsalach, et Dundyvane, cum tenentibus et tenandriis earundem, in dominio de Kyle, vic. Are;—quas Joh. Hammyltoun pater dicti Alex. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum, heredibus legitimis dicti Alex. quibuscunque, de dicto duce, &c., dom. de Kyle, in feodo;—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. H.:—TEST. *ut in carta* 1575.
xi. 37.

1621. Apud . . . . . .
REX—tanquam tutor, &c., filii sui primogeniti Jac. ducis de Rothissay, &c., senescalli Scotie, concessit cancellario suo, COLINO COMITI DE ERGILE, dom. Campbell et Lorne, et heredibus ejus,—terras de Cragburne, et Tawnach, in dominio de Cowale, vic. Ergile;—quas David Lindesay, apparens heres Alex. L. de Dunrod avi sui, resignavit:—TEST. . . . . (*cetera desunt*) . . . . xi. 38.

ANNO REGNI 26. ANNO DOMINI 1485.

1622. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX confirmavit cartam Alexandri Brois de Kynbuk,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit consang. regis JOHANNI DRUMMOND de Cargill, heredibus ejus et assignatis,—terras de Classingallis, in senesc. de Straitherne, vic. Perth:—TENEND. a dicto Alex. de rege:—TEST. D. Jac. Darow canonico Dunblanensi, D. Dugallo Cosour capellano,

notariis publicis, Joh. Halkerstoun, Eduardo Brois, Macolmo Drummond, et Nic. Cristisone :—cum subscriptione manuali dicti Alex. :—Apud Edinburgh, 8 Aug., 1485] : —TEST. *ut in carta* 1658. x. 155.

1623. Apud Edinburgh, 16 Aug.
REX confirmavit cartam prepositi, ballivorum et communitatis burgi de Wigtoun, —[qua concesserunt SYMONI MAKCRISTEN et heredibus ejus,—terras de Mwnkhill, cum pomerio, prato, &c., in terra burgali dicti burgi et ex parte boreali ejusdem ; — quas Joh. M. pater dicti Symonis personaliter resignavit :— REDDEND. 12 den., ac gramina equina abbati Vallis Lucis, dum eundem abbatem ad villam de Wigtoun venire contigerit, infra montem de Mwnkhill :—TEST. Joh. Murhed, Alano M'Lelen, Gilb. M'Lellen, Gilb. Buyte, Tho. Gilberti, Joh. M'Cowlach, Pat. Murdachsone, Pat. M'Blayne, et M. Wil. M'Garwe notario publico :—Apud Wigtoun, 28 Apr., 1484] :—TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 113. 99. 144. 58. 136.
xi. 23.

1624. Apud Edinburgh, 16 Aug.
REX confirmavit cartam Gilberti Makdowell, dom. de Remistoun, — [qua vendidit et alienavit JOHANNI MAKRISTIN, burgensi de Wigtoun, heredibus ejus et assignatis,—duas mercatas terrarum de Carsaregane, antique extente, vic. Wigtoun, in parochia de Kirkewane, viz., a *midstreme* aque de B(l)adnacht, vulgariter vocat. *lie Glassauchfurde*, ex parte boreali, ex parte una, usque ad *midstreme* de Duppoll, ex parte australi, ex parte altera :—REDDEND. unum denarium, nomine albe firme, apud burgum de Wigtoun : —TEST. Gilb. Dikonson de Qulentis, Gilb. Buyte, Mac. Makgilhauch, Gilb. M'Lellane seniore, Alex. Atanane, Hen. Ahannay, Joh. M'Bryne burgen. dicti burgi de Wigtoun et D. Tho. Amuligane capellano ac notario publico :—Apud Wigtoun, 26 Maii, 1471] :—TEST. *ut in carta* 1623.
xi. 24.

1625. Apud Edinburgh, 26 Aug.
REX concessit ALEXANDRO ERSKIN filio et heredi apparenti Tho. dom. Erskin, et heredibus ejus,—terras baronie de Balhaghirdy, cum tenentibus et tenandriis earundem, ac molendinum de Inveralmusy, cum multuris ejusdem, in dominio de Garviauch, vic. Abirdene ; necnon annuum redditum 4 mercarum sterlingorum, de terris de Flandris, vic. predict.;—quas terras, &c., dictus Tho. resignavit :—TEST. *ut in carta* 1578.
xi. 43.

1626. Apud Edinburgh, 13 Sep.
REX confirmavit cartam Patricii Ogilvy de Calzhebroch,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ANDREE OGILVY— terras quarte partis baronie de Baky, vic. Forfar ; de Buthirgask, et Strathefentone, vic. Perth ; de Tollyis, et Drumblat, vic. Abirdene ; et de Arde, vic. Invernes: —TENEND. dicto And. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Pat. et heredibus suis quibuscunque, de rege, in feodo : —RESERVATO libero tenemento dicto Pat.: —TEST. D. Jac. Ogilvy de Erly milite, Joh. Ogilvy de Ballindoch, Dav. Ogilvy de Tolmade, Gilb. Ramsay de Mawise, Wil. Ross, Joh. Ross, Joh. Lowsone, et D. Hen. Brois capellano ac notario publico :—Apud Erly, 30 Aug., 1485] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1658. x. 156.

1627. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX concessit armigero suo M. WILLELMO LEVENAX de Caly, et heredibus ejus quibuscunque,—terras dominicales de Butillis, cum clausura usque ad castellum earundem, terras de Kirkenane, Barlochane, Barnahasteris, Dowball, et Croscrakkane, cum tenentibus et tenandriis earundem, in senesc. de Kirkcudbrycht ;—quas Wil. dom. Monnypenny resignavit : — TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136.
xi. 27.

1628. Apud Edinburgh, 14 Nov.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Roberti Broys de Stanchous,—[qua concessit uni capellano ydoneo ministraturo in capella sive insula sua, a parte australi ECCLESIE PAROCHIALIS DE ERTH,

per quondam Alex. Brois avum suum constructa,—domum sive tenementum, ortum, ac croftam terre ad finem de le Elacrag (Blacrag?) extenden. annuatim ad 20 sol., ad mansum dicti capellani qui pro tempore fuerit; Item, annuum redditum 45 sol. de terris de Erthbeg, pertinen. quondam Dav. Drommond et tunc dicto Rob. hereditarie; Item, ann. redd. 26 sol. 8 den. de una bovata terre de Polknafe, quam alias ad firmam habuit sponsa quondam Tho. Raa; Item, ann. redd. 13 sol. 4 den. de tenemento et orto in villa de Erth, in quibus inhabitabat Joh. Grant; Item, ann. redd. 20 sol. de terris de Salterfeild, quas ad firmam habuit Wil. Rannald; Item, ann. redd. 14 sol. de tenemento Wil. Carnis in villa de Blaknes:—TENEND. in puram elemosinam:— TEST. Alex. Brois, Luca Brois, Edwardo Brois, Rob. Brois, avunculis dicti Rob. B., Tho. Besate de Quarell, et Jac. Redehuch:—Apud manerium de Erth, 11 Oct., 1485]:—SALVIS regi orationum sufragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 1627. xi. 28.

1629. Apud Edinburgh, 7 Dec.

REX—quia per decretum dominorum concilii, apud Edinburgh 11 Feb. 1483, Walterus Stewart de Cardeny, Jacobo Hering de Tulybole summam 552 mercarum pro proficuis granorum, feni, graminis, et piscarie terrarum et ville de Cluny ac lacus et insule earundem, persolvere tenebatur;—et dicto Walt. in bonis mobilibus distringibili non existente, Robertus Donyng vicecomes deputatus de Perth terras de Myddil-Cardeny et molendinum de Cardeny, vic. Perth, extenden. annuatim ad 14 merc., appreciari fecit ad 280 lib.; que terre acquisite fuerunt per dictum Jac. Hering;—igitur concessit dictas terras et molendinum dicto JACOBO HERING, heredibus ejus et assignatis;—et rex voluit quod dictus Walt. et ejus heredes haberent plenum regressum quandocunque persolverint dicto Jac. heredibus ejus aut assignatis dictam summam 280 lib. infra septennium, &c.:—TEST. *ut in carta* 1575. xi. 35.

1630. Apud Edinburgh, 14 Dec.

REX confirmavit cartam Georgei Campbel, militis, filii et heredis D. Geo. Campbel de Loudoun,—[qua, zelo dilectionis et carnalis affectionis, concessit filio suo carnali, JOHANNI CAMPBEL,— 4 mercatas terrarum de Duchra, vulgariter vocatas *le Corshill*, Ruchhil, et Newlandis, in tenemento de Duchra, infra dominium de Kingiskill, vic. Are:—TENEND. dicto Joh., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Tho. Campbel, fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto C. fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Geo. C. militi, et heredibus suis quibuscunque reversuras:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo. militi:—Apud Loudoun, 17 Aug., 1476]:—TEST. *ut in carta* 1633. xi. 49.

1631. Apud Edinburgh, 4 Jan.

REX confirmavit JOHANNI LUNDY de eodem, militi, et ISABELLE FORESTAR ejus sponse,—baroniam de Benholm, et terras dominicales dicte baronie, cum superioritate, &c., ejusdem, vic. Kincardin;—quas idem Joh. resignavit;—ac etiam concessit dictis Joh. et Isab.,—terras de Tulloch, le Casteltoun, Carnenach, Mutehill, et le Brewland, que spectabant ad dictam baroniam de Benholme, vic. predict.—in excambium pro terris de Haltoun et Balcormok, et pro terris de Nethirpratris, que fuerunt prius dicti Joh. et Isab. hereditarie et in conjuncta infeodatione, et tunc, ex eorum resignatione in manibus regis facta, per ipsum concesse sunt Willelmo Lundy, (filio et heredi apparenti dicti Joh.), et Elizabeth Hepburn, ejus sponse, in conjuncta infeodatione, pro dictis terris de Tulloch, &c., quas dicti Wil. et Eliz. in conjuncta infeodatione habuerunt, et quas personaliter resignaverunt:—TENEND. dictam baroniam et dictas terras dominicales, ac terras de Tulloch, &c., dictis Joh. et Isa. in conjuncta infeodatione, ac eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et

propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1623.
xi. 25.

1632. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit familiari armigero suo ALEXANDRO STEWART filio et apparenti heredi Walteri S. de Morphe, et heredibus ejus,—terras baronie de Avandale, cum tenentibus, tenandriis, &c. ejusdem, vic. Lanark ;— quas And. dom. Avandale resignavit :—REDDEND. wardam, &c., cum contigerit :—RESERVATO libero tenemento dicto And. :—TEST. *ut in carta* 1623.
xi. 26.

1633. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit WILLELMO LUNDY filio et heredi apparenti Joh. L. de eodem militis, et heredibus ejus quibuscunque,—terras baronie de Lundy, terras de Nethirpratirris, eidem baronie spectantes, cum superioritate terrarum de Straitherly, vic. Fiffe ;—que terre fuerunt dicti Joh. hereditarie, ac etiam terre de Nethirpratirris fuerunt dicti Joh. et Isabelle Forestar ejus sponse in conjuncta infeodatione, et quas personaliter resignaverunt :—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia dicte Isabelle sponse ejus cum contigerit ;—exceptis terris de Haltoun de Balcormok, que dicto Wil. et Eliz. Hepburne, ejus sponse, pertinuerunt :—TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 134. 113. 138. 144. 58. 136.
xi. 47.

1634. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit WILLELMO LUNDY filio et heredi apparenti Joh. L. de eodem, militis, et ELIZABETH HEPBURNE, sponse ejus—terras de Haltoun de Balcormo, in baronia de Lundy, et eidem baronie spectantes, vic. Fiffe ;—quas dictus Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1633.
xi. 48.

1635. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis Stewart, dom. Dernlie,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit JOHANNI PATONSONE burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Torbanehill, extenden. annuatim ad 4 merc. cum dimedia antiqui extentus, in baronia de Bathcat, regalitate de Renfrew, vic. Linlithqw :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—Insuper assignavit omnes terras suas quascunque infra Scotiam, ad warantizandum dictas terras, &c. :—TEST. Joh. Foular, Ric. Gammyll, Nic. Spethy, Wil. Farnely, Hen. Strathachin, Hugone Lindesay, Joh. le Grahame, et Joh. Allane :—Apud Edinburgh, 19 Apr., 1481] : — NECNON aliam cartam Johannis Maxwell de Calderwod, militis, et dom. dominii de Blakburn,—[qua concessit dicto Johanni Patonsone, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westirtorbane, in dominio de Blakburn, baronia de Bathcat, regalitate de Renfrew, vic. Linlithqw ;—quas Nicolaus Spethy, burgensis de Edinburgh, personaliter resignavit :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Alex. Lindesay de Corsbascate, D. Rob. Spanky vicario de Greynlaw ac notario publico, et D. Joh. Weketschaw, capellanis, Bernardo Fresaill, Tho. Newman, Joh. Raa, et Hen. Strathachin notario publico : — Apud castellum de Caldorwod, 17 Sept., 1485] :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136.
xi. 56.

1636. Apud Edinburgh, 14 Jan.
REX confirmavit cartam Mariote Kessok de Littil-Dunrod,—[qua concessit THOME KENNEDY filio Joh. K. de Blarequhan, pro carnali dilectione et singulari affectione, &c., — terras de Litill-Dunrod, in dominio Galwidie, senesc. de Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis :—TENEND. dicto Tho. et prolibus inter ipsum et dictam Mariotam naturaliter procreatis seu legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque, a dicta Mariota de rege :—TEST. Joh. Davidsone, Gilb. Maklure, Joh. Makconchye, et Euvino Maklure :—Apud

Edinburgh, 12 Jan., 1485]:—TEST. *ut in carta* 1627. xi. 29.

1637. Apud Edinburgh, 16 Jan.
REX concessit THOME BALCOMY filio et heredi apparenti Joh. B. de Pynkertoun, et EGIDIE HAY sponse ejus,—terras de Pynkertoun, infra constabulariam de Carale, vic. Fyffe;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Egid. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., et rationabili tertia Margarete sponse dicti Joh. cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1638. xi. 51.

1638. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REX concessit familiari armigero suo ALEXANDRO BRUSE,—pro ejus fideli et gratuito servitio regi tam infra regnum quam extra idem impenso,—32 libratas terrarum de Byrgehame, vocatas Mekil-Byrgehame, vic. Berwic;—que ad manus regis per forisfacturam Alex. Stewart olim ducis Albanie, et comitis Marchie, &c., legitime devenerunt:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et successoribus suis libere reversuras:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia curiarum vic. Berwic, ac wardas, &c., cum contigerint:—TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 134. 113. 138. 135. 58. 136. xi. 50.

1639. Apud Edinburgh, 17 Feb.
REX confirmavit cartam Alexandri M'Alexander de Dalreauch, ac mari regis de fee infra bondas et limites de Carrik,—[qua concessit domino JOHANNI CATHKERT de Carltoun, militi, pro ejus consiliis et beneficiis,—officium vulgariter nuncupatum *mare de fee*, seu cliens regis, infra dictas bondas:—TENEND. dicto D. Joh., heredibus ejus et assignatis, et eorum deputatis et substitutis pluribus aut uni, de rege, in feodo:—TEST. Hen. M'Cawis de Fundin (Ferdin)-Reauch, Hen. Kennedy de Dalgarwag, Geo. Kennedy de Bennain, Fergucio Kennedy de Commonel, Jac. Dalrimpill, et Dav. Craufurd:—Apud ecclesiam de Commonel, 14 Nov., 1485]:—TEST. *ut in carta* 1477. [1] ix. 74.

1640. Apud Edinburgh, 25 Feb.
REX confirmavit cartam Roberti Ramsay de Cokpen et domini certarum terrarum de Derschestir,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit fratri suo ALEXANDRO RAMSAY, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Derchestir, vic. Berwik:—TENEND. a dicto Rob. de rege:—TEST. And. Ormistoune de eodem, Geo. Douglas de Bon-Judworth, Dougallo Macdowell de Makcarstone, Pat. Douglas, Nycholayo Ormistone, Tho. Browne, Geo. Esdael, Hen. Strathauchin notario publico:—Apud Edinburgh, 25 Feb., 1485]:—TEST. *ut in carta* 1638. xi. 52.

1641. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX confirmavit GEORGEO COMITI DE HUNTLIE domino Gordoun et Badeyenach, ac ELIZABETH COMITISSE DE HUNTLIE ejus sponse,—terras de Ardargaty, in dominio de Aneze, vic. Bamf;—quas idem comes resignavit:—TENEND. dictis Geo. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masculis de eorum corporibus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1642. xi. 54.

1642. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REX—pro filiali dilectione, amore, et benevolentia, &c.,—concessit JOHANNI STEWART tertio genito filio suo,—terras et comitatus de Mar et Garviauch, cum omnibus terris et dominiis eisdem comitatibus pertinentibus, vic. Abirdene; ac cum castro de Kildrumy, et omnibus aliis castris et fortaliciis dictis comitatibus spectantibus, unacum superioritatibus tenentium et tenandriarum eorundem:—TENEND. dicto Joh., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus,

[1] This reference is extremely doubtful.

regi, &c., libere reversuras : — FACIEND. wardas, relevia et maritagia cum contigerint : —TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 134. 113. 138. 135. 58. 136. xi. 53.

1643. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REX concessit ROBERTO ERSKIN, filio et heredi apparenti Alex. E. de Balhagerdy, et ELIZABETH CAMPBELL ejus sponse, —terras de Ellem et Winschelis, vic. Berwic ; ac etiam terras de le Bernys, necnon decimam et duodecimam partes terrarum de le Newtoun, in le Mernys, vic. Kincardin ;—quas Tho. dom. Erskin resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjunctam infeodationem, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. dom. E. quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dicto Tho. dom. E. : —TEST. *ut in carta* 1642. xi. 55.

1644. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX confirmavit cartam Elizabeth Edmonston de Tulialon, filie et unius heredum quondam Jacobi E. de eodem, militis,—[qua, cum consensu sponsi sui, Patricii Blacatir, concessit sorori sue germane MARGARETE EDMONSTON, sponse Walteri Ogilvy, heredibus ejus et assignatis, —dimedias partes terrarum de le Thayndome de Boyne, et dimediam partem annui redditus 6 merc. de villa et burgo de Banff, cum tenentibus et tenandriis dictarum terrarum, vic. Banff ;—in excambium pro dimediis partibus terrarum de Tulialon, cum donatione et advocatione juris patronatus ecclesie parochialis earundem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. a dicta Eliz. de rege :—TEST. M. Dav. Cunynghame, M. Joh. Reston commissario de Glasgw, M. Tho. Bichate, Joh. Elphinston, et And. Ottirburn, ballivis de Glasgw ; —cum sigillo dicti sponsi in signum ejus consensus, &c. :—Apud Glasgw, 25 Feb., 1485] :—TEST. *ut in carta* 1635. xi. 57.

1645. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Archibaldi, comitis de Douglas, domini Galwidie,—[qua concessit Domino JOHANNI DE SUYNTOUN militi, pro ejus homagio et servitio— terras de Craneschawis, unacum advocatione ecclesie ejusdem, vic. Berwici :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro de Suyntoun filio naturali ejusdem dom. Joh., et heredibus masculis, &c. (*ut supra*), quibus def., David de Suyntoun et heredibus masc., &c. (*ut supra*), quibus def., dicto Arch. comiti de Douglas vel propinquioribus heredibus suis reversuras :— REDDEND. unum leporarium apud castrum de Dunbar, nomine albe firme :—TEST. Pat. Heppburn, Joh. de Edmondstoun, Wil. de Borthwik, militibus, Wil. de Hay, Wil. de Sancto Claro, Walt. de Bikirtoune, Wil. de Murehed, M. Alex. de Carnys :— Apud Dunbar, 20 Oct., 1401]. xi. 58.[1]

ANNO DOMINI 1486. ANNO REGNI 26.

1646. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX confirmavit cartam Alexandri Cathkert de Carbirstoun,—[qua concessit ROGERO CATHKERT, filio suo carnali et heredi apparenti, et heredibus ejus, pro ejus servitio, &c.,—terras de Carbirstoun, in Kile-regis, vic. Are :—TENEND. de rege :— RESERVATIS libero tenemento dicto Alex., et rationabili tertia sponse sue :—FACIEND. unam sectam in curia vic. regis proximo post festum S. Michaelis Arch., cum communi secta in itinere justiciarie ;—necnon REDDEND. regi wardam et relevium cum contigerint :—TEST. Rogero Craufurde de Drogane, Rob. Walche de Schawis de Dalgarnok, et D. Wil. Snell notario publico :

[1] This charter is engrossed in the Register simply as the charter of a subject superior without any words of confirmation by the King, either at the beginning or the end. It is probable however that it was intended to be understood as a confirmed charter, and on this account, appearing as it does in the Register, it is here included.

—Apud Air, 2 Jan., 1465]:—SALVIS regi wardis, etc.:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 138. 135. 58. 136. ix. 75.

1647. Apud Edinburgh, 5 Apr.

REX concessit familiari scutifero suo WILLELMO SYMSONE de Lauthreisk, et ELIZABETH CANT ejus sponse,—terras de Estirlauthreisk, et Moncowtymyre, infra baroniam de Lauthreisk, vic. Fiffe;—quarum terrarum feodum fuit dicti Wil. hereditarie, et liberum tenementum fuit Thome Symsone, patris ejus, et quas dictus Wil. personaliter et dictus Tho. per procuratores suos resignaverunt: — TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque: —TEST.[1] *ut in carta* 1728. x. 145.

1648. Apud Edinburgh, 12 Apr.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi Frew, burgensis de Perth,—[qua—zelo amoris, &c.,—concessit filie sue JONETE FREWE—terram in *le Castellgaill*, ex parte orientali ejusdem, inter terram Joh. Gardinnar, et terram quondam Wil. West; ac terram in *le Cursfwrraw* in territorio burgi de Perth, ex parte australi ejusdem, inter terram Joh. Doyt, et terram quondam Duncani Bunch:—TENEND. dicte Jonete et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Isabelle Frew, filie etiam dicti Wil. et heredibus, &c. (*ut supra*), a dicto Wil. de rege; quibus omnibus deficientibus, capellano et altari S. Bartholomei Apost. in ECCLESIA PAROCHIALI DE PERTH, in puram elemosinam in perpetuum:—REDDEND. regi firmam regiam, &c.; necnon de terra in *le Castellgaile* capellano altaris S. Crucis infra dictum burgum 24 sol., ac Roberto Seress et heredibus ejus 20 sol., annui redditus; ac capellano altaris S. Thome Apost. in eadem ecclesia 10 sol. de terra in *le Cursfurraw;* necnon Jacobo Tyry et heredibus ejus 4 sol., annui redditus:—TEST. And. Charteris preposito de Perth, Rob. Mersare, Joh. Lyne, Jac. Gwane, ballivis, Gilb. Broun, Joh. Quhitsone, Jac. Scot, Rob. Donyng, And. Ireland, M. Pat. Scot, et Joh. Doyt, burgensibus dicti burgi; —unacum sigillo Rob. Logy unius ballivorum dicti burgi qui sasinam predicte Jonete contulit:—Apud Perth, 18 Nov., 1472]:—NECNON aliam cartam dicti Wil. Frew,—[qua,—zelo amoris, &c.,—concessit filie sue ISABELLE FREW—terram in *le Castelgail* ex parte orientali ejusdem, inter terram quondam Tho. de Dundee, et terram Wil. Smyth; et 8 sol. annui redditus de quadam terra extra *le Castelgaill*, inter terram And. Purrok, et terram Joh. Gillaspee; 6 sol. 8 den. de terra Arthuri Tailyour in vico ecclesie, inter terram Fratrum Predicatorum et terram Joh. Quhiting: — TENEND. dicte Isabelle et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, predicte Jonete, et heredibus, &c. (*ut supra*), a dicto Wil., de rege; quibus omnibus def., capellano et altari predicto, in puram elemosinam:—REDDEND. regi firmam regiam, &c.; et capellano altaris S. Crucis 11 sol. ann. redd.; necnon priorisse et monialibus de Elchiok 8 sol. ann. redd.; necnon Thome Oliphant, heredibus ejus et ejus assignatis 4 sol. ann. redd.; necnon abbati et conventui de Cupro 4 sol. ann. redd.; et capellano altaris S. Bartholomei 12 den. ann. redd.: —TEST. And. Charteris preposito burgi de Perth, Joh. Lyne, And. Ireland, Rob. Blare, And. Currour, Alex. Bunch, Alex. Scot juniore, Gilb. Broun, M. Pat. Scot, Joh. Doyt, et D. Joh. Ross capellano;—unacum sigillo Rob. Logy, &c. (*ut supra*), 18 Nov., 1472]:—TEST. 105. 131. 139. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. ix. 57.

1649. Apud Edinburgh, 21 Apr.

REX concessit familiari armigero suo WALTERO OGILVY de Auchlevin, et heredibus ejus,—terras de Baldavy, vic. Banf;—que fuerunt quondam Elizabeth Chawmir, et tunc regi pertinuerunt per leges et consuetudines regni, ex eo quod dicta Eliz. nullum de corpore suo heredem

[1] The reference is rather doubtful.

habuit procreatum, nec quemcunque alium heredem qui eidem succedere posset ad dictas terras per hereditariam lineam:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. x. 146.

1650. Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Patricii Brige et Wil. Henrisone, ballivorum burgi de Lochmabane, ac totius communitatis ejusdem,—[qua concesserunt, —ad sustentationem servitii diurnalis B. V. M. in ECCLESIA PAROCHIALI DE LOCHMABANE,—Johanni Welch, capellano, tunc temporis ministranti in dicta ecclesia, et successoribus ejus, —terras communes jacentes ad finem borealem ville de Lochmabane, extenden. ad quantitatem unius acre terre, cum una marresia vulgariter nuncupata *a strudire* juxta le Berresdikis prout una fovea vadit inter le Berresdikis ex parte australi et le Bayflatt ex parte boreali, in quibus terris quondam fuit commune molendinum, unacum aqueductu duarum lacuum;—et hoc pro dict. molendino per dict. Joh. reedificando dictis ballivis et burgensibus ibidem venientibus cum granis molendis, et solvendo dicto Joh., &c., vicesimum granum pro multura:—TENEND. in puram elemosinam de rege imperpetuum:—TEST. Leonardo Kirkpatrik, Joh. Kirkpatrik, Walt. Corbet, Tho. Carutheris, And. Brig, D. Wil. Carutheris rectore de Myddilbe, D. Joh. Barry vicario de Drumsdale (Drivisdale?), D. Laurentio Tynding vicario de Lochmabane, et Joh. M'Home rectore de Castelmilk notario publico:—Apud Lochmabane, 12 Apr., 1486]:—TEST. *ut in carta* 1728.[1] x. 144.

1651. Apud Edinburgh, 2 Maii.
REX—quia, per decretum dominorum auditorum causarum et querularum electorum in Parliamento 16 Maii 1485, Silvester Rettray de eodem, summam 664 merc. 7 den. Willelmo Rothven persolvere tenebatur; —et dicto Silv. in bonis mobilibus distringibili non existente pro dicta summa, Wil. Oliphant vicecomes de Perth appreciari fecit terras de Cultrany, Drumdane, et messuagium baronie de Ouchtirgawin, unacum tertia parte molendini ejusdem, infra dictam baroniam, vic. Perth, dicto Silv. pertinentes, extenden. ad 21 merc.; necnon terras de Torsoppy, extenden. ad 12 merc. 32 den., quas Hen. Adam et Jac. Wilsone occupabant;—quas dictus vicecomes pro dicta summa 664 merc. 7 den. vendere optulit, et quas dictus Wil. Rothven acquisivit;—igitur, concessit dictas terras dicto WILLELMO ROTHVEN de eodem, militi, heredibus ejus et assignatis;—et rex voluit quod dictus Silv. vel heredes ejus haberent regressum ad dictas terras, &c., quandocunque dictam summam dicto Wil. persolverint, infra septennium:—TEST. *ut in carta* 1649. x. 148.

1652. Apud Edinburgh, 18 Maii.
REX confirmavit cartam Andree Balfour de Dovyne ac domini portionarii de Petculo,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit filio suo post nato DAVID BALFOUR, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Petculo, viz., tertiam partem omnium terrarum de Petculo, vic. Fiffe:—TENEND. de rege:—TEST. D. Joh. Balfour capellano filio dicti And. B., Tho. Balfour fratre dicti And., Wil. Coupar, Joh. Bonar, et David Wrycht, conburgensibus de Cupro:—Apud burgum de Cupro, 12 Apr., 1482]:—TEST. *ut in carta* 1649. x. 147.

1653. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI STRIVELIN filio et heredi apparenti Joh. S. de Cragbernard, et heredibus ejus,—terras de Cragbernard, Balgrochqueris, Corsatrik, Leychhedis, et Balglas, infra comitatum de Levenax, vic. Striveling;—quas dictus Joh. S. senior, resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. S. seniori:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. x. 149.

1654. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REX concessit ANDREE HERYS, filio et heredi apparenti Harberti Herys de Terreglis, et heredibus ejus,—terras et baronias de Terreglis, et Kirkgunzane, ac

[1] This reference is doubtful.

dimedietatem baronie de Ur, cum tenentibus, tenandriis ac liberetenentium servitiis earundem, infra senesc. de Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis; ac terras de Moffetdale, et Avandale, et Tornyngarth, Lokartby et Hodome, infra senesc. Vallis Anandie; necnon terras de Barnewele, et Symontoun, vic. Are; ac etiam terras et annuos redditus de Myretoun prefato Harberto pertinentes, infra vic. Wigton; et annuum redditum 20 merc. de terras de Skeauch, vic. Striveling, unacum advocationibus, &c., ecclesiarum dictarum terrarum;—quas terras, &c., dictus Harbertus resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Harberto, ac rationabili tertia Mariote Carlile ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1653. x. 151.

1655. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris capellani sui D. Alexandri Barcare, vicarii de Petynane,—[qua concessit—ad sustentationem unius capellani secularis divina celebraturi ad altarem S. Blasii, in ecclesia parochiali BEATI EGIDII DE EDINBURGH—annuum redditum 10 merc. de terra quondam Rob. Auldoch, ex parte australi vici regii de Edinburgh; ann. redd. 5 merc. de terra Walt. Redpeth ex parte boreali dicti vici; ann. redd. 4 merc. de tenemento Dav. Hopper, ex parte boreali dicti vici; ann. redd. 2 merc. de terra Dav. Flucare, ex parte boreali dicti vici:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Tho. Butelere, Joh. Tavernare, And. Hog, burgensibus dicti burgi, M. Joh. Quhitelaw prebendario de Alitht, Pat. Craufurd, et Wil. Brown, presbyteris:—Apud Edinburgh, 30 Maii, 1486]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 1653. x. 150.[1]

1656. Apud Edinburgh, 15 Jun.
REX confirmavit cartam quondam Roberti Liddale de Balmure et de Crech,—[qua concessit JOHANNI DE HAY, filio quondam D. Wil. de Hay de Nachtane militis, et ELIZABETH ejus sponse, — dimidiam partem terrarum de Crech, vic. Fiffe, pro ejus benemeritis:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque:—REDDEND. unum denarium, nomine albe firme;—TEST. M. Alex. Lummisdene rectore de Flisk, Hen. Malvil filio et herede apparente Rob. M. de Carnebe, Dav. Lummisdene filio et herede apparente Tho. L. de Condillan, Alano de Balfour, D. Joh. Ade vicario de Crech, M. Dav. Hesilden notario, et David Hay:—Apud Crech, 23 Maii, 1461]:—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1653. x. 152.

1657. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX concessit familiari armigero suo et servitori, NICHOLAIO RAMSAY, et heredibus ejus,—terras de Wilstoun, et Carbarry, in baronia de Ravinniscrag, vic. Fyffe;—quas Wil. Sinclare resignavit:—TEST. *ut in carta* 1653. x. 153.

1658. Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX confirmavit cartam Georgii Grenlaw de Yerkstoune,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit THOME GEDDES, burgensi de Peblis, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Acolfeld, cum pertinen., viz., illam tertiam partem de Acolfeld jacentem magis prope villam de Peblis, vic. ejusdem:—TENEND. a dicto Geo. de rege:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Ric. Lawsone, M. Alex. Borthuic, Joh. Twedy, Joh. Barcar, Wil. Clark, Jac. Liddele, Wil. Haw, Rob. Logane, Joh. Androsone, Eduardo Spens, Joh. Stewart, et Hen. Strathauchin notario:—Apud Peblis, 29 Jun., 1486]:—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. x. 154.

1659. Apud Edinburgh, 14 Jul.
REX concessit JACOBO MUNCUR de

[1] The following are the names mentioned in the charter of proprietors of contiguous lands to those from which the annual rents were payable:—Joh. Lamb, Geo. Grenlaw, umquhile Sir Pat. Baroun, knight, umq. Rob. Redepeth father of Walt. R., umq. Rob. Henrisoun, umq. Joh. Makfadzeane, And. Herwy, umq. Wil. Kerkettill, James Cameroun, James bishop of Dunkeld.

Balluny, et heredibus ejus,—terras occidentalis ville de Balluny, et partem orientalis ville de Balluny, cum tenentibus et tenandriis ;—que terre fuerunt occidentalis dimedictas terrarum de Balluny, vic. Forfar, in baronia ejusdem ;—quas Silvester Rettra de eodem resignavit :—TEST. *ut in carta* 1658. x. 157.

1660. Apud Edinburgh, 21 Jul.
REX confirmavit cartam Willelmi Moubraye de Kirktounehile,—[qua, cum consensu matris sue Mariote,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit ANDREE MOUBRAY burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Kirktounehile, in Laudirdaile, vic. Berwici :—TENEND. a dicto Wil. de rege :—TEST. Wil. Hog de Wigornshalch, Joh. Inglis de Langlandehile, Wil. Haucirstoune, Geo. Pringile, Arthuro Lyone, Wil. Hog, Walt. Blaclok, et Joh. Barcar, burgen. de Edinburgh :—Apud Edinburgh, 17 Jul., 1486] :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. x. 159.

1661. Apud Edinburgh, 24 Jul.
REX confirmavit cartam Gawini Johnestoun de Esby,—[qua concessit nepoti suo GAWINO JOHNESTOUN filio quondam Arch. J., filii et heredis apparentis dicti Gawini senioris,—pro ejus servitio, consilio, &c.,—terras de Esby, extenden. annuatim ad 12 merc. antiqui extentus, necnon unam mercatam terrarum de Elcheschelis, antiqui extent., necnon unum tenementum infra territorium burgi de Lochmabane, quod valebat annuatim 40 den., ac etiam dimediam mercatam terrarum de Howis, antiqui extent., infra dominium Vallis Anandie, senesc. ejusdem, vic. Drumfres ; necnon duas mercatas terrarum de Maxtoun in Thevidalia, vic. Roxburgh, antiqui extent. :—TENEND. dicto Gawino juniori, heredibus ejus et assignatis, de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Gawino seniori, ac rationabili tertia Mariote Scot, sue sponse, cum contigerit, unacum terris existentibus in assedatione Joh. Rossael, dimedio molendino de Esby, et pomario juxta maneriem de Elcheschelis, prius traditis dicte Mariote per Oliverum Gerdein, filium ejus secundum, pro termino vite dicte Mariote :—TEST. Michaele Ramsay de Rammwrchalis, Hugone Branede de Hallachis, Wil. Johnistone de Marjoribank, Wil. Henrisone burgen. de Lochmabane, Philippo de Marjoribank de eodem, Joh. Makcome rectore de Castyrmylk notario publico, Joh. Johnistone, et Wil. Berwy : —Apud maneriem de Elcheschelis, 13 Jan., 1485] :—TEST. 105. 131. 132. 133. 134. 113. 99. 144. 58. 136. x. 158.

ANNO REGNI 27. ANNO DOMINI 1486.

1662. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX confirmavit cartam Willelmi Broun de Colstoun,—[qua concessit filio suo WILLELMO BROUN, heredibus ejus et assignatis, — pro singulari affectione et favore, &c.,—terras de Otterstoun, vic. Fiffe : —TENEND. de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil. B. seniori, ac rationabili tertia sponse sue, cum contigerit :—TEST. Geo. episc. Dunkelden., Colino comite Ergadie dom. Campbel et Lorne cancellario Scotie, And. dom. Avandale, D. Jac. Allerdes capellano preposito ecclesie collegiate B. Marie infra civitatem S. Andree, Joh. Campbell archidiacono Ergadie, David Balfour de Carastoun, Joh. Striveling, Wil. Ramsay, Alano Malvill, Joh. Walch notario :—Apud Edinburgh, 2 Aug., 1486] :—TEST. *ut in carta* 1660. x. 160.

1663. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX confirmavit cartam Walteri Kynnard de Inchsture,—[qua concessit nepoti suo JOHANNI DE KYNNARD et heredibus ejus,—pro dilectione naturali,—terras de Inchsture, et de Balgavy, cum tenentibus et tenandriis earundem, in baronia de Inchsture, vic. Perth :—TENEND. de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt., ac rationabili tertia Margarete sponse sue, cum contigerit :—TEST. And. Moncur de

eodem, Rob. Kynnard, D. Rob. Moncur, D. Tho. Davidsone, capellanis, D. Wil. Ettaile presbytero ac notario publico :—Apud Inchsture, 17 Oct., 1486] :—TEST. *ut in carta* 1665. x. 72.

1664. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REX—quia per decretum dominorum concilii apud Edinburgh, 7 Dec., 1485, Archibaldus comes Angusie summam 155 merc. 12 sol. 8 den. Thome Fothringame persolvere tenebatur ;—et dicto Arch. in bonis distringibili non existente, vicecomes de Forfar illas superioritates, &c., appreciari fecit, viz.—superioritatem et annuum redditum tenementi et trium acrarum terre Joh. Crab, extenden. annuatim ad 30 sol. ; super. et ann. red. tenementi et duarum acrarum terre Joh. Fettas, extenden. ad 20 sol. ; super. et ann. redd. tenementi et trium acrarum terre Dav. Alane, extenden. ad 30 sol.; super. et ann. redd. tenementi et unius acre cum dimedia terre D. Joh. Skynnare, extenden. ad 15 sol.; super. et ann. redd. tenementi et unius acre terre Rob. Buttir, extenden. ad 10 sol., infra villam de Kerymure, vic. Forfar;—quos dict. Tho. acquisivit;— igitur concessit dicto THOME FOTHRINGHAME, heredibus ejus et assignatis,—predictas terras, &c. :—et rex voluit quod dictus comes vel ejus heredes haberent regressum quandocunque dicto Tho. heredibus ejus aut assignatis dictam summam persolverint infra septennium :—TEST. *ut in carta* 1660. x. 161.

1665. Apud Edinburgh, 1 Nov.
REX confirmavit cartam per se prius factam familiari militi suo OLIVERO SINCLARE—de terris baronie de Pentlande, &c. (*ut in carta* 1271) :—TEST. 139. 132. 133. 71. 3. 113. 138. 144. 58. 136. x. 70.

1666. Apud Edinburgh, 1 Nov.
REX confirmavit cartam per se prius factam OLIVERO SINCLARE — de terris et baronia de Roslyn, &c. (*ut in carta* 1270) : —TEST. 139. 132. 133. 134. 113. 99. 143. 144. 58. 136. x. 162.

1667. Apud Edinburgh, 11 Nov.
REX concessit ALANO LOKART, filio et heredi apparenti familiaris armigeri sui Stephani Lokkart de Cleghirne, et KATERINE QUHITEFURD sponse dicti Alani,—terras de Grugfute, vic. Linlithqw ;—quas dictus Stephanus personaliter resignavit :—TENEND. dictis Alano et Katerine et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Stephani quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1665. x. 71.

1668. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit cartam Patricii Maknab de Bovane,—[qua—pro filiali dilectione, &c.,—concessit filio suo et heredi apparenti FINLAYO MAKNAB et heredibus ejus, —terras de Bovane, Ardkelze-Estir, et Doinch, in baronia de Glendochard, vic. Perth :—TENEND. de rege :—REDDEND. unum par cyrothecarum nomine albe firme : —TEST. Duncano Campbell de Glenurquhay, Wil. Stewart de Baldorane, D. Joh. Murray priore de Strafulane, Donaldo Campbell, et Joh. Campbel :—Apud Killyn, 1 Jan., 1486] :—TEST. *ut in carta* 1665. x. 73.

ANNO DOMINI 1487. ANNO REGNI 27.

1669. Apud Edinburgh, 3 Apr.
REX, tanquam tutor, &c. filii sui primogeniti Jacobi ducis de Rothsaye,—confirmavit cartam Johannis Dalrimpil de Laucht et Dalwene,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI KENNEDY de Blarequhan, heredibus ejus et assignatis,—100 solidatas terrarum de Dalwene, antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Are :—TENEND. de domino comite de Carrik :—TEST. Alano Dalrimpill, Tho. Kennedy, Wil. Schaw de Polkemmate, Dugallo Adonyll, M. Pat. Pethed notario publico :—Apud Are, 8 Mar., 1486] :—TEST. *ut in carta* 1665. x. 74.

1670. Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX, tanquam tutor filii primogeniti sui Jacobi, ducis de Rothissay, &c. confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwod militis,—[qua concessit filio suo primogenito et heredi apparenti GAWINO MAXWELL, et heredibus ejus,—pro filiali dilectione, &c., ac ejus servitio,—terras de Jaktoun, Allertoun, Newlandis, et Grenhillis, cum tenandiis et tenandriis, in baronia de Kilbride, vic. Lanark; necnon terras de Mekilblakburn, cum tenandiis, tenandriis, &c., in baronia de Bathcat, vic. Renfrew: —TENEND. a dicto Joh. M. de senescallo Scotie:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. ac rationabili tertia uxori sue cuicunque:—TEST. Rob. Mure de Polkelle, Rob. Stewart de Galstoun, Wil. Mure de Linflaire, Geo. de Murhede, D. Joh. Sando et D. David Red, capellanis:—Apud Polkelly, 14 Feb., 1486]:—TEST. *ut in carta* 1685. x. 107.

1671. Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwod militis,—[qua concessit filio suo primogenito et heredi apparenti GAWINO MAXWELL, et heredibus ejus, pro filiali dilectione, &c., ac ejus servitio,—terras de Cragtoun et Thomboy, cum tenandiis, tenandriis, &c., in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane:—TENEND. a dicto Joh. de rege, tanquam comite de Levenax:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia uxori sue cuicunque:—TEST. *ut in carta precedente* 1670:—Apud Polkelle, 14 Feb., 1486]:—TEST. *ut in carta* 1685. x. 108.

1672. Apud Edinburgh, 23 Apr.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Henrici Erkill et D. Jacobi Erkell, capellanorum fratrum germanorum,—[qua concesserunt uni capellano divina celebraturo ad altare Sancte et Individue Trinitatis in ECCLESIA PAROCHIALI BEATI MICHAELIS DE LINLITHQW—annuos redditus infrascriptos jacentes in territorio dicti burgi, viz.—11 sol. de tenemento Rob. Duncane, 10 sol. de acra terre campestris, 13 sol. 4 den. de tenemento Rob. Amysfeld, 40 sol. de tenemento Wil. Carnis, 20 sol. de tenemento quondam Dav. Hamiltoun, 14 sol. de tenemento Wil. Hill et Wil. Bryssoun, 40 sol. de tenemento in *le Myddilraw*, 8 sol. de tenemento Joh. Palmare, 20 sol. de tenemento Cuthberti Purdy, 8 sol. de tenemento Alex. Foulis, 7 sol. de tenemento quondam Tho. Schaw, 4 sol. de tenemento quondam Jac. Amysfeld, 5 sol. de tenemento Joh. France, 12 den. de tenemento quondam Tho. Foulis, 5 sol. de tenemento quondam Tho Wilsoune:—TENEND. in puram elemosinam imperpetuum:—TEST. Anselmo Sersanderis capitaneo palatii de Linlithqw, Tho. Caveris, et And. Scot, ballivis dicti burgi, Hen. Levinstoune de Myddil-benyng, Tho. Forest, Joh. Cowpare, Joh. Palmare, Joh. Kar, Pat. Davisone, Joh. France, Joh. Jak, burgen., et Alex. Foulis notario publico et scriba curie: —unacum sigillo D. Joh. Fresale prepositi collegiate ecclesie de Abirnethy:—22 Apr., 1487]:—TEST. *ut in carta* 1665. x. 75.[1]

1673. Apud Edinburgh, 7 Maii.
REX,—quia per decretum dominorum concilii diversis diebus et mensibus in annis 1485 et 1486, Maliseus comes de Menteth summam 400 merc. Jacobo Muschet de Tolgarth persolvere tenebatur,—et dicto comite in bonis mobilibus distringibili non existente,—Joh. Murray de Milntoune, deputatus senescalli de Stratherne, terras de Kirkbride, dicto comiti pertinentes, extenden. ad 20 merc. annuatim appreciari fecit;—quas terras dictus Jac. acquisivit;—igitur concessit dicto JACOBO MUSCHET, heredibus ejus et assignatis, —dictas terras de Kilbride:—Et voluit quod dictus comes et heredes ejus haberent regressum quandocunque dicto Jacobo dictam summam cum expensis persolverint

[1] The following are the names of proprietors of lands or tenements bounding the properties from which the above annual rents were derived:—And. Logane, Joh. Cowpare, Joh. Caveris, Joh. Palmare, Wil. Patersoun, umquhile Pat. Hathwe, And. Scot, Tho. Colyne, umq. Tho. Gray, Joh. Johnestoun, umq. Pat. Hatkin, Geo. Parcle, Joh. Mane, umq. Wil. Carmichell, Edw. Broun, Hen. Kynnell, James Caveling, Rob. Wolf, umq. Rob. Hathwe.

infra septennium :—TEST. 132. 133. 134. 113. 138. 102. 144. 145. 58. 136.
x. 132.

1674. Apud Edinburgh, 26 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis Langlandis de Cullace, et Elizabeth Lindesay ejus sponse,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta,— vendiderunt et alienaverunt PATRICIO BERCLAY de Garnetuly, heredibus ejus et assignatis,—terras de Drumblat, que fuerunt quondam Margarete Fentoun domine de Baky, in dominio ejusdem, vic. Abirdene:—TENEND. de rege: —TEST. Tho. Fothringaham de Powry, Dav. Guthre filio et herede apparenti Joh. G. de Essy, Alex. Boys, M. Wil. Barry et Rob. Seres notariis publicis :—Apud Dunde, 11 Apr., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1635.
xi. 59.

1675. Apud Edinburgh, 15 Jun.
REX confirmavit cartam Willelmi Charteris de Cagnor militis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti THOME CHARTERIS, heredibus ejus et assignatis, pro ejus servitio,—terras de Haltoun, Cragtoun, Pitmorche, Craigour, in dominio de Lumpquhannan, vic. Abirdene ; et terras de Kynfawnis, et Pitsindy, in dominio de Kynfawnis, vic. Perth :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et post ejus decessum Agneti Cochrane sponse sue rationabili tertia earundem terrarum : —TEST. David Bros filio et herede Joh. Bros de Ciakmannan, Dav. Bros de Kennat, David (*sic*) Nicholao Cochrane, Macolmo Forestar de Torwod, armigeris, Rob. Forestar artium magistro, Dominis Joh. de Dunlop, Joh. Spens, capellanis, notariis publicis, et David Redheuch clerico :—Apud Ethe, 13 Jul., 1470] :—TEST. *ut in carta* 1665.
x. 76.

1676. Apud Edinburgh, . . .
REX confirmavit cartam Alexandri Guthre de Glenquharidy,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit Domino JOHANNI KINNABIR, vicario de Cortoquhy, heredibus ejus et assignatis, — dimedietatem terrarum de Estir-Glenquharidy, vic. Forfar :—TENEND. de rege : — REDDEND. unum denarium nomine albe firme ; — et obligavit se, heredes suos, &c., et terras suas et signanter dimedietatem terrarum de Westir Glenquharidy, ad faciendum sectam et servitium pro dictis ambabus dimedietatibus prefatarum terrarum de Estir et Westir Glenquharidy, exceptis wardis et relevio pro dimedietate de Estir Glenquharidy :—TEST. Joh. Farnly de eodem, Tho. Wardlaw, Jac. Clidisdale, burgen. de Edinburgh, Joh. Farnly, Wil. Farnly, et Hen. Strathauchin, notariis :—Apud Edinburgh, 2 Jul., 1487] : —TEST. *ut in carta* 1665.
x. 77.

1677. Apud Edinburgh, ...
REX concessit DAVID BALFOUR, burgensi de Dysert, et heredibus ejus,—terras de Myddil-Kynmuk, vic. Fiffe ;—quas Arch. Huntar et Margareta Symsoun ejus sponsa resignaverunt :—TEST. *ut in carta* 1665.
x. 78.

1678. Apud Edinburgh, 20 Jul.
REX confirmavit cartam Willelmi de Sancto Claro baronis de Newburgh,—[qua—pro debitis suis acquitandis ac sustentatione vite sue, ac cum consensu Cristine Leslie sponse sue,—vendidit et alienavit PATRICIO GORDOUN de Methtlik, heredibus ejus et assignatis,—terras de Archadlie, in baronia de Newburgh, vic. Abirdene, cum parte piscarie aque de Ithane eisdem de jure pertinen., et cum superioritate unius annui redditus 100 sol. Domino de Forbes de eisdem debiti,—pro certa summa pecunie persoluta :—TENEND. a dicto Wil. de rege :—TEST. Walt. Ogilvy de Auchlevin, Joh. Ogilvy, Wil. Wysman, Alex. Sanquhar, Joh. Bannerman, And. Cantuly, Gilb. Smyth, D. Rob. Leis, et D. Joh. Striveling, presbyteris ac notariis publicis ; —cum subscriptione manuali Williame Lord Synclare : — 13 Jul., 1487] : — SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 132. 133. 113. 143. 99. 102. 144. 58. 136.
x. 98

1679. Apud Edinburgh, 28 Jul.
REX concessit ROBERTO HERIS filio et heredi apparenti Rob. H. de Balharry, et

heredibus ejus quibuscunque, — tertiam partem terrarum de Balharry, vic. Perth; —quam dictus Rob. pater resignavit :— RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. patri, ac rationabili tertia ejus sponse, cum contigerit :—TEST. 139. 132. 133. 71. 113. 99. 102. 144. 58. 136. x. 93.

ANNO REGNI 28. ANNO DOMINI 1487.

1680. Apud Edinburgh, 15 Aug.
REX concessit JOHANNI NAPERE, filio familiaris armigeri sui Joh. Napere de Merchamestoun, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Balcormo, vic. Fyff;— quas dictus Joh. (pater?) personaliter resignavit :—TEST. 132. 133. 3. 113. 143. 99. 102. 144. 58. 136. x. 105.

1681. Apud Edinburgh, 16 Aug.
REX confirmavit cartam Patricii Butter, dom. de Gormok,—[qua concessit EGIDIE CHAWMER,—pro toto tempore ejus vite, —terras de Westir-Tulynedy in baronia de Tulynedy, vic. Perth;— causa completi matrimonii inter Robertum filium dicti Pat. et dictam Egidiam :—TENEND. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme : —TEST. Silvestro Rettra de eodem, Wil. Blare de Ardblare, Pat. Rettra, D. Wil. Hude curato de Blare, et D. Wil. Thome, presbyteris :—Apud Gormok, 20 Apr., 1486] :—TEST. *ut in carta* 1682. x. 114.

1682. Apud Edinburgh, 23 Aug.
REX confirmavit cartam David Ogilvy de eodem,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI OGILVY, et MARGARETE RETTRAY ejus sponse, —terras de le Myddiltoun de Ogilvy; necnon terras de Handwik :— TENEND. dictis Joh. et Merg. conjunctim et divisim ac eorum diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masculis (quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti Joh.[1]), de rege:—Apud Powter, 20 Apr., 1487] :—TEST. 139. 132. 133. 134. 113. 143. 102. 144. 145. 58. 136. x. 113.

1683. Apud Edinburgh, 6 Sep.
REX confirmavit cartam Thome Androsoun, burgensis de Cupro, ac domini portionarii de Ballingale,—[qua—pro ejus consiliis,&c., —concessit consanguineo suo WALTERO HERIOTE de Lathone, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Ballingale, extenden. ad decimam octavam partem earundem, vic. Fyffe :—TENEND. a dicto Tho. de rege :—TEST. M. Alex. Alexanderson, D. Joh. Thomson, capellanis, Alano Mous, Wil. Ballingale, Dav. Wricht notario publico :— Apud burgum de Cupro, 16 Aug., 1486] : —TEST. *ut in carta* 1678. x. 99.

1684. Apud . . . . . 30 Sep.
REX confirmavit cartam Nicholaii Dun de Ratee,—[qua concessit ELIZABETH OGILVY, filie Jacobi O. de Deskfurd, militis,—pro amore et cordiali dilectione dicte Eliz., et pro expensis per dictum Jac. super dictum Nich. sepissime elapsis temporibus factis,—terras de Ratee, Ardwne, et Bothquhanstoun, vic. Banf et Abirdene, unacum piscatione unius rethis aque de Dowarne, viz. *le Thanysnet* in aqua regia de Banf:—TENEND. dicto Eliz. et assignatis ejus pro toto tempore ejus vite, de rege :—TEST. Walt. Ogilvy de Boyne, Wil. Bailye de Blakbe, Joh. Ogilvy de le Myltoun de Drumnachbeth, Wil. Rothwen vicario de Fordis, D. Walt. Falconer capellano, et D. Tho. Cowe vicario de Strathalvay ac notario publico : — cum subscriptione manuali dicti Nich. :—Apud Cullane, 16 Jul., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1678. x. 100.

1685. Apud Edinburgh, 6 Oct.
REX—quia per decretum dominorum concilii apud Edinburgh, 22 Maii 1485,

[1] The words within brackets are in the Reddendo clause only.

Johannes Montgumry de Thorntoune summam 148 lib. 16 sol. 8 den. Willelmo Bailye de Lamyntoun persolvere tenebatur, pro certis bonis per eundem Joh. ab eodem Wil. spoliatis et captis de terris ejus de Heprig, et pro dampnis et expensis; — et dicto Joh. in bonis mobilibus distringibili non existente, vicecomes de Edinburgh infra constabulariam de Hadingtoun duas partes terrarum de le Estir et Westir Akingallis, extenden. ad 10 merc., et 15 sol. 4 den. terrarum de Monynet, vic. Edinburgh, dicto Joh. pertinen. tentas de barone de Renfrew, appreciari fecit;—quas dictus vicecomes pro dicta summa 148 lib. 16 sol. 8 den. vendere optulit, et quas dictus Wil. acquisivit;—igitur, tanquam tutor filii sui primogeniti Jac. ducis de Rothessay, &c., concessit dicto WILLELMO BAILYE de Lamyntoun militi, heredibus ejus et assignatis,—prefatas terras;—et rex voluit quod dictus Joh. et heredes sui haberent regressum ad dictas terras quandocunque dicto Wil. vel heredibus ejus aut assignatis dictam summam persolverint infra septennium:—TEST. 139. 132. 133. 134. 113. 143. 138. 102. 144. 145. 136. x. 106.

1686. Apud Edinburgh, 7 Oct.

REX confirmavit cartam Johannis Hammyltoun de Bardowy,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI HAMMYLTOUN, et MARGARETE SPREULE ejus sponse,—pro filiali dilectione et pro ejus benemeritis, &c.,—terras de Ballinkere, in comitatu de Levenax, vic. Striveling:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. patri et propinquioribus heredibus suis quibuscunque, a dicto Joh. patre, de rege tanquam comite de Levenax:—REDDEND. servitia debita et consueta, et wardam et relevium cum contigerint:—TEST. Joh. Ogilvy filio et apparente herede Jac. O. de Erly militis, Joh. Striveling de Cragbernard, Rob. Brus de Westirbenyng, Rob. Menteth de Law, Rob. Danyelstoun, Rob. Buntyn, Dav. de Kincaid:—Apud Edinburgh, 24 Mar., 1486]:—TEST. *ut in carta* 1678. x. 102.

1687. Apud Edinburgh, 7 Oct.

REX confirmavit cartam Beatricis de Dunbar relicte quondam M. Gilberti Hay de Ury, ac domine de Creithmond,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO HAY de Ury, et heredibus ejus,—terras baronie sive dominii de Creithmond, vic. Abirdene:—TENEND. a dicta Beatrice de rege:—RESERVATO libero tenemento dicte Beatrici:—TEST. Wil. Hay de Ardendracht, Arch. Rate de Drumtocty, Gilb. Hay in Carnmuk, Wil. Kennedy constabulario de Abirdene, M. Joh. Hay vicario de Cluny, D. Joh. Sauchak vicario de Crethmond, ac D. Joh. Striveling presbitero ac notario publico:—Apud Crethmond, 12 Sep., 1487]:—TEST. *ut in carta* 1678. x. 104.

1688. Apud Edinburgh, 8 Oct.

REX confirmavit cartam David Stewart de Rossith militis,—[qua assedavit et ad feodifirmam dimisit consang. suo, regis armigero, DAVID OROK de eodem, et MARGARETE MELDRUM ejus sponse,—terras de Balmulis Northir et Southir, ac molendinum earundem cum ejus sequelis, in baronia de Rossith, vic. Fiffe;—quas iidem Dav. et Marg. resignaverunt:—TENEND. dictis Dav. et Marg. ac eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Dav. quibuscunque:—REDDEND. annuatim 40 sol. nomine feodifirme:—TEST. Pet. Eldare, And. Stewart, Joh. Sant, D. Wil. Ednem capellano ac notario publico:—Apud Dunfermling, 20 Jul., 1487]:—Insuper rex concessit quod non obstante quod dicta baronia de Rossith de seipso tenebatur in warda et relevio, nihilominus dicte terre et molendinum libere essent dictis Dav. et Marg., &c., a warda et releviis quibuscunque, (salvis dictis 40 sol.):—TEST. *ut in carta* 1679. x. 96.

1689. Apud Edinburgh, 10 Oct.

REX confirmavit cartam Dorothie Tulloch de Ardargy,—[qua, cum consensu sponsi sui Walteri Wod, pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit consang.

suo JACOBO OLIPHANT de Ardquhalze, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardargy, Estir-Elyok, cum molendino ejusdem, Balhabrahame, vic. Perth ; necnon terras de Westerwemys, vic. Fyffe :—TENEND. a dicta Dorothia de rege :—REDDEND. pro Ardargy unum denarium argenti nomine albe firme, et pro ceteris terris servitium debitum et consuetum :—TEST. Joh. dom. Glammys, Alex. Blare de Balthiok, Wil. Maxwell de Teling, Tho. Blare filio et herede apparente dicti Alex. Blare, M. Jac. Fentoun vicario ecclesie parochialis de Tibirmure, M. Hen. Clark vicario ecclesie parochialis de Abirrothwane, et D. Joh. Kymnaucht capellano ac notario publico : —Apud Perth, 20 Maii, 1487] :—TEST. *ut in carta* 1678. x. 103.

1690. Apud (Edinburgh), 10 Oct.
REX confirmavit cartam Johannis domini Carlill et terrarum de Lochirewod et Medilby, — [qua — pro dilectione, benemeritis, &c.,—concessit nepoti suo et heredi apparenti WILLELMO CARLILL, et JONETE MAXWELL ejus sponse,—20 mercatas terrarum de Lochirwod, et 20 merc. terrarum de Medilby, antiqui extentus, in senesc. de Annanderdale, vic. Drumfres :—TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos de eorum corporibus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. et heredibus suis quibuscunque, de rege :—TEST. David Kirkpatrik, Herberto Maxwell de Tynwald, Tho. M'Clellane de Boneby, M. Jac. Carlill rectore de Kirkpatrik, Rob. Carlill, Herberto Gledstanis de eodem, et Jac. Nelesoun notario publico :—Apud Edinburgh, 12 Jul., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1685. x. 110.

1691. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX confirmavit cartam David, comitis Craufurdie et dom. le Lindissay,—[qua, zelo fraternalis amoris, concessit fratri suo germano ALEXANDRO LINDISSAY de Uchtirmonsy, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus servitio, &c.,—terras de Schandfurd et de Ladynhenry, in baronia de Ferne, vic. Forfar : — REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. D. Jac. Douglas milite, Gawino Athlek, D. Jac. Dikesoun canonico ecclesie cathedralis Brechinen. camerario dicti comitis, Pat. Lummisden :—Apud Dunde, 22 Jun., 1486] : —NECNON aliam cartam dicti comitis,— [qua—pro certa summa pecunie sibi ad redemptionem terrarum de Dunbolg in baronia de Ballinbrech premanibus persoluta — vendidit et alienavit fratri suo Alexandro Lindissay de Uchtirmonsy, heredibus et assignatis ejus,—terras de Bristoun, Achnacre, Achlochquhy, et Crofto, unacum molendino fullonum de Ferne, in baronia de Ferne, vic. Forfar :— REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Alex. Guthre de eodem, Tho. Fothringham de Powry, M. Hen. Barre rectore de Culace camerario dicti comitis, Geo. Carmichell, M. Gilb. Tyry vicario de Cargill, et Geo. Merser :—Apud Dunde, 31 Jul., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1679. x. 95.

1692. Apud Edinburgh, 25 Oct.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi Touris de Inverleith, et Alisone Home ejus sponse,—[qua concesserunt uni capellano divina celebraturo ad altare S. Anne, matris Beate Virginis, in ECCLESIA PAROCHIALI S. CUTHBERTI sub muro Castri DE EDINBURGH—annuum redditum 14 merc. de interioribus tenementi quondam Andree Ballerno, inter terram anteriorem ejusdem ex parte boreali usque ad murum cimiterii ecclesie Fratrum Minorum ex parte australi existen., quod tenementum jacet ex parte australi vici regii inter terras Pat. Dennun, quondam Tho. Chalmer et Wil. Loksmyth, et terram M. Alex. Currour :—TENEND. in puram elemosinam :—TEST. Joh. Touris filio et herede apparente dicti Wil., Geo. Touris et Alex. Touris filiis ejusdem Wil., D. Joh. Young, D. Jac. Langmure, capellanis : —Apud manerium de Inverleith, 3 Jul., 1486] :—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1679. x. 94.

1693. Apud Edinburgh, 6 Nov.
REX concessit familiari servitori suo

ALEXANDRO INNES, filio Jacobi Innes de eodem,—terras de Abirkerdoure, et Crommy, unacum superioritate et tenandriis earundem, vic. Banff;—quas David dom. Lindesay de Byris resignavit:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto Innes fratri ejus germano et heredibus ejus masculis, &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo Innes, fratri ejus, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Georgeo Innes fratri ejus, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo Innes, fratri ejus, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. patris quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1679.

x. 97.

1694. Apud Edinburgh, Dec. 3.

REX fecit apponi magnum sigillum litere per Thomam episcopum Rossen. facte, in corroborationem ejusdem ac in signum consensus sui pro se ac tanquam tutoris Jacobi marchionis de Ormond comitis Rossie, &c. filii sui secundo geniti, —[qua dictus Tho. episc., cum consensu capituli sui capitulariter congregati ad intantiam regis, proque ipsius statu et felici successione, necnon pro anima regis animabusque omnium qui per fundationes quascunque aliquod tribuerunt in elimosinam Capelle seu ECCLESIE COLLEGIATE almi confessoris et pontificis BEATI DUTHACI DE TAYNE, dioces. Rossen., —dictam capellam seu eccl. colleg. in collegiatam ecclesiam creavit et erexit:— in quaquidem eccl. colleg. erunt 12 persone,—quarum primus Prepositus dicti collegii intitulabitur qui preerit aliis in preeminentia, &c., cum potestate in omnes habitantes villas de Newmore, Morynchy, Tallirky, Cambuscurry et Dunskaithe, et in omnes eos perturbantes excommunicandi, &c.;—qui prepositus habebit vicariam de Tayne ac omnes ejus fructus pro sustentatione sua, necnon decimas garbales villarum de Tallirky, Morinchy, et Cambuscurry, infra immunitatem de Tayne existen. de consensu M. Tho. Rose tunc rectoris eccl. de Tayne,—pro fabrica dicte eccl. colleg. et reparatione ornamentorum, librorum, &c.,— necnon habebit eschaetas curiarum ville de Tayne:—ac etiam habebit villam de Newmore per regem nuper concessam pro sustentatione unius de 5 sacerdotibus, &c.: —Tertius erit prebendarius de Dunskaithe et habebit terras, fructus et proventus capellanie de Dunskaithe et habebit regimen chori et pueros chori in cantu informabit:— Quartus erit prebendarius de Tallirky, qui habebit terras, &c., ejusdem:—Quintus erit prebendarius de Morinchy:—Sextus erit prebendarius de Cambuscurry, qui habebit terras, &c., capellanie de C.:— Septimus erit diaconus vel subdiac. et habebit 6 merc. annuatim terrarum de Inverathy:—Octavus erit diaconus vel subdiac. et similiter habebit 6 merc. annuatim, viz. de Finlao Faid 4 merc. et de Joh., Fayd 2 merc. de terris de Inverathy et Tayn:—Nonus erit sacrista et habebit molendinum de Morincny, &c.:—Item erunt de numero predicto tres pueri in puerili voce cantantes, &c., qui erunt chorestarii, et habebit unusquisque eorum 3 merc. annuatim, viz., primus per Joh. Monroo de Foulis et ejus successores, secundus per Joh. Merschall de Dawachcarty, &c., et tertius per heredes quond. And. Alanesoun:—TEST. Tho. abbate de Ferne Rossen. dioces., Magistris et Dominis Donaldo Rose decano Cathanen., Mertino Wane decano Rossen., Ric. Murehed et Tho. Rose, archidiac. et subdecano ejusdem, Rob. Dalloquhy canonico Moravien., David Menzeis et Joh. Levingtoune, de Edinburghe et Abirdene burgen.; — unacum attestatione notariali Joh. Amysfeld presb. S. And. dioces., &c., in dicta eccles. S. Duthaci, ac cum sigillis dicti episc., sigillo communi dicti capituli ac sigillo rectoris de Tayne:—Apud eccles. cathed. de Tayne, Sept. 12., 1487].

x. 109.

1695. Apud Edinburgh, 16 Dec.

REX confirmavit cartam Johannis Duly de Ardonoquhy,—[qua, in purum et legitimum excambium, concessit et alienavit ALEXANDRO DE ABIRCRUMMY de eodem, heredibus et assignatis ejus,—terras de Ardonoquhy, vic. Perth, unacum summa

130 lib. 13 sol. 4 den.,—pro terris de Eschyndeis, vic. Perth :—TENEND. a dicto Joh. de rege :— TEST. And. Charteris de Cuthilgurdy, Rob. Marser de Balleif, Jac. Hering de Cluny, Walt. Irland de Burnbane, Alex. Hay de Gurdy, Joh. Hering de Wormet, Wil. Hering de Fornocht, et D. Joh. de Kynmonth capellano ac notario publico :—Apud Perth, 11 Dec., 1487] :— SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. 139. 132. 133. 113. 143. 99. 102. 144. 58. 136.
x. 111.

1696. Apud Edinburgh, 16 Dec.
REX confirmavit cartam Alexandri de Abircrumby de eodem,—[qua—in purum et legitimum excambium, cum consensu patris sui Rob. A. militis,—concessit et alienavit JOHANNI DULY de Ardonoquhy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Eschyndeis, vic. Perth,—pro terris de Ardonoquhy, vic. Perth, et pro summa 130 lib. 13 sol. 4 den. dicto Alex. persoluta: —TENEND. a dicto Alex. de rege :—TEST. et dat. *ut in carta precedente* No. 1695] :— SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1695.
x. 112.

1697. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX concessit QUINTINO MAKDOWEL, et heredibus ejus quibuscunque, —tres mercatas terrarum de Knokynnosche, vic. Are ;—que ad manus regis devenerunt ratione bastardie quondam Rogeri Makquharry :—et insuper rex concessit dicto Quintino et assignatis ejus pluribus aut uni,—omnia bona mobilia, assedationes, et possessiones et alia proficua quecunque ubicunque infra regnum Scotie existen. que fuerunt dicto quondam Rogero :—TEST. 131. 139. 132. 133. 113. 143. 99. 102. 144. 58. 136.
x. 115.

1698. Apud Edinburgh, 16 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Rede de Petfodellis,—[qua—cum consensu Roberti Rede fratris sui germani et heredis apparentis,—concessit sponse sue MARIOTE CULLANE,—terras de Westir-Petfodellis, in baronia de Petfodellis, vic. Abirdene :— TENEND. dicte Mariote pro toto tempore ejus vite, a dicto Alex. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Jacobo abbate de Dere, D. Nich. Sclugy monacho ejusdem, Alex. Pettindrech, And. Torry, Hen. Rede, Joh. Portar, et D. Joh. Striveling presbytero ac notario publico :— Apud Abirdene, 19 Nov., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1697.
x. 116.

1699. Apud Edinburgh, 17 Jan.
REX confirmavit cartam Silvestri Retthray de eodem,—[qua—pro filiali dilectione, &c., —concessit filio suo SILVESTRO RETTHRAY, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balmakerd, vic. Perth :—TENEND. a dicto Silv. seniore, de rege :—REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme :— TEST. Alex. Blair de Balthiok, And. Charteris de Cutilgurdy, Tho. Rettray, et Pat. Welles :—Apud Perth, 10 Dec., 1486]: —TEST. 139. 132. 133. 134. 143. 99. 102. 144. 58. 136.
x. 117.

1700. Apud Edinburgh, 28 . . . .
REX confirmavit WILLELMO DOMINO GRAME et ANABELLE DRUMMOND ejus sponse,—terras de Cowle, Cowllyshill, et Pirnie, vic. Perth ; terras de Kynnabir, Charltoun, cum piscaria salmonum super Northesk, cum molendinis, multuris, et eorum sequelis, unacum capitali messuagio et pomeriis et terris dominicalibus de Ald Montros, vic. Forfare ; — quas idem Wil. resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Anab. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1699.
x. 118.

1701.[1] Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX dedit literam legitimationis WILLELMO BOITHVILE in forma debita cancellarie, cum omnibus clausulis necessariis, &c.
xii. 94.

1702. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX confirmavit cartam Thome Heroun

[1] As a memorandum in Register.

de Camlodane-Maklurg,—[qua concessit consanguineo suo, viz. filio fratris sui, JOHANNI HEROUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Camlodane-Maklurg, le Lessens, Carruthtre, le Blakcrag, le Cars, et Drummakmorane, extenden. ad 40 sol. terrarum, in dominio Galwidie, senesc. de Kyrkcubrycht :—TENEND. a dicto Tho. de rege :—TEST. Joh. Carnis de Orchartoun, Wil. M'Ge, Tho. Kynnisgre, et Cuthberto Heroun :—Apud Edinburgh, 30 Jan., 1487] :—TEST. *ut in carta* 1712.

x. 128.

1703. Apud Edinburgh, 11 Feb.

REX confirmavit cartam David Stewart de Rossyth militis,—[qua—pro amore et affectione, &c.,—concessit MARGARETE DOUGLAS filie Roberti Douglas de Lochlevin—terras de le Laidgrene, de duobus Buchquhandiis, viz. Ovir et Nethir, terras de le Corb, annexas baronie de Rossyth, vic. Perth; necnon terras de Dunduff in dicta baronia, vic. Fiffe :—TENEND. dicte Marg. in vitalem redditum pro toto tempore ejus vite :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Jac. Stewart, Tho. Stewart, Joh. Thomsoun, And. Brand : — Apud Rossith, 26 Feb., 1483] :—Et insuper rex, non obstante quod dicte terre de se in capite per eundem Dav. tenebantur in warda,—concessit quod eedem terre et dicta Marg. libere et exonerate essent de dicta warda pro toto tempore ejus vite :—TEST. 131. 139. 132. 133. 71. 113. 143. 99. 102. 144. 145. 58. 136.

x. 121.

1704.[1] Apud Edinburgh, 14 Feb.

REX dedit literam sub magno sigillo ALEXANDRO CUNYNGHAME de Polmayis militi, et ROBERTO CUNYNGHAME filio ejus et apparenti heredi, et eorum alteri diutius viventi conjunctim et divisim,—de officio vicecomitis de Striveling, tam in burgo quam extra burgum, pro toto tempore vite eorum; — quodquidem officium Tho. dom. Erskin et Alex. Erskin ejus filius et heres apparens resignaverunt; —cum omnibus feodis et proficuis dicti officii.

x. 129.

1705. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX confirmavit cartam quondam Alexandri comitis Craufurdie et domini le Lindesay, — [qua concessit consanguineo suo JOHANNI DE HAMMILTOUN, fratri germano D. Jac. dom. le H., et heredibus ejus quibuscunque, — pro laudabili et gratissimo auxilio, &c., progenitori suo et dicto comiti sepius impensis,—terras de Quhitecamp et Kirkhop, in dominio de Craufurd-Lindesay, vic. Lanark,—ac etiam in legitimum excambium pro terris de Westirbrichty, in baronia de Ferne, vic. Forfar :—SALVIS dicto comiti wardis, &c. : —TEST. M. Jac. Lindesay preposito de Lincloudain, Wil. Lesly de Bauchquhane milite, Walt. Lindesay, And. Glasteris de Glas, Tho. Bailye, armigeris, Rob. de Balmanoch secretario dicti comitis :—Apud Striveling, 18 Jun., 1449] :—SALVIS regi wardis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1673.

x. 133

1706.[2] Apud Edinburgh, 19 Feb.

REX dedit cartam confirmationis in majore forma [carte] per Thomam Fiffe de Westir-Essontuly, ac burgensem de Abirdene, facte ANDREE MURRAY seniori, comburgensi dicti burgi,—de annuo redditu 5 mercarum de terris de Westir-Essontuly, vic. Kincardin.

x. 123.

1707. Apud Edinburgh, 21 Feb.

REX concessit JOHANNI BLACADIR, filio Patricii Blacadir et Elizabetht Edmondstoun ejus sponse, et heredibus ejus,—terras de Tullialane, unacum donatione et patronatu ecclesie de Tullialane, in senesc. Straitherne, vic. Perth; — quas dicta Elizabeth resignavit :—RESERVATO libero tenemento dictis Pat. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi :—TEST. 146. 139. 125. 71. 94. 143. 99. 115. 144. 58. 136.

x. 122.

1708. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit JOHANNI MOWBRAY, filio et heredi apparenti David Mowbray de Bernbowgale, militis, et heredibus ejus, —terras et baroniam de Dummanyn, cum tenentibus et tenandriis earundem, vic.

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

Linlithqw;—quas dictus Dav. resignavit: —RESERVATIS libero tenemento dicto Dav., et rationabili tertia ejus sponse, cum contigerit:—TEST. 146. 140. 139. 125. 71. 134. 95. 143. 99. 115. 148. 144. 58. 136.

x. 124.

1709. Apud Edinburgh, penult. Feb. REX concessit ROBERTO ARBUTHNOTE de eodem, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Portartoun, Archartoun, duas novenas partes terrarum de Inverbervy nuncupatas *le Halgrene*, cum perticatis et parte molendini earundem, cum tenentibus, tenandriis, et tenentium servitiis, necnon annuum redditum 20 sol. pro *le Thirl-Multure* de terris de le Stane de Benhame, ac etiam 14 mercas cum dimedia feodifirme debitas per David Rate et successores hereditarie de dictis novenis partibus terrarum de Inverbervy, &c., vic. Kincardin;—quas Alex. Menzeis burgensis de Abirdene resignavit:—TEST. 131. 139. 132. 133. 3. 113. 99. 102. 144. 58. 136.

x. 119.

1710. Apud . . . . . REX confirmavit cartam Willelmi Maxwell de Telling,—[qua, zelo filialis dilectionis, concessit filio suo et heredi apparenti THOME MAXWELL, et JONETE LUVELL ejus sponse,—pro matrimonio inter eosdem contracto, ad eorum sustenationem, —terras de Balkello, in baronia de Telling, vic. Forfare:—TENEND. dictis Tho. et Jon., et eorum diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis heredibus dicti Wil. libere reversuras, a dicto Wil. de rege:—REDDEND. regi servitia debita et consueta, et dicto Wil. et molendino ipsius de Telling servitia debita et consueta, cum multuris debitis et consuetis:—TEST. Geo. Kynnere, D. Alex. Hay capellano, Rob. Stewart, et Alex. Fary:—Apud Telling, 12 Jan., 1487]: . . . . . (*cetera desunt*) . . . .

x. 120.

1711. Apud Edinburgh, ult. Feb. REX confirmavit cartam David comitis Craufurdie, dom. Lindesay,—[qua concessit fideli armigero suo, STEPHANO LOKKART, heredibus ejus et assignatis,—terras de Todrik, vic. Berwic,—pro ejus servitio, &c.:—TENEND. de rege:—REDDEND. regi unam rosam rubeam nomine albe firme:—cum subscriptione 'David Erle of Crawfurd':—Apud Aberbroth, 30 Aug., 1486]:—TEST. *ut in carta* 1719.

x. 137.

1712. Apud Edinburgh, 5 Mar. REX concessit DAVID STRATHAQUHIN, filio et heredi apparenti Johannis S. de Thorntoun,—terras de Pitgarvy, le Muretoun, et Wisemanstoun, cum *le Twa Parkis* et veteri castro de Kincardin, vic. Kincardin;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. dicto Dav. et heredibus ejus masculis inter ipsum et Margaretam Hay ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti David quibuscunque de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., Johanni Strathaquhin fratri germano dicti Dav. et heredibus ejus masculis de corpore ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo Strathaquhin fratri ejusdem germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., And. Strathaquhin, fratri ejusdem germano et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Georgeo Strathaquhin fratri ejusdem germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Joh. patris quibuscunque, cognomen de Strathaquhin et ejus arma gerentibus:—REDDEND. 8 merc. 3 sol. 8 den. annuatim nomine feodifirme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. patri, et rationabili tertia Jonete Ros, ejus sponse:—TEST. 146. 131. 139. 140. 125. 95. 134. 71. 147. 143. 99. 102. 144. 58. 136.

x. 126.

1713. Apud Edinburgh, 5 Mar. REX concessit DAVID STRATHAQUHIN, filio et heredi apparenti Johannis S. de Thorntoun,—terras et baroniam de Thorntoun, vic. Kincardin;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. *ut in carta* 1712:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. de Kincardin, ac wardam et relevium:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. patri, ac rationabili

tertia Jonete Ros, ejus sponse, preterquam de 10 mercatis vocatis le Husbandtoun, et Burgantoun:—TEST. *ut in carta* 1712.
x. 127.

1714. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX concessit armigero suo ROBERTO CHARTERIS de Amysfeld, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio regi impenso, et precipue in virili resistentia per ipsum exhibita contra rebelles ac proditores, viz. quond. Alex. Stewart olim ducem Albanie, et Jac. Douglas olim comitem de Douglas, et alios rebelles proditores, et veteres suos Anglie inimicos super marchias occidentales regni sui, in bello commisso in festo B. Marie Magdalene, &c.,—4 mercatas terrarum de Polmentre, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht;—que fuerunt quondam Rob. Charteris militis, patris avi dicti Rob., ut asseritur, et ab ipso violenter per predecessorem dicti Jac. Douglas rapte, spoliate, et detente, causa et occasione fidelis servitii progenitoribus regis sancte memorie per dictum quondam D. Rob. ut asseritur impensi:—REDDEND. tres sectas ad tres capitales curias senesc. de Kirkcudbricht, cum wardis et releviis:—TEST. *ut in carta* 1719. x. 138.

1715. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX confirmavit ALEXANDRO INGLIS de Tarwald et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Tarwald et Caploquhy superiore et inferiore, cum molendinis earundem, ac dimedietatem terrarum de Balbirny, vic. Fife;—quas idem Alex. resignavit;—et quas rex, pro singulari favore, &c., in unam liberam baroniam de Tarwald univit et incorporavit:—REDDEND. 12 den. argenti, nomine albe firme:—TEST. 146. 140. 139. 125. 95. 71. 3. 143. 99. 115. 144. 58. 136.
x. 125. et xii. 375.

1716. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX confirmavit cartam Archibaldi Forstar de Corstorphin,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit fratri suo germano MATHEO FORSTAR, heredibus ejus et assignatis,—terras de Berntoun, vic. Edinburgh:—TENEND. a dicto Arch. de rege:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Jac. Forstar, Gilb. Forstar juniore, Tho. Forstar, Joh. Ethistoun, D. Pat. Hair, et Joh. Sampsoun:— Apud Corstorphin, 1 Mar., 1487]:—TEST. 146. 131. 140. 125. 95. 134. 71. 147. 143. 99. 102. 144. 58. 136.
x. 130.

1717. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX confirmavit GEORGEO DURY de eodem, et ISABELLE LUNDY ejus sponse,—terras de Balcurroquhy, cum molendino earundem, vic. Fife;—quas idem Geo. resignavit:—TENEND. dictis Geo. et Isab. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque:—TEST. 146. 131. 139. 125. 95. 71. 3. 143. 115. 99. 144. 58. 136.
x. 131.

1718. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX concessit et ad feodifirmam dimisit servitori suo camere sue ALEXANDRO KENNEDY, filio Joh. dom. Kennedy, inter ipsum Joh. et Elizabeth comitissam de Eroll, conjugem ejus procreato,—terras baronie de Leswalt, molendinum de Leswalt, molendinum de Karmagell, cum tenentibus, tenandriis et servitiis libere tenentium, terras de Mennybrig, Culmore, et Barquhone, unacum omnibus annexis, &c., dicte baronie, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun;—que fuerunt dictorum Joh. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in feodifirma, et quas dictus Joh. et dicta Eliz. resignaverunt:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. dom. K. quibuscunque, de rege in feodifirma:—SOLVEND. annuatim, usque in diem decessus Cristiane Rothven sponse quondam Geo. Douglas, que tunc habuit suam tertiam de eisdem, 66 lib. 13 sol. 4 den., et predicte Cristiane pro dicta tertia durante tempore vite ejus 18 lib. 10 den.;—et post ipsius Cristiane decessum, regi 84 lib. 14 sol. 2 den., et 10 lib. ultra easdem in augmentationem rentalis regis;—in toto

94 lib. 14 sol. 2 den., nomine feodifirme: —RESERVATO libero tenemento dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in carta* 1719. x. 136.

1719. Apud Edinburgh, 20 Mar.
REX concessit familiari servitori suo ALEXANDRO INNES, filio armigeri sui Jac. Innes de eodem, et heredibus ejus quibuscunque,—pro singulari favore, &c.,—piscationem unius rethis in aqua de Speya, vocati *le Currachnet* de Garmoutht, vic. Elgin:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. 146. 131. 139. 125. 134. 11. 113. 143. 115. 99. 144. 58. 136. x. 135.

1720. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit familiari servitori suo ANDREE WOD commoranti in Leith, et ELIZABETH LUNDY ejus sponse,—terras et villam de Largo, vic. Fife;—que fuerunt dicti And. in feodifirma, et quas idem And. resignavit:—TENEND. dictis And. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, veris et legitimis heredibus dicti And. quibuscunque:—SOLVEND. firmas, victualia, *le pultre*, et alia devoria debita et consueta:—TEST. *ut in carta* 1719. x. 140.

1721[1]. Apud . . . . . 22 Mar.
REX dedit literam sub magno sigillo NICHOLAO RAMSAY—de officiis vicecomitis, camerarii, et senescalli vic. de Fife, pro terminis 19 annorum, cum feodis, proficuis, &c.; ac etiam de custodia palatii et indaginis ac nemoris de Fawkland, cum pascuis, pratis et *le feus* ejusdem, in meliori forma;—non obstantibus aliis literis regiis Thome Symsone et aliis personis quibuscunque de dictis officiis et custodia palatii prius datis et concessis. x. 134.

1722. Apud Edinburgh, 23 Mar.
REX concessit familiari servitori camere sue ALEXANDRO GORDOUN, filio et heredi apparenti Johannis Gordoun de Lochinver, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Kenmure, cum molendino earundem, terras de Lagane, et Balmaklellane, vocatas *le Park*, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht;—quas dictus Joh. personaliter resignavit;—et quas rex, pro singulari favore, &c., ac pro ejus servitio, in unam liberam baroniam de Kenmure univit et incorporavit:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia Anabelle Boid ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1719. x. 139.

ANNO DOMINI 1488. ANNO REGNI 28.

1723.[2] Apud Edinburgh, 18 Maii.
REX dedit cartam sub magno sigillo THOME TRUMBULL de Grenewod, militi, et ejus heredibus,—de terris de Traringzeane, vic. Are, extenden. ad 20 merc. terrarum antiqui extentus, pro ejus servitio regi apud Blaknes impenso, ubi dictus Tho. vexillum regis portabat:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. Are, ac wardam, &c. ix. 77.

1724. Apud Edinburgh, 18 Maii.
REX—pro bono et fideli servitio sibi impenso per familiarem suum Thomam Turnbule de Grenewod militem, et specialiter pro ejus assistentia et auxilio sibi in campo bellico apud Blaknes impenso, ubi ipse vexillum regni in defensione persone regie et corone portabat,—concessit dicto THOME TURNBULE et heredibus ejus,—terras de Tarrinzane, extenden. ad 20 merc. terrarum antiqui extentus, vic. Are:

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register. The charter itself is the following one, No. 1724.

—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia curie vic. Are, ac wardam, &c. :—TEST. 146. 140. 134. 26. 149. 150. 148. 102. 58. 136. x. 68.

1725. Apud Edinburgh, 18 Maii.
REX—quia David comes Craufurdie et dominus Lindesay pro persone regis et corone tutamine et defensione suam personam frequenter exposuit periculis cum effectu, et precipue ac novissime contra regis infideles ligeos qui se contra regiam majestatem et vexillum in campo bellico apud Blaknes opponebant,—speciali gratia sublimavit, fecit, et creavit dictum David comitem Craufurdie, &c., hereditarie DUCEM DE MONTROSE intitulandum et nuncupandum, et voluit in dicto Ducatu ejus successores duces appellari : — et concessit eidem hereditarie capitale messuagium et locum castri de Montrose vulgariter nuncupatum *le Castelsted*; necnon burgum et villam de Montrose, cum redditibus, firmis burgalibus, magnis et parvis custumis, ac libertatibus, &c. ;—ac etiam concessit eidem portum et stationem navium ejusdem burgi, cum firmis aquarum et piscationibus, infra libertatem ejusdem burgi existentibus, vic. Forfare :—insuper hereditarie concessit eidem duci capitale messuagium et locum castri dominii de Kinclevin, ac terras dominicales ejusdem, quas sponsa quondam Wil. Haket tunc habuit ad vitam, ac omnes alias terras dicti dominii de Kinclevin, cum molendinis, multuris, et piscariis earundem, ac cum tenentibus et tenandriis earundem, vic. Perth ;—quas omnes rex in liberum ducatum et regalitatem de Montrose creavit et incorporavit: —TENEND. dicto David et heredibus ejus de rege in feodo et libera regalitate :—REDDEND. unam rosam rubeam, nomine albe firme :—Insuper rex concessit quod burgum de Montrose et inhabitantes ejusdem et inhabitantes libertatem ejusdem replegiarentur per dictum David ejusque heredes et ballivos ad libertatem et privilegium itinerum camerarie tenendorum infra dictum burgum, ac etiam pariformiter burgenses et inhabitantes dictum burgum et dominium de Kinclevin replegiarentur de itineribus justiciarie de Forfare et Perth :—TEST. *ut in carta* 1724. x. 69.

1726.[1] Apud . . . . . 20 Maii.
REX dedit literam curatoris super Jacobo Barclay de Kippo sub magno sigillo factam ANDREE MURRAY, WILLELMO MURRAY de Tullibarde, militi, ROBERTO DOUGLAS de Lochinlevin, et JOHANNI MURRAY, conjunctim et divisim in uberrima forma cancellarie ;—et insuper cassavit et adnullavit literas super dicto officio curatoris factas Johanni Londy de eodem, militi, et ipsum Joh. de eodem officio exoneravit.
ix. 76.

1727. Apud Edinburgh, 20 Maii.
bus boscis quos tunc temporis habebant infra metas foreste possent assartare et colere sine licentia regis, heredum regis vel ballivorum, ita quod inde in nullo a rege vel heredibus ejus vel in perpetuum occasionarentur;—precepit etiam quod ipsi Fratres et homines eorum liberi essent ab omni tholoneo in omni foro et in omnibus nundinis et in omni transitu portuum, viarum et maris per totum regnum et per omnes terras regis; et omnia mercata eorum et hominum eorum similiter essent in predictis locis ab omni tholoneo quieta;—concessit etiam et confirmavit, — quod si aliquis hominum eorun pro delicto suo vitam vel membra debuerit amittere, vel fugerit et in judicio stare noluerit, vel aliquod delictum fecerit pro quo debuerit super ejus catalla ubicunque justitia fieri sive in curia regis sive in alia curia, ipsa catalla essent predictorum Fratrum,—et liceret ipsis Fratribus sine perturbatione vicecomitum, &c. ponere in saisinam de predictis catallis in predictis casibus et aliis quum ballivi regis sciunt si ad regem pertinerent, catalla illa in manu regia sasire deberent;—et cum aliquis tenentium predictorum Fratrum feodum suum forisfecerit, liceret ipsis Fratribus ponere se in saisinam de ipso feodo et ipsum feodum possidere, non obstante quod rex consuevit feodum fugitivorum et dampnatorum per annum unum et diem possidere:—et similiter si aliquis hominum dict. Fratrum esset in amerciamento erga regem vel ballivos regis pro quacunque causa vel delicto vel forisfacto, mercie et amerciamenta pecunie essent collecta in una bursa, ad scaccarium regium portata, predictis Fratribus essent ibidem liberata, servata regie majestatis justitia mortis et membrorum;—concessit etiam eis, quod licet aliqua libertatum suarum contentarum in hac carta pro temporis diuturnitate usi non essent quocunque contingen., nihilominus tamen eadem libertate de cetero uterentur sine aliqua contradictione; non obstante eo quod temporis diuturnitate ea usi non essent, sicut predictum est:—Hec omnia predicta, et omnia alia et singula secularia servitia et consuetudines que in hoc scripto non comprehenduntur, eis concessit et confirmavit in perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus quas regia majestas alicui domui religionis conferre potest,—pro Dei amore et pro animabus David regis Scotie et Wil. regis patris dicti Alex. II.: — Apud Strivelin 12 Jul. anno reg. 22 (A.D. 1236)]:—TEST. carte Jacobi II. regis, — Wil. Creichtoun cancellario, Wil. episc. Glasguen. custode privati sigilli, Joh. episc. Dunkelden. secretario regis, Wil. comite de Douglas, Geo. comite Angusie, Alex. de Levingstoun de Calender, Joh. Sibbald de Balgony, militibus, Jac. de Levingstoun persone regie custode capitaneo de Strivilin, Rob. de Levingstoun compotorum rotulatore:—Apud Strivelin, 7 Maii 1448, anno reg. 12):—TEST. carte Jac. III. regis—Wil. archiepisc. S. And., Jac. episc. Dunkelden. cancellario, Wil. electo confirmato Rossen., Geo. electo Glasguen., Dav. comite de Craufurde dom. Lindissay magistro hospitii regis, Geo. comite de Huntlye dom. Gordoun et de Baidienauch, Wil. comite de Errol dom. le Hay constabulario regni, Arch. abbate monasterii S. Crucis de Edinburgh thesaurario, Alex. dom. Glammys, Joh. dom. Kennedy, Wil. dom. Abirnethy in Rothemay, Wil. dom. Borthwic, M. Dav. Levingstoun rectore de Aire secreti sigilli custode, Arch. Quhytelaw archidiacono Laudonie secretario regis, D. Alex. Scot clerico rotulorum et registri:—Apud Edinburgh, 21 Feb. 1482, anno reg. 23]:—Insuper ubi in dictis cartis non clare constat in illo termino "de tholoneis," rex (Jac. IV.) ob singulares et speciales favorem, &c., quos gessit erga familiarem militem suum et consiliarium, Willelmum Knollis tunc preceptorem ejusdem loci de Torfichen, thesaurarium suum, concessit eidem preceptori et ejus successoribus ut essent liberi a solutione alicujus custume de quibuscunque bonis et mercantiis suis destinandis per eosdem ad partes extramarinas pro solutione ipsius preceptoris responsionis, que vero responsio extendit ad 200 ducatos, et quod annuatim in regis scaccario videretur ad quantam summam custume dicta bona se extendunt et tantum eidem preceptori allocaretur:—TEST. *ut in carta* 1771. xii. 51.

1792. Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX concessit ROBERTO ARBUTHNOT de eodem, et heredibus ejus,—terras de Arduthoquhy, Auchinzoch, Grenecastell, Portarhalch, Portarcroft, et annuos redditus earundem, cum tenentibus, tenandriis, &c., vic. Kyncardyn ;—quas Walt. Tulch resignavit :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12. xii. 45.

1793.[1] Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX dedit literam PATRICIO NESBIT clavigero, ad vitam,—super 10 libratis terrarum in Ballincreif, in feodo; — pro ejus fideli servitio. xii. 57.

1794.[2] Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX dedit literam JOHANNI COMITI DE LEVENAX dom. Dernlee, et MATHEO STEWART filio ejus et heredi apparenti, ac eorum alteri diutius viventi, pro vita eorundem,—super custodia castri de Dunbertane ac fortaliciorum ac domorum ejusdem, cum omnibus terris, feodis, proficuis et devoriis quas et que quondam Andreas dom. Avandale habuit pro custodia earundem, &c. xii. 61.

1795. Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX confirmavit cartam David, ducis de Montrose et comitis Craufurdie,—[qua, pro singulari favore, et pro gratuitis servitiis, —concessit MARGARETE DE CARMYCHELL, in vitalem redditum, pro toto tempore ejus vite,—annuam pensionem extenden. ad 160 merc., dicto duci hereditarie pertinentem de magnis custumis et aquarum firmis nuncupatis *le Water Malez* burgi de Aberdene, viz., de predictis custumis 100 mercas et de aquarum firmis 60 merc.:—TENEND. a dicto duce de rege : —TEST. Alex. Lindesay de Uchtirmunsy fratre dicti ducis, consang. ejusdem Alex. Guthre de eodem, militibus, Tho. Fothringhame de Powry armigero, D. Alex. Scot rectore de Wigtoun, M. Gilb. Tiri rectore de Lyne :—Apud Edinburgh, 20 Oct. 1488]: —TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 178.

1796.[3] Apud Edinburgh, 21 Oct.
REX dedit literam AGNETI PRESTOUN nutrici regis, sponse quondam Johannis Turing, burgensis de Edinburgh, et JACOBO TURING ejus filio, et eorum alteri diutius viventi, ad vitam,—pro magna assiduaque diligentia et cura, indefessisque laboribus eidem regi per eandem Agnetem in nutritione, educatione, et custodia sue persone regie in teneris annis impensis, ac pro intimo amore tenerrimisque favoribus quos rex gessit erga ipsam et dictum Jacobum,—de terris et villa de Drumcorse, vic. Linlithqw, cum potestate occupandi vel assedandi, &c. xii. 54.

1797. Apud Edinburgh, 1 Nov.
REX concessit consiliario suo ALEXANDRO HOME de eodem, magno camerario suo, heredibus ejus et assignatis, pro ejus servitio, — 4 mercatas terrarum de Bardstoun, in comitatu de Carrik, vic. Ayr; ac terram sive tenementum cum orto inferiori et vasta cauda ejusdem, spectantem quondam M. Alex. Murray in burgo de Edinburgh ;— que fuerunt Johannis Ramsay olim dom. Boithvile, et ad manus regis per forisfacturam super eum in plano Parliamento pro ejus proditoriis criminibus contra regem commissis juridice deductam, legitime devenerunt :—REDDEND. pro dictis 4 merc. terrarum unum denarium argenti nomine albe firme, et pro dicto tenemento firmam burgalem et servitium burgi, &c.:—TEST. *ut in carta* 1778. xii. 83.[4]

1798.[5] Apud Edinburgh, 4 Nov.
REX concessit conductum RICARDO HARDILSTOUN, militi, et RICARDO LUDELAY de Ireland, Anglicis, et 40 personis cum eis, &c., in debita forma,—ad instantiam domine Margarete ducisse Burgundie. xii. 56.

---

[1] As a memorandum in Register.
[2] As a memorandum in Register.
[3] As a memorandum in Register.
[4] The following names occur in this charter as proprietors of contiguous tenements;—umquhile Joh. Dalrimpill, Wil. Frog, Roger Murray, umq. And. Bell.
[5] As a memorandum in Register.

1799.[1] Apud Edinburgh, 5 Nov.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVIL super officio senescalli de Kirkcudbrycht, et custodia castri de Treif, pro ejus vita ;—assignando ei pro custodia ejusdem, terras, le grayngis, assedationes, feoda, proficua et alia commoda et debita, que Joh. dom. Carlile aut aliqui alii capitanei ejusdem prius habuerunt ;—cum potestate tenendi curias, inquirendi, &c. ;—ac cum omnibus libertatibus, &c., eisdem pertinentibus. xii. 59.

1800. Apud Peblis, 20 Nov.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Walteri Ker de Cesfurd, armigeri, domini baronie de Ald Roxburgh,—[qua, de expresso consensu Roberti abbatis monasterii de Calco et conventus ejusdem, Ordinis S. Benedicti, dioces. S. Andree, fundavit et constituit unam perpetuam capellaniam ad altare S. Katherine Virginis infra ECCLESIAM MONASTERII DE CALCO ex parte boreali ejusdem, pro perpetuo capellano seculari ad puram donationem ipsius Walt. et heredum suorum, juxta tenorem carte tallie terrarum suarum sibi per regem confecte ;—pro cujusquidem capellani annua sustentatione concessit idem Walterus, in puram elemosinam,—annuum redditum 20 mercarum de terris de Ald Roxburgh, cum focalibus necessariis et opportunis dominii sui de Cavertoun, vic. Roxburgh :—TEST. D. Rob. abbate monasterii de Calco, Rob. abbate monasterii de Jedworth, David Scot de Bukcleuch, Geo. Douglas de Bonejedworth, Joh. Anysle de Dolphinstoun, M. Gawino Waich vicario de Calderclere : —Apud Edinburgh, 20 Oct. 1488] :—TEST. *ut in carta* 1816. xii. 68.

1801. Apud Peblis, 21 Nov.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI HOME de Quhitrig, et heredibus ejus,—terras de Todrik, in comitatu Marchie, vic. Berwic ;—quas Stephanus Lokkert de Cleghern resignavit :—TEST. *ut in carta* 1816. xii. 73.

1802. Apud Edinburgh, 26 Nov.
REX concessit servitori suo DUNCANO FORESTARE de Gunnarschaw, et heredibus ejus,—terras de Torwod et Torwodhed, unacum officio Forestarie de Torwod, cum feodis et proficuis, &c., ejusdem, vic. Strivelin ; — quarumquidem terrarum et officii feodum fuit Henrici Forester filii et heredis apparentis Macolmi F. de Torwod hereditarie, et liberum tenementum earundem fuit dicti Macolmi; et que feodum et liberum tenementum resignaverunt :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12. xii. 53.

1803. Apud S. Andream, 1 Dec.
REX concessit WILLELMO LUNDY de eodem, filio et heredi apparenti Johannis L. de eodem militis, et heredibus ejus,—terras de Kingcrag, vic. Fiffe ;—quas dictus Joh. resignavit ;—et quas terras rex, pro singulari favore, &c., baronie de Lundy univit et incorporavit :—TEST. *ut in carta* 1816. xii. 70.

1804. Apud S. Andream, 4 Dec.
REX confirmavit HENRICO DOMINO DE SANCTO CLARO, et MARGARETE ejus sponse,—terras de Cousland, vic. Edinburgh ; ac etiam domum et fortalicium de Ravinnyscrage, cum terris eisdem adjacen., viz., Voulstoun, Carbarry, et Dubbo, vic. Fiffe ;—quas idem Hen. resignavit :—TENEND. dictis Hen. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hen. quibuscunque : —TEST. *ut in carta* 1811. xii. 65.

1805. Apud S. Andream, 4 Dec.
REX, tanquam tutor fratris sui Johannis comitis de Mar, confirmavit cartam Johannis Wemys de eodem,—[qua, pro singulari favore et filiali dilectione, &c.,—concessit filio suo DAVID DE WEMYS, heredibus ejus et assignatis,—terras de Auchlevin, Ardune, et Harlaw, in comitatu de Mar, vic. Abirdene :—TENEND. a dicto Joh. de comite de Mar:—REDDEND.

[1] As a memorandum in Register.

dicto comiti unum calcar deauratum, nomine albe firme :—Test. Geo. Parkle de eodem, Joh. Mailvill, Dav. Malevill, Walt. Arnot, Jac. Malevill, Tho. Foret, D. Alex. Wemys capellano, Michaele Wemys, Joh. Man, Hen. Mailvill, Tho. Kirkpatrik, et Hen. Mailvill juniore :—Apud Edinburgh, 12 Jul. 1487] :—Test. *ut in carta* 1816.
xii. 72.

1806. Apud Perth, 14 Dec.
REX concessit consiliario suo ANDREE DOMINO GRAY, et heredibus ejus,—officium vicecomitis de Forfare ;—quod David comes Craufurdie, dom. Lindesay, resignavit :—Test. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 19. 8. 10. 3. 15. 17. 12. xii. 97.

1807. Apud Perth, 15 Dec.
REX confirmavit cartam David Bruse de Clakmannane,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ROBERTO BRUSE, et ELIZABETH LINDESAY, ejus sponse,—terras 9 bovatarum terrarum de Rait, vulgariter nuncupat. *nyne oxingang of land* contigue jacentes, ex parte orientali torrentis, quas tunc inhabitabant Tho. Donaldi, David Stob, And. Owdny, Alex. Kerd, Walt. Quhitehede, Walt. Low, et Tho. Smyth, in baronia de Rait, vic. Perth : —Tenend. dictis Rob. et Eliz. pro toto tempore vite eorum et eorum diutius viventi, et heredibus eorum masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Dav. B. quibuscunque, a dicto Dav. de rege :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme : —Test. Jac. episc. Dunkelden., Wil. Rothven de eodem, Jac. Hering de Tuliboill, And. Ramsay de Balmonth, Rob. Bruse de Kopmanlyndy, M. Rob. Ireland rectore de Kilmawewnane, Tho. Bruse, Jac. de Kynmonth, D. Joh. de Kynmonth capellano ac notario publico :—Apud Perth, 28 Aug. 1481]:—Test. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 124.

1808. Apud Linlithqw, 19 Dec.
REX confirmavit cartam Ade Cunynghame de Caprintoun et Badlane, —[qua concessit filio suo et heredi apparenti ADE CUNYNGHAME, et ISABELLE CRAUFURD ejus sponse,—pro filiali affectione, &c.,—terras de Badlane et Greneside, in parochia de Dalry, in balliatu de Cunynghame, vic. Are :—Tenend. dictis Ade et Isab. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Ade patris quibuscunque: — Reddend. unum denarium nomine albe firme :— Reservatis dicto Ade patri et heredibus suis terris de Bordocle et le Myddilpart de Badlane :— Test. Joh. Foulartoun de Corseby, Joh. Cunynghame fratre carnali dicti Ade patris, Alex. Alansoun, D. Adam Arnot capellano et M. Joh. Berclay notario publico :—Apud Wellestounschaw, 18 Jun. 1485] :—Test. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 19. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12.
xii. 84.

1809. Apud Linlithqw, 1 Jan.
REX confirmavit STEPHANO DUDINGSTOUN de Sandfurde, et heredibus ejus,—duas tertias partes terrarum de Sandfurde, omnes terras de Kilduncane, vic. Fife ; —quarumquidem duarum tertiarum partium de Sandfurde una tertia pars fuit dicti Stephani, quam idem Steph. resignavit, ac alteram tertiam partem de Sandfurde et terras de Kilduncane David dom. de Lindesay resignavit :— Tenend. de rege :— Reddend. regi, pro dicta tertia parte de Sandfurde que fuit dicti Dav. unum denarium argenti, et pro terris de Kilduncane unum denarium argenti, nomine albe firme ;—et pro altera tertia parte de Sandfurde wardam, relevium et maritagium cum contigerint : Et rex exoneravit eundem Stephanum de aliquibus sectis et presentiis in quibuscunque curiis vic. Fiffe, pro ejus bono servitio, &c. :—Test. *ut in carta* 1778. xii. 82.

1810. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam M. Alex. Currour, vicarii ecclesie parochialis de Levingstoun, S. And. dioces.,—[qua concessit uni capellano divina celebraturo ad altare S. Trinitatis situatum in ecclesia parochiali S. CUTHBERTI sub muro castri DE EDINBURGH hujus-

modi dioces.—annuum redditum 6 mercarum de tenemento quond. Jacobi Findgud, ex parte boreali vici regii de Edinburgh; ann. redd. 20 sol. de tenemento quondam Johannis Broun, cordiner, ex parte boreali dicti vici; ann. redd. 58 sol. de terra quondam Joh. de Peblis ex parte australi dicti vici; ann. redd. 4 merc. de domibus Tho. Nory ex parte boreali dicti vici; ann. redd. 26 sol. de terra Alex. Thomsoune ex parte boreali dicti vici; ann. redd. 10 sol. de tenemento quondam Joh. Hyane in vico Canonicorum S. Crucis de Edinburgh; ann. redd. 10 sol. de tenemento dicti Joh. Hyane ex parte australi vici regii de Edinburgh, sub muro castri; ann. redd. 5 sol. de tenemento Joh. Wilschote ex parte australi dicti vici; ann. redd. 12 sol. de terra D. Rob. Huntrodis, capellani, ex parte australi dicti vici in *le Forstaris Wynd* :—TENEND. in puram elemosinam :—TEST. Wil. Tailyefer canonico et vicario dicte ecclesie S. Cuthberti, Laur. Tailyefer burgen. de Edinburgh, Joh. Rede alias Stobo rectore de Kirkcriste, Jac. Nelesoun et Hen. Straithauchin notariis publicis :—Apud Edinburgh, 10 Dec. 1488] : — SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 1811. xii. 66.[1]

1811. Apud Strivelin, 9 Jan.

REX—quia sibi suoque concilio secreto sane constabat, quod quondam pater regis per instigationem iniquumque consilium certorum pravorum secum existentium in sua ultima residentia apud villam de Strivelin, turrim et locum de Kere, familiari regis Willelmo Strivelin de Kere, militi, pertinen., vastare, destruere et incendere fecit, et idem Wil. regi ejusque concilio antedicto insinuavit quod carte, evidentie et infeodationes quas habuit de terris de rege tentis in capite, ac diverse alie evidentie et scripta eidem pertinen., in dict. loco et turre combuste fuerant atque destructe, ac etiam demonstravit unum retornatum sui introitus ad dictas terras, que de rege tenebantur in capite in alba firma;—his consideratis, et nolens quod dictus Wil. aliquid dampnum seu prejudicium sustineret —de novo dedit et concessit, pro ejus fideli servitio, dicto WILLELMO STRIVELIN de Kere militi et heredibus ejus,—terras de Kere, turrim et locum ejusdem, terras de Kippandavy, Classingall, Strowe, Lupnoch, Raterne-Strivelin, et Dalchlewane; et 40 sol. annui redditus terrarum de Kippanerate, in comitatu de Stratherne, vic. Perth;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex—pro singulari favore, &c.,—in unam liberam baroniam de Kere univit et incorporavit :—REDDEND. unum par calcarium deauratorum, nomine albe firme:—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 19. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12.

xii. 64.

1812. Apud Edinburgh, 23 Jan.

REX concessit familiari suo ALEXANDRO GORDOUN de Mydmar, militi, et heredibus ejus,—terras de le Estoun, in Cromar, vic. Abirdene;—quas Joh. Ruthirfurde de Terlane, miles, resignavit :— REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme : —TEST. *ut in carta* 1778. xii. 81.

1813. Apud Edinburgh, 17 Jan.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Thome Turing burgensis de Edinburgh,—[qua—pro salute animarum Rob. Logane dom. baronie de Lestalrig et ville de Leith, et patris et matris dicti Tho. T., et Alisone Landalis sponse sue—concessit consanguineis suis et heredibus legitimis, quibus deficientibus, Joh. de Turing, Alex. de Turing et Ade de Turing, heredibusque eorum masculorum quibuscunque,—ad sustentationem unius capellani seu capellanorum plano cantu, lectura, &c. instructorum, ad altare S. Salvatoris in ecclesia S. ANTHONII CONFESSORIS, PROPE LEITH,—annuum redditum 40 sol. de terra quondam Wil. Raa in villa de Leith,

[1] The following names occur in this charter as proprietors of tenements bounding those from which the annual rents were drawn;—umquhile Tho. Prestoun, umq. Alex. Halyburtoun, umq. Wil. Broun, And. Hervy, Rob. Coksoun, Laur. Tailyefere, Jas. Nory, umq. Wil. Glasfurd, umq. Francis Prest, Tho. of Lowis, And. Branle, umq. Wil. Glasfurd, Joh. Fyne, Joh. Wilson, Wil. Gray, Jas. Layng, Joh. Crag, Rob. Jouse.

baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh; ann. redd. 26 sol. 8 den. de terra Roberti Law, in eadem villa; ann. redd. 40 sol. de terre Ricardi Baxster burgensis de Edinburgh, que fuit olim Tho. Armorare, in villa de Leith; ann. redd. 20 sol. de terra Joh. Broune, in eadem villa; ann. redd. 3 lib. 13 sol. 4 den. de terra sua propria, que fuit terra Joh. Myhous lathami in eadem villa:— Tenend. in puram elemosinam:— Reservato dictis Tho. et Alisone et eorum diutius viventi libero tenemento dictorum ann. redd. 10 lib., ad liberas voluntates suas: — Insuper, si contingeret quod ejus heredes defecissent in complementum donationis, &c., predicti servitii, constituit terram suam in dict. villa quam nuper comparavit a Wil. Pais, ad sustentationem dicti servitii:—Test. M. Joh. Logane rectore ecclesie parochialis de Lestalrig, Symone Logane et Alex. Stewart, fratribus, Pat. Logane de Cotfeild, Pat. Gray, Rob. Lindesay, Walt. Spens, Dav. Joffray, Wil. Logane, Dav. Logane, et D. Joh. Pettich vicario de Lestalrig et notario publico;—unacum sigillo Rob. Logane dom. de Lestalrig et domini superioris annuorum reddituum, in signum consensus fundationi dicti servitii et capellanie:—Apud Leith, 26 Mar. 1478]:—Test. 1. 2. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 17. 12.

xii. 372.[1]

1814. Apud Edinburgh, 18 Jan.

REX confirmavit cartam Stephani Nesbit de Mordingtoun, —[qua — pro summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI RAMSAY, heredibus ejus et assignatis,—illas tres terras husbandias quas tunc occupabat idem Joh., et unam terram husbandiam quam dictus Steph. tunc occupabat, in fine orientali ville de Mordingtoun, in baronia ejusdem, vic. Berwic:—Tenend. a dicto Steph. de rege: — Reddend. duas rosas, nomine albe firme:—Test. Jac. Douglas de Hawdestoun, M. Pat. Craufurde rectore de Aldhamstox, Tho. Craufurde, D. David Ramsay rectore de Fouldene, Rob. Ramsay de Kokpen, et Hugone Dowglas:—Apud Edinburgh, 16 Jan. 1488]:—Test. 1. 2. 4. 5. 18. 19. 7. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12.

xii. 63.

1815.[2] Apud Edinburgh, 20 Jan.

REX dedit literam JACOBO SCHAW de Salchquhy, et JOHANNI SCHAW de Alweth ejus filio, ac eorum alteri diutius viventi,—pro toto tempore vite eorundem, super custodia castri de Strivelin, ac domorum et fortaliciorum et bondarum ejusdem,—cum potestate faciendi constabularios, &c.,—cum consimilibus feodis, proficuis, &c., sicut quondam domina regina ultimo defuncta de quondam rege Jac. III. pro custodia dicti castri habuit, &c.

xii. 74.

1816. Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX confirmavit cartam Eliz. Lindesay, relicte quondam Johannis Langlandis,—[qua, in sua viduitate, pro amore filiali, concessit filio suo et heredi apparenti GAWINO LANGLANDIS, et heredibus ejus, —suas quartas partes terrarum de Culass, et Litilbuttirgask, vic. Perth; ac quartam partem terrarum de Bridistoun, vic. Forfar:—Tenend. de rege:—Reservato dicte Eliz. libero tenemento earundem quartarum partium:—Test. Tho. Fothringaham de Poury, M. Gilb. Tyry vicario de Cargill, D. Jac. Rettre vicario de Culace, Tho. Langlandis, Rob. Seres notario publico:—Apud Dunde, 13 Jan. 1488]:—Test. 1. 2. 4. 5. 18. 7. 19. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12.

xii. 67.

1817.[3] Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX concessit familiari armigero suo JOHANNI STRIVELIN, et heredibus

---

[1] This charter contains the following names of proprietors of bounding tenements:—umquhile Joh. Lambe, James of Hiltoun, Joh. Leirmonth of the city of St Andrews, And. Tynighame, James of Crawfurd, James Levingstoun, James Shanckis, umq. Tho. Hop, Wil. Bell, umq. Joh. of Twring, Pat. Logane, David Logane, Sir Joh. Logane chaplain.

[2] As a memorandum in Register.

[3] The regnal year is given as the second in the Register, but the Dominical year is stated to be 1488. As the Court were at Dundee on the 23rd Jan. 1489 the mistake is probably in the year of the reign.

ejus quibuscunque—pro singulari favore, &c., et pro ejus fideli servitio,—terras de Ernebeg, in comitatu de Menteith, vic. Perth:—TENEND. de rege in feodifirma: —REDDEND. annuatim 6 merc. pro qua summa dicte terre prius assedate sunt, et in augmentationem regii rentalis unam mercam, et sic in toto 7 merc., nomine feodifirme:—TEST. 1. 2. 4. 18. 5. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 148.

1818. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX confirmavit cartam Agnetis de Erth, sponse quondam Johannis Levingstoun de Manerstoun, filie et unius heredum quondam dom. Wil. de Erth, militis ac dom. de Plane,—[qua,—cum consensu sponsi sui predicti, causa contractus matrimonii Cristiane filie sue, secundum formam indenturarum et unius obligationis 400 mercarum non solutarum, — concessit WILLELMO SCOT et dicte CRISTIANE DE ERTH—terras quarte partis baronie de Fordale, (septima parte ejusdem baronie excepta), vic. Fiffe:—TENEND. dictis Wil. et Cristiane et eorum alteri diutius viventi, et heredibus eorum quibuscunque, a dicta Agnete de rege, donec et quousque dicti Agn. et Joh. vel heredes eorum persolverint dictis Wil. et Cris. et heredibus eorum vel assignatis, in ecclesia parochiali burgi de Inverkethin, dictam summam 400 merc.:—TEST. Joh. abbate Insule S. Columbe, Wil. Spittale de Luchald, Joh. Scot, Arch. Furd, Rob. Fyne, Tho. Boiswell, And. de Balfour, et Joh. Henrisoun de Fordale serjando dicte baronie:—Apud Fordale, 14 Aug. 1465]:—TEST. 1. 2. 4. 18. 14. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 198.

1819. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX — quia intellexit quod propter marrasia et superfluas aquarum inundationes in prato suo ex parte boreali monasterii Insule Missarum existen., eidem monasterio nec hominibus nec equis tutus patebat accessus,—igitur, dicti monasterii utilitati providere cupiens, ac pro cotidianis orationibus et suffragiis pro rege factis, &c., —concessit Georgio abbati MONASTERII INSULE MISSARUM et conventui ejusdem, et eorum successoribus, —plenariam licentiam ad faciendum et effodiendum stagnum seu foveam in dicto prato a parte boreali ad partem australem ejusdem, unde sua victualia, focalia, &c., pro sua sustentatione per naviculas vel cymbas, &c., dicto monasterio importare possent et valerent. xii. 373.

1820.[1] Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX dedit literam WALTERO SYMSOUN—pro toto tempore ejus vite—super una parte terrarum de Cessintully nuncupata Donald-Yongstoun, ac de una parte terrarum de Coldoch nuncupata Watte-Smethistoun, extend. in toto ad 4 lib. 10 sol., preter firmas et alia devoria earundem, in comitatu de Menteth, vic. Perth;—liberis ab omnibus firmis et grassumis quibuscunque, exceptis *le fermez*, averagiis, cariagiis et aliis devoriis in rentali contentis, de eisdem terris regi annuatim persolvendis et reddendis;—cum potestate occupandi vel assedandi, &c. xii. 75.

1821. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX confirmavit cartam Jacobi III. regis, —[qua concessit et ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO KENNEDY servitori camere sue,—terras baronie de Leswalt, &c., *ut in carta* 1718.][2] xii. 80.

1822.[3] Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX dedit cartam confirmationis sub magno sigillo super carta Thome Kennedy de Bergany, facta KATERINE KENNEDY filie Joh. dom. K., pro toto tempore ejus vite,—de 5 libratis terrarum de Dalfask antiqui extentus, de molendino de Dalfask, de 5 mercatis terrarum de Trower antiqui extentus, et de 40 solidatis terrarum de Mackowanstoun antiqui extentus, infra parochias de Girvane et Dely, in comitatu de Carrik, vic. Are:—

[1] As a memorandum in Register.

[2] The list of witnesses here given differs from that referred to in No. 1718, by the omission of John Lord Kennedy, (No. 115 in the list of witnesses belonging to the reign of James III.).

[3] As a memorandum in Register.

TENEND. in alba firma, non obstante quod de rege tente sunt in warda et relevio. xiii. 43.

1823. Apud Edinburgh, 26 Jan. REX confirmavit cartam Gilberti Scot de Munze,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit MAURICIO DRUMMOND de Bordland, heredibus ejus et assignatis,—suum quarterium terrarum suarum de Dalpatrik, suam partem occidentalem terrarum de Malar-Maknab, et suam partem terrarum de Tulyquhedill, infra senesc. de Straitherne, vic. Perth :—TENEND. de rege :— TEST. Joh. dom. Drummond, D. Wil. Drummond milite ejus filio, D. David Scharp capellano, David Lokart, Mauricio More, D. Wil. Huntar : —Apud Munzey, 16 Aug. 1488] :—TEST. *ut in carta* 1816. xii. 69.

1824. Apud Edinburgh, 26 Jan. REX confirmavit ESPLINO CRAWFURD de Kers, et SIBELLE LITILL ejus sponse, —terras de Thomastoun, in comitatu de Carrik, vic. Ayr ;—quas idem Esplinus personaliter resignavit :— TENEND. dictis Esplino et Sibille et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Esplini quibuscunque : —TEST. *ut in carta* 1816. xii. 77.

1825. Apud Edinburgh, 28 Jan. REX confirmavit cartam Henrici Munduaill (Mundwell[1]),—[qua—pro summa 200 merc. premanibus persoluta—vendidit et alienavit familiari regis servitori JOHANNI HUME de Quhitrig, et heredibus ejus, — terras vulgariter nuncupatas *le Mundualys-landis*, in villa de Mertoun, vic. Berwik : — TENEND. de rege :—TEST. D. Hen. Munduail capellano, D. Tho. Broun notario publico, Geo. Franche, Jac. Hering, Tho. Broun, Gawino Purves :—Apud Bigare, 30 Sep. 1486] :—TEST. *ut in carta* 1807. xii. 125.

1826. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX—quia exigit reipublice salus et vis rationis expostulat ut hii qui in regis prosperitatis augmento et salute ejus persone regie fuerunt tempore pacis et guerre, claris tollerentur honoribus et pro meritis premia consequerentur,—igitur concessit fideli servitori suo GEORGIO ELLEM et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras de Buttirdene, in comitatu de Marche, vic. Berwic ;—que terre fuerunt olim Johannis Ellem patris dicti Geo., et pro ejus proditoria detentione castri seu fortalicii de Dunbar contra quondam patrem regis, per processum contra dictum quondam Joh. S. deductum, forisfacte fuerunt :—TEST. *ut in carta* 1816. xii. 78.

1827. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX concessit GEORGIO DOWGLAS, filio et heredi apparenti Archibaldi comitis Angusie et dom. Dowglas, et heredibus ejus,—dominium de Temptalloum et castrum ejusdem, vic. Edinburgh ; dominium de Dowglas et castrum ejusdem, cum advocatione et donatione prepositure de Dowglas, vic. Lanark ; dominia de Jedworth-forest et Liddisdale, ac castrum de Armetage, vic. Roxburgh ; dominia de Selkirk, domos et fortalicia ejusdem, vic. Selkirk ; et dominia de Ewisdale et Eskdale, domos et fortalicia eorundem, vic. Drumfres ; cum tenentibus, &c., et advocationibus, &c., ecclesiarum ad predicta dominia spectantibus ;—que dictus comes personaliter resignavit: — RESERVATIS liberis tenementis dicto comiti, et rationabili tertia Elizabeth Boyd ejus sponse cum contigerit :—TEST. 1. 2. 4. 18. 7. 19. 9. 8. 10. 3. 15. 17. 12. xii. 91.

1828. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX concessit GEORGIO DOWGLAS, filio et heredi apparenti Arch. comitis Angusie dom. Dowglas, et ELIZABETH DRUMMOND sponse dicti Geo.,—terras et dominium de Boncle et Prestoun, ac turrim et fortalicium ejusdem, cum tenentibus, &c., unacum advocationibus et donationibus ecclesiarum, &c. ejusdem, vic. Berwic ;—quas dictus comes personaliter resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi, in conjunctam infeodationem, et heredibus inter ipsos

[1] Both forms occur in the charter.

legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dicto comiti :—TEST. *ut in carta* 1827. xii. 92.

1829.[1] Apud . . . . . 2 Feb.
REX dedit literam WALTERO BERTRAHAME et ELIZABETH ejus sponse et eorum alteri diutius viventi, pro toto tempore vite eorundem,—super annua pensione 40 librarum de magnis custumis burgi de Edinburgh, viz. de custumis lane, pellium, coriorum et panni lanei ;—ob magna dispendia, dampna et bonorum perditiones que et quas sustinuerunt per quondam Alex. Stewart, olim ducem Albanie et ejus complices, &c. ;—quam pensionem Jac. III. rex in recompensationem hujusmodi dampnorum per suas literas sub magno sigillo eis concessit. xii. 93.

1830.[2] Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX dedit literam legitimationis JACOBO STEWART, filio naturali Jacobi comitis Buchanie. xii. 128

1831. Apud Wigtoun, 18 Mar.
REX concessit JOHANNI KNOLLIS burgensi de Abirdene, et MARIOTE KNOLLIS ejus sponse,—terras de Westir-Essintulye, vic. Kincardin ;—quas Tho. Fiffe, burgensis dicti burgi resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Mar. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum et assignatis :—TEST. *ut in carta* 1808. xii. 86.

ANNO DOMINI 1489. ANNO REGNI 1.

1832. Apud Are, 26 Mar.
REX confirmavit cartam Alexandri Glastir de Glak,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI GORDOUN de Auchluchre, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lumger, et Hiltoun, vic Kincardin :—TENEND. de rege :—SALVIS regi wardis, &c.:—TEST. Rob. Blinsele, Jac. Gordoun, Tho. Prat, And. Newtoun, burgensibus de Abirdene, Pat. Duncansoun, et D. Joh. Strivelin presbytero ac notario publico ; — Apud Abirdene, 18 Mar. 1486] :—TEST. *ut in carta* 1808. xii. 85.

1833.[3] Apud . . . . . 2 Apr.
REX dedit literam BUTE SIGNIFERO, pro ejus servitio, &c.,—de terris de le Park de Largwey, Craginbey, Daldawane, et Largmore, infra dominium Galwidie, extenden. in integro ad 10 lib. 6 sol. 8 den. ;— cum potestate occupandi vel assedandi, &c. xii. 90.

1834. Apud Edinburgh, 2 Apr.
REX concessit familiari armigero suo GEORGEO PARKLEE de eodem, et MARGARETE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Buneside, vic. Linlithqw ;—cujusquidem dimed. feodum fuit Thome Kincaid, et liberum tenementum fuit Joh. Kincaid, et quam dimed. tam in feodo quam in libero tenemento iidem Tho. et Joh. resignaverunt :—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 252.

1835. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX concessit ALEXANDRO HUME de eodem, magno camerario suo, et heredibus ejus,—terras baronie de Tulchadam, et baroniam ejusdem, vic. Strivelin ; (reservatis Johanni Murray olim de Tulchadam terris subscriptis, viz., 5 mercatis terrarum quas occupabat Joh. Murray, 2 merc. quas occupabat Herbertus Broun, terris de Drumschogill extenden. ad 4 merc., 8 merc. quas occupabat Arch. Blak, 23 sol. 4 den. quas occupabat Tho. Stene, 36 sol. 8 den.

[1] As a memorandum in Register.
[2] As a memorandum in Register.
[3] As a memorandum in Register.

quas occupabat Alex. Murray, 26 sol. 4 den. quas occupabat Joh. Adamsoun, 33 sol. 4 den. quas occupabat Joh. Coldane, 25 sol. quas occupabat Wil. Coftland) ;—quas (exceptis terris reservatis) dictus Joh. resignavit :—TEST. *ut in carta* 1839.

xii. 96.

1836. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Georgei Ker de Sammelstoun,—[qua concessit ad sustentationem unius capellani secularis in CAPELLA S. NINIANI, confessoris, in burgo DE HADINGTOUN divina celebraturi ad altare ejusdem,—illud tenementum suum in dicto burgo ex parte boreali ejusdem, inter terram quondam Pat. Skirwin et terram Joh. Aytoun :—TENEND. in puram elemosinam :—TEST. M. Michaele Ker rectore de Duns, D. Gilb. Merschell, et D. Tho. Pow, capellanis, Joh. Ker, Geo. Ker, Joh. Palmar, Geo. Cunyngham, Alex. Arnald, et D. Wil. Sleich presbytero notarioque publico :—Apud Sammelstoun, 9 Mar. 1488] :—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 19. 20. 3. 9. 8. 15. 17. 12. xii. 339.

1837. Apud Edinburgh, 15 Apr.
REX concessit PATRICIO RAMSAY, filio quondam Henrici Ramsay de Newtibbir, et heredibus ejus, — terras de Ardwenny, vic. Forfar ; — quas Alex. dom. Monypenny resignavit :—TEST. *ut in carta* 1808. xii. 87.

1838. Apud Edinburgh, 16 Apr.
REX confirmavit cartam Cristiane Dikysoun, sponse quondam Walteri Twedy de Drummelzar, ac unius heredum quondam Johannis Dikysoun de Smeithfeld,—[qua —pro singulari favore, &c.,—concessit filie sue ELIZABETH TWEDY, heredibus ejus et assignatis,—terras suas dictas *le Denys*, et molendinum earundem, vic. Peblis :—TENEND. a dicta Crist. de rege : —REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme, et Willelmo Dudingstoun de Southous 3 mercas de predicto molendino : — RESERVATO libero tenemento dicte Cristiane : — TEST. Joh. Dikysoun de Smethfeild, Pat. Dikysoun, Rob. Dikysoun, Edwardo Dikysoun, Michaele Dikysoun, et David Robisoun :—Apud Peblis, 23 Oct. 1488] :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 163.

1839. Apud Edinburgh, 29 Apr.
REX concessit THOME LUNDY filio et heredi apparenti Willelmi Lundy de eodem, et ISABELLE BOSWELL sponse dicti Tho.,—terras de Uverpratris, et quartam partem terrarum de Nethirpratris, in baronia de Lundy, vic. Fiffe ;—quas dictus Wil. resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Isab., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—TEST. 1. 2. 4. 5. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 95.

1840. Apud Edinburgh, 6 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis comitis de Levenax et domini Dernly,—[qua concessit JACOBO CRAUFURDE de Seidhill, et ELIZABETH GALBRAITH, ejus sponse,—pro ejus servitiis,—terras de Kilwynnet, in comitatu de Levenax, vic. Strivelin ;—quas Joh. Blare de Adamtoun et Elizabeth Culquhone, ejus sponsa, in manibus dicti comitis resignaverunt :—TENEND. dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, veris heredibus seu assignatis dicti Jac. quibuscunque pluribus aut uni :—TEST. Geo. abbate de Pasleto, Rob. Sympill de Fowlwod, Joh. Railstoun de eodem, Rob. Caveris, Tho. Sympill, et Joh. Paris : —Apud monasterium de Pasleto, 26 Apr. 1489] :—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 17. 12. xii. 117.

1841. Apud Edinburgh, 21 Maii.
REX concessit consiliario suo ALEXANDRO HUME de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Maw, vic. Fiffe ;— que in manibus regis devenerunt ratione forisfacture Johannis Ramsay olim domini Boithvile :—TEST. *ut in carta* 1817, *excepto* 5. xii. 150.

1842.[1] Apud . . . . . 28 Maii.
REX dedit literam HENRICO DOMINO DE SANCTO CLARO, et ejus assignatis, —super assedatione terrarum et dominiorum Orcadie et Schetland, cum pertinentiis et proficuis quibuscunque : — TENEND. pro termino 13 annorum :—SOLVEND. annuatim summam 550 merc. xii. 110.

1843. Apud . . . 28 Maii.
REX dedit literam HENRICO DOMINO DE SANCTO CLARO, et ejus assignatis,—super custodia castri de Kirkwall, et fortaliciorum ejusdem,—pro 13 annis ;—cum potestate constabularios, &c., constituendi, &c.;—cum omnibus feodis et proficuis, &c. xii. 111.

1844. Apud . . . 28 Maii.
REX dedit literam HENRICO DOMINO DE SANCTO CLARO, et ejus assignatis,—super officiis Justiciarie, Folderie, et Balliatus terrarum et dominiorum Orcadie et Schetland,—pro 13 annis,—cum potestate eschaetas levandi, &c. xii. 112.

1845. Apud . . . 29 Maii.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVILL, domino Halis, et JOHANNI PRIORI S. ANDREE, et eorum alteri diutius viventi, et eorum assignatis pluribus aut uni,—de terris et dominiis Orcadie et Schetland, cum pertinentiis et proficuis quibuscunque :— TENEND. pro spatio 13 annorum,—cum *le wattil*, *wrak* et *haif-wrak*, &c.;—cum potestate subtenentes imponendi et removendi, &c.:— SOLVEND. annuatim regi summam 550 merc. xii. 104.

1846. Apud . . . 29 Maii.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVILL, &c., et JOHANNI PRIORI S. ANDREE, &c.,—super custodia castri de Kirkwall, &c.,—*ut in carta* 1843. xii. 105.

1847. Apud . . . 29 Maii.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVILL, &c., et JOHANNI PRIORI S. ANDREE, &c.,—super officiis Justiciarie, Folderie, et Balliatus, &c., *ut in carta* 1844. xii. 106.

1848. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REX confirmavit cartam Alisone Park filie et heredis quondam Wil. Park de eodem,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit WILLELMO CUNYNGHAM de Craganys, heredibus ejus et assignatis,—officia sua coronatoris et mari-feodi occidentalis warde de Stragriffe, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem :—TENEND. a dicta Alisona de senescallo Scotie :—SUSTINEND. et inveniend. legatores, servitores, et ministratores in dictis officiis exercen. annuatim, sicut solitum fuit et consuetum exactis temporibus, nomine albe firme :— TEST. Uchtredo Knox de Craganys, D. Jac. Flemyng vicario de Houstoun, Rob. Houstoun, Joh. Glen, Joh. Cunynghame :— Apud le Park, 6 Apr. 1484] :—NECNON cartam Johannis Sperk de Bertanholme,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta — vendidit et alienavit Willelmo Cunynghame de Craganys, heredibus ejus et assignatis, — officia sua coronatoris et mari-feodi warde superioris baronie de Renfrew, vic. ejusdem ; ac etiam officium suum constabularie burgi de Irwin, in ballia de Cunynghame, vic. Ayr : —TENEND. a dicto Joh. de senescallo Scotie :—SUSTINEND. et inveniend. legatores &c., *ut supra* :— TEST. M. David Cunynghame archidiacono Ergadie, M. Patricio Galbraith, M. Rob. de Strivelin, D. Joh. Modervell, D. Cuthberto Muligane, presbyteris, et Andrea Cunynghame : — Apud Glasgw, 2 Maii 1489]:—TEST. *ut in carta* 1903. xii. 166.

[1] This and the following five charters are given as memoranda in the Register.

ANNO REGNI 2. ANNO DOMINI 1489.

1849.[1] Apud . . . . . 18 Jun.
REX dedit literam HUGONI DOMINO DE MONTGUMRY, ad vitam,—super assedatione terrarum et dominiorum de Bute, cum omnibus commoditatibus, proficuis et devoriis, &c., et cum potestate subtenentibus assedandi:—REDDEND. regi summam 141 lib. 18 sol. 6 den. annuatim,—ac pro fogagio Insule de Bute 5 lib. monete, 41 martas et duo quarteria marte, 11 celdras 15 bollas ordei, unam celdram et 8 bollas farine, de quaquidem summa predicta 12 lib. 5 sol. solvend. duobus capellanis annuatim consuetis:—RESERVATIS regi dispositione wardarum releviorum et maritagiorum cum contigerint infra dictum dominium, et officiis justiciarie, juxta formam rentalis. xii. 113.

1850. Apud . . . . . 18 Jun.
REX dedit literam HUGONI DOM. DE MONTGUMRY, ad vitam,—super officio balliatus dominii de Bute. xii. 114.

1851. Apud . . . . . 18 Jun.
REX dedit literam HUGONI DOM. DE MONTGUMRY, ad vitam,—super custodia castri de Rothissay, infra dominium de Bute;—cum potestate constabularios substituendi, &c.;—et assignando eidem pro custodia ejusdem summam 40 mercarum de firmis dicti dominii. xii. 115.

1852. Apud . . . . . 18 Jun.
REX dedit commissionem HUGONI DOM. DE MONTGUMRY,—faciend. ipsum justiciarium infra bondas dominiorum de Bute et Aran, ad tenendum unum iter justiciarie infra easdem bondas; cum potestate curias tenendi, &c. xii. 116.

1853. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX confirmavit cartam Patricii comitis de Boithvile ac dom. Halys, magistri hospitii sui,—[qua concessit JACOBO BAILYE, filio Alexandri B. olim de Carnfyn, et heredibus ejus,—terras de Carnbrw et Carnefyn, cum tenentibus, &c., earundem, in comitatu de Boithvile, vic. Lanark;—quas dictus Alex. resignavit:—FACIEND. tres sectas ad tria placita capitalia curie comitatus de Boithvile:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex., ac rationabili tertia Mariote sponse ejus, cum contigerit:—TEST. D. Rob. episc. Glasguen., Geo. episc. Galwidie, And. dom. Gray, Alex. Hume de eodem camerario Scotie, Pat. Hume de Fastcastell, et M. Ric. Murehede decano Glasguensi:—Apud Edinburgh, 19 Jun. 1489]:—TEST. *ut in carta* 1861. xii. 107.

1854. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis domini Dernlee et certarum terrarum dominii de Bathcat,—[qua concessit et ad feodifirmam dimisit scutifero et servitori suo MICHAELI DE HAMMYLTOUN—terras totius dimedietatis sive dimedie totius Insule, Anglice vulgariter *le Bathkat Inche*, in dominio de Bathkat, vic. Linlithqw, regalitate de Renfrew:—TENEND. dicto Mich. et heredibus masculis ejus de corpore procreatis, vel assignato seu assignatis ejus, proli seu prolibus naturali aut naturalibus ejus de corpore procreatis, quem seu quos melius ei in eadem feodifirma placuerit assignari, et heredibus eorum seu eorum alterius masculis de corporibus eorum legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. libere reversuras:—REDDEND. 8 merc. nomine feodifirme:—TEST. D. Arch. Dundas de eodem milite, Geo. de Maxwell de Garnsallo, Adam d Maxwell, fratribus dicti Joh. dom. Dernlee, Wil. de Ros et Tho. Thomsoun, burgensibus de Edinburgh:—Apud Edinburgh, 19 Feb. 1467]:—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 23. 24. 12. xii. 126.

[1] This and the following three charters are given as memoranda in the Register

1855. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis comitis de Levenax domini Dernlee et Dregarne,—[qua, cum consensu sponse sue Margarete, concessit QUINTINO SCHAW filio Johannis Schaw de Haily,—illas 5 mercatas terrarum antiqui extentus de occidentali parte ville de Dregarne, vic. Ayr, infra dominium de Dregarne, in quibus infrascripti inhabitabant, viz.,—Joh. Galt junior, Jac. Galt, Tho. Galt junior, Joh. Donaldsoun;—in excambio pro 5 merc. terrarum antiqui extentus de occidentali parte de Henristoun, infra vic. et baroniam de Renfrew; que terre fuerunt olim pro dicto Joh. Schaw:—TENEND. dicto Quintino et heredibus masculis ejus de corpore procreatis, quibus deficientibus, Wil. S. fratri ejus germano et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. S. de Hailee quibuscunque:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. Joh. Maxwell de Nethirpollok, Geo. Maxwell de Carnsallach, Joh. Stewart filio dicti com., Tho. Sympill, Rob. Stewart, Rob. Maxwell, et D. Dav. Rede notario publico:—Apud civitatem Glasguen., 9 Aug. 1475]:—TEST. *ut in carta* 1854. xii. 131.

1856. Apud Edinburgh, 25 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis comitis de Levenax et dom. Dernlee,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta — vendidit et alienavit consanguineis suis THOME STEWART de Mynto familiari regis armigero, et ISABELLE STEWART ejus sponse,—terras de Houshill, extenden. annuatim ad 100 solidat. terrarum antiqui extentus, in dominio de Dernlee, vic. Renfrew;—quas Joneta Cameroun sponsa quondam consanguinei dicti com. D. Walt. Stewart de Arthurle militis, ac mater dicte Isabelle resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Isab. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, ac heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Isabelle quibuscunque:—REDDEND. unam rosam rubeam, nomine albe firme:—TEST. Geo. Maxwell de Garnsallach fratre dicti comitis, Joh. Stewart seniore filio dicti com., David Lindesay nepote et herede apparente domini de Dunrod, Joh. Maxwel filio et herede apparente domini de Nethirpollok:—cum subscriptione dicti com. manuali:—Apud Edinburgh, 16 Aug. 1477]:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 151.

1857. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX concessit avunculo suo JACOBO COMITI BUCHANIE dom. de Uchtirhous, et heredibus ejus, pro ejus servitio,—tertiam partem terrarum de Balcormo, tertiam partem terrarum de Argaith, et tertiam partem terrarum de Ladecreif, vic. Forfar;—que fuerunt in manus Roberti olim dom. Lile tanquam dom. superioris earundem per compositionem pro certa summa pecunie ei per dictum Jac. promissa, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt;—et quas terras rex, pro singulari favore, &c., baronie de Uchtirhous univit:—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 23. 24. 12. xii. 100.

1858. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REX concessit avunculo suo JACOBO COMITI BUCHANIE et heredibus ejus quibuscunque, pro ejus bono servitio,—terras de Keith, Tulicluss, duas partes terrarum de Petlyell, terras de le Bowhousis, cum molendino ejusdem, vic. Forfar;—que fuerunt prius dicti Jac. et per ipsum alienate et vendite sub litera reversionis Roberto olim dom. Lyle, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt;—ac etiam 10 libratas terrarum de Bordlandis de Ketnes,—que etiam fuerunt dicti Jac., et prefato Roberto pro certa summa pecunie per eum super dictum Jac. recuperata, appreciate:—TEST. *ut in carta* 1857. xii. 101.

1859. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX concessit familiari armigero suo JOHANNI HUME, filio et heredi apparenti Georgei Hume de Eytoun, et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio,—terras de Bowquhan, cum tenentibus, tenandriis, &c., earundem, et cum molendino ejusdem, vic.

Striveling; — que fuerunt Roberti dom. Lile, et tunc in manibus regis forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt:—TEST. *ut in carta* 1861. xii. 109.

1860. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX concessit consiliario suo ANDREE DOMINO GRAY et heredibus ejus, pro ejus fideli servitio,—terras et baroniam de Lundy, vic. Forfare, cum tenentibus, tenandriis, &c., earundem; necnon terras de Mylhil, cum molendino ejusdem, et terras de Birflat, infra baroniam de Forgund, vic. Perth;—que terre fuerunt Roberti dom. Lile, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt:—REDDEND. 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. Forfare, cum wardis et releviis cum contigerint:—TEST. *ut in carta* 1857, *excepto* 9. xii. 99.

1861. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX confirmavit cartam Malisei comitis de Menteith,—[qua—pro filiali affectione, &c., ac pro ejus servitiis,—concessit filio suo JOHANNI GRAHAM—terras de Port, Ernthom, Monbrachy, Gartmulze, Myllyn, Cranys-more, unacum lacu de Inchmahomok ac insulis ejusdem, extenden. ad 20 lib. 13 sol. 6 den. antiqui extentus, in comitatu de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus procreatis, quibus deficientibus, dicto Maliseo et heredibus suis quibuscunque: — REDDEND. unum denarium nomine albe firme: — TEST. Duncano Campbell de Glenourquha, Walt. Buchquhanan de eodem, Jac. Nory de Tarbart, Duncano Campbell M'Kerlis, et Tho. Knox:—Apud Inchtolloch, 8 Dec. 1485]:—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 23. 24. 12. xii. 103.

1862. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX confirmavit cartam Malisei comitis de Menteith,—[qua—pro filiali affectione, &c., et pro ejus servitiis,—concessit filio suo WALTERO GRAHAM—terras suas, viz. lacum de Lochtoun, cum insulis ejusdem, dimedietatem terrarum de Glaskalze, terras de Calgart, Sawnocht, Inchre, le Myltoun de Abirfull, Kirktoun de Abirfull, Bofressely, Bonynty, Downam, Baleth, Gartlonanbeg, Gartcarne, Garhat, et Cranisbeg, extenden. ad 19 lib. antiqui extentus, in comitatu de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dicto Waltero et heredibus ejus masculis de corpore ejus procreatis, quibus deficientibus, dicto Maliseo et heredibus suis quibuscunque: — REDDEND. unum denarium, nomine albe firme:—TEST. Duncano Campbel de Glenourchay, Waltero Buchquhannane de eodem, Duncano Campbel Makkerlis, Jac. Nory de Terbert, Tho. Knox, Jac. Stewart, et Donaldo Squyare:—Apud Inchtulloch, 8 Dec. 1485]:—TEST. *ut in carta* 1857. xii. 102.

1863. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX confirmavit cartam progenitoris sui Jac. II. regis,—[qua,—cum consensu consortis sue Marie regine Scotie,—concessit ALEXANDRO LE BRUSE de le Stanehous, et JONETE ejus sponse,—terras de Leithbertschelis, et de le Stanelethe, vic. Striveling:—TENEND. dictis Alex. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—REDDEND. annuatim 5 lib.:—TEST. Wil. episc. Glasguen., Wil. comite de Dowglas et de Avandale dom. Galwidie, Wil. dom. Creichtoun cancellario, Pat. dom. le Glammys magistro hospitii regis, And. dom. le Gray, Geo. de Creichtoun de Carnys admirallo regni, Wil. de Cranstoun de Corsby, militibus, M. Joh. Arous archidiacono Glasguen., et M. Geo. de Schoriswood rectore de Cultir clerico regis:—Apud Edinburgh, 26 Dec. 1451]:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 140.

1864. Apud Edinburgh, 29 Jun.
REX—pro singulari dilectione et favore quos gessit erga Alex. dom. Hume, et pro ejus fideli servitio progenitoribus regis et per eundem regi fideliter continuato, ac ad ejus instantiam et supplicationem,—infeodavit et creavit VILLAM DE DUNGLAS, vic. Berwik, liberum burgum in baronia imperpetuum; — concessit etiam inhabi-

tantibus eundem liberam potestatem emendi et vendendi, &c.; et ut haberent crucem et forum singulis ebdomadis die Lune, et nundinas publicas quolibet anno in festo Assump. B. V. M., et per octavas ejusdem, cum tholoneis:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 196.

1865.[1] Apud . . . . . 30 Jun.
REX dedit literam confirmationis AGNETI MENZEIS, — super carta ei facta ad vitam, per Alex. Irwin de Drum, cum consensu filii ejus et heredis apparentis Alex. Irwin de Lunmey, de data 12 Sep. 1487,—de terris de Angustoun, et de Mylntoun de Drum, in baronia de Drum, vic. Abirdene:—TENEND. in alba firma, pro uno denario argenti, de dicto Alex. xii. 98.

1866. Apud Edinburgh, 30 Jun.
REX concessit GEORGIO HATELY, filio et heredi apparenti Henrici Hately de Mellostanys,—terras de Blasinbrade, vic. Berwik; terras de Spottisschele, in baronia de Dunbar, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun;—quas dictus Hen. personaliter resignavit: — TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro Hately fratri dicti Geo. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Hen. quibuscunque:—RESERVATO libero tenemento dicto Hen.:—TEST. *ut in carta* 1904. xii. 157.

1867. Apud Edinburgh, 30 Jun.
REX concessit ALEXANDRO HATELY, filio Hen. Hately de Mellostanis,—terras de Mellostanis, et de Fawnis, cum molendino earundem, vic. Berwik;—quas dictus Hen. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Georgio Hately fratri dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Hen. quibuscunque:—RESERVATIS libero tenemento dicto Hen. ac rationabili tertia parte earundem Sibelle Hume ejus sponse, cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 1904. xii. 158.

1868. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL, filio et heredi apparenti cancellarii sui Colini comitis de Ergile, dom. Campbell et Lorne, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras de Auchintwerely et Dunnerbok, cum molendino ejusdem, et piscaria super aqua de Clide eisdem spectan., extenden. annuatim ad 10 libratas terrarum antiqui extentus, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane; ac terras de le Nethirmanys de Duchell, cum molendino ejusdem, extenden. etiam ad 10 lib. terrarum antiqui extentus, vic. Renfrew;—que fuerunt Roberti, olim dom. Lile, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt;—et quas rex, pro singulari favore quem gessit erga dictum Arch., in unam liberam baroniam de Auchintwerely univit et incorporavit:—TENEND. de rege, tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 1840. xii. 121.

1869. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REX concessit ARCHIBALDO CAMPBELL, filio et heredi apparenti cancellarii sui Colini comitis de Ergile, &c., et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras de Auchintwerely et Dunnerbok, cum molendino ejusdem et piscatione super aqua de Clyde eisdem pertinen., extenden. ad 10 lib. terrarum antiqui extentus, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane; ac terras de le Ovir et Nethir Manys de Duchell, le Myltoun, cum molendino ejusdem, terras de Brigend, Bulwrayis, le Ovirwod et Nethirwod, et Blakholme, extenden. in integro ad 10 libratas 3 sol. 4 den. terrarum antiqui extentus, in dominio de Duchell, vic. Renfrew;—que fuerunt Roberti olim dom. Lile, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. devenerunt;—et quas rex, pro singulari favore, &c., in unam liberam baroniam de Auchintwerely univit et incorporavit:—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 15. 23. 24. 12. xii. 134.

[1] As a memorandum in Register.

1870. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX concessit familiari armigero suo GEORGIO CAMPBELL, filio et heredi apparenti Georgii Campbell de Lowdoun, militis, vicecomitis de Ayr, et heredibus ejus, —officium vicecomitatus de Ayr; — quod dictus Geo. pater personaliter resignavit :— TEST. *ut in carta* 1861. xii. 108.

1871. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX concessit consiliario suo JOHANNI DOMINO GLAMMYS, et heredibus ejus, —quartam partem terrarum baronie de Baky, cum tenentibus, &c., ac cum advocationibus ecclesiarum et capellaniarum ejusdem, vic. Forfar;—quas Joneta Fentoun resignavit :—TEST. 1. 2. 4. 18. 10. 19. 9. 8. 3. 15. 23. 24. 12. xii. 118.

1872. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX concessit JOHANNI LYOUN, filio et heredi apparenti consiliarii sui Johannis domini Glammys, et ELIZABETH GRAY ejus sponse,—quartam partem baronie de Baky, cum tenentibus, &c., ac advocationibus ecclesiarum et capellaniarum ejusdem, vic. Forfar;—quas David Narne personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. L. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1871. xii. 119.

1873. Apud Edinburgh, 4 Jul.
REX concessit DAVID NARNE de Sandfurde et heredibus ejus,—illam partem terrarum de Prusk jacentem in vic. de Fiffe; ac etiam quartam partem terrarum de Colace et Buttirgask, vic. Perth;—quas Joh. dom. Glammys personaliter resignavit :—TEST. *ut in carta* 1840. xii. 120.

1874.[1] Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVILL domino Halys,—super officio gardiani occidentalium et mediarum marchiarum regni versus Angliam,—pro terminis 7 annorum,—cum omnibus proficuis, &c., eidem officio incumben., et que Arch. comes Angusie olim gardianus pro hujusmodi officio prius habuit, &c. xii. 129.

1875.[2] Apud Edinburgh, 6 Jul.
REX dedit literam PATRICIO COMITI DE BOITHVILL—super custodia castri de Lochmabane, ac fortaliciorum, &c., ejusdem—pro 7 annis, cum omnibus terris, feodis, &c., quas et que Arch. comes Angusie pro custodia ejusdem prius habuit. xii. 130.

1876. Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX concessit DAVID KENNEDY militi, filio et heredi apparenti Johannis dom. Kennedy, et AGNETI BORTHWIC ejus sponse,—terras de Balgra, le duas Bordelandis, cum dimedia mercata terre de le Struthir, terras de Foulwod, le Uvir-Auchintebir, et le Nethir-Auchintebyr, le Gabroich-hill, le Spittalis, le Quhiteleyis, le Pacokbank, et le Brideland, extenden. in integro ad 40 merc. antiqui extentus, in dominio de Cunynghame, vic. Are;—quas dictus Joh. dom. K. resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Agneti, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. dom. K. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 122.

1877. Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX concessit DAVID KENNEDY militi, filio et heredi apparenti Johannis dom. Kennedy, et heredibus ejus,—officium balliatus de Carrik;— quod dictus Joh. K. resignavit :—TENEND. de rege tanquam comite de Carrik : — TEST. *ut in carta* 1876. xii. 123.

1878. Apud Edinburgh, 11 Jul.
REX confirmavit ALEXANDRO INGLIS de Terwald, et JONETE DUREHAME, ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Caploychquhy, nuncupatam le Nethirtoun de Caploychquhy, unacum molendino

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

ejusdem, vic. Fiffe ;— quam idem Alex. resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1863. xii. 141.

1879. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX confirmavit JACOBO SANDILANDIS de Caldor, militi, et MARGARETE KER ejus sponse,—terras baronie de Erthbissate, cum tenentibus, &c., earundem ; ac terras de Slamannan, cum advocatione et donatione juris patronatus ecclesie parochialis S. Laurentii de Slamannane, vic. Striveling ; ac etiam terras de Bannokburn, cum advocatione et donatione capelle almi confessoris S. Niniani prope burgum de Striveling, vic. predicto ;— quas idem Jac. resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque :—TEST. 1. 2. 4. 18. 20. 19. 9. 8. 3. 49. 23. 24. 12.. xii. 135.

1880. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Rollok de Fyndenew, ac domini portionarii de Ballingale,—[qua concessit WALTERO HERIOT de Lathone, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Ballingale, viz. binam partem unius tertie partis earundem, vic. Fiffe ;—pro ejus consiliis et auxiliis, &c. : —TEST. M. Alex. Alexandersoun, Dav. Rollok, Wil. Ballingale, Joh. Ballingale, Joh. Peresoun, Dav. Forestar, et Dav. Wricht notario publico :—Apud burgum de Cupro, 12 Jun. 1489] :—TEST. *ut in carta* 1863. xii. 143.

1881. Apud Edinburgh, 17 Jul.

REX concessit JOHANNI ELLEM, et ELIZABETH ejus sponse, — terras de Cherneside, Duns, et Bassindene, in comitatu Marchie, vic. Berwik ;—quas Ricardus Ellem, frater dicti Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Ric. quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dicto Ricardo :—TEST.[1] 1. 21. 4. 26. 14. 20. 19. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 343.

1882. Apud Duchell, 23 Jul.

REX confirmavit ALEXANDRO ERSKIN, filio et heredi apparenti Thome dom. Erskin, et ELENE HUME sponse dicti Alex., — terras et baroniam de superiore et inferiore Dunnolter, vic. Dunbertan ; ac etiam 38 mercatas cum dimidia terrarum de Balhagate, vic. Abirdene ;— quas idem Alex. resignavit : — TENEND. dictis Alex. et Elene, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1863. xii. 144.

1883. Apud Duchell, 26 Jul.

REX confirmavit cartam patris sui Jac. III. regis,—[qua concessit familiari servitori camere sue ALEXANDRO GORDOUN, —terras de Kenmure, &c. :—*ut in carta* 1722] :—TEST. *ut in carta* 1863. xii. 142.

1884. Apud Duchell, 28 Jul.

REX confirmavit cartam Mariote Kennedy de Burghjarg,—[qua,—cum consensu Archibaldi Wallace, sponsi sui,—concessit filio suo THOME WALLACE, heredibus ejus et assignatis,—5 mercatas terrarum suarum de Burghjarg, vic. Wigtoun,—pro dilectione filiali, &c. :—RESERVATO libero tenemento dictis Mariote et Arch. et eorum alteri diutius viventi :—TEST. D. Joh. Kennedy filio et herede apparente Joh. K. de Blarequhan, Quintino Agnew vicecomite de Wigtoun, Tho. Kennedy, Rob. Campbele, Joh. Campbele, et Dungallo M'Kyrnele de Barnele ;—cum sigillo dicti Arch. :—

[1] This list of witnesses is probably incorrect. It corresponds with that belonging generally to the year 1491, when William, Lord St John (No. 25) was Master of the Household.

Apud Edinburgh, 7 Jul. 1489]:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 132.

1885. Apud Linlithqw, 10 Aug.
REX concessit et ad feodifirmam dimisit armigero suo ROBERTO MATELAND de Auchincassill, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—locum castri et montem, nuncupat. le Mote de Tibbris, cum bondis et pertinentiis eorundem, vic. Drumfreis:—REDDEND. 40 den. nomine feodifirme:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 226.

1886. Apud Linlithqw, 11 Aug.
REX confirmavit cartam patris sui Jac. III. regis,—[qua concessit JOHANNI BLAKADYR, et ELIZABETH EDMONDSTOUN ejus sponse,—terras de Tuliallan &c., *ut in carta* 1707]:—TEST. *ut in carta* 1884. xii. 133.

1887. Apud Linlithqw, 11 Aug.
REX concessit familiari servitori suo PATRICIO HEPBURN et heredibus ejus quibuscunque, pro ejus servitio,—annuum redditum 5 lib. debitum Roberto olim dom. Lyle, de terris de Kynpunt, vic. Linlithqw, et tunc regi ratione forisfacture dicti Rob. pertinen.:—TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 136.

1888.[1] Apud Linlithqw, 12 Aug.
REX dedit literam legitimationis Magistro ROBERTO KEITH rectori de Disert, in forma cancellarie. xii. 127.

1889. Apud Linlithqw, 12 Aug.
REX confirmavit THOME MAWLE de Panmure, militi, et KATERINE CRAWMOND ejus sponse,—terras de Ballischane, cum tenentibus, &c., in baronia de Panmure, vic. Forfar;—quas idem Tho. resignavit: TENEND. dictis Tho. et Kat. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1887. xii. 137.

1890. Apud Linlithqw, 12 Aug.
REX concessit ALEXANDRO ERSKIN filio et heredi apparenti Thome dom. Erskin, et heredibus ejus,—terras baronie et regalitatis de Alway, cum foresta de Clakmannan et cum molendino de Alway, vic. Clakmannan; terras de Nesbit, et Dawgles, vic. Roxburgh; terras de Coltinhufe et Tulchgorme, cum le Myddilthrid et molendino ejusdem, vic. Striveling; terras de Pettarrow, vic. Forfar; terras baronie de Balmacalye, et terras de le Newtoun, vic. Kincardin; terras baronie de Kelly, cum molendino earundem; et 100 libras annuatim de firmis aquarum burgi de Aberdene, vic. Aberdene;—quas dictus Tho. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Tho., ac rationabili tertia Jonete Dowglas ejus sponse, cum contigerit:—TEST. 1. 2. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 145.

1891. Apud Linlithqw, 15 Aug.
REX concessit familiari armigero suo GEORGIO HUME de Aytoun, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras infrascriptas, viz., duas le Giblatstonis extenden. ad 6 mercas, le Lady-mure extenden. ad unam mercam, le Dubpenny extenden. ad 3 merc., Carrincuran ad 3 merc., Auchinquhole ad 3 merc., le Newtoun ad unam mercam, le Nuttynishill et Kersmedow ad 4 merc., Haltounrig, Culruth, Killocrays, et le Wodend ad 9 merc.; et in toto extenden. annuatim ad 20 lib., in dominio de Duchell, vic. Renfrew;—que fuerunt Roberti dom. Lyle, et tunc in manibus regis ratione forisfacture dicti Rob. legitime devenerunt:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 1887. xii. 138.

1892. Apud Linlithqw, 20 Aug.
REX confirmavit familiari armigero suo GEORGEO PARKLEE de eodem, et MARGARETE ejus sponse,—terras de Buneside, vic. Linlithqw;—quarum unam dimedietatem idem Geo., alteram iidem Geo. et Marg., personaliter resignaverunt:—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeoda-

[1] As a memorandum in Register.

tione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. 1. 2. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12.
xii. 253.

1893.[1] Apud Striveling, 25 Aug.
REX dedit literam ALEXANDRO HUME magno camerario—super officio gardiani orientalium limitum seu marchiarum regni versus Angliam, pro terminis 7 annorum proxime sequen. ;—cum proficuis, feodis, &c. xii. 170.

1894. Apud Linlithqw, 12 Sep.
REX concessit armigero suo ROBERTO LAUDER de Edringtoun, et heredibus ejus,—terras de Bele, Johnesclewch, et le Clyntis, cum turre, fortalicio et molendino de Bele, in baronia de Dunbar, constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; necnon terras et molendinum de Mersintoun cum superior. et inferior. toftis earundem, vic. Berwik ;—quas Hugo de Dunbar de Bele resignavit :—REDDEND. annuatim 1 den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 1890. xii. 146.

1895.[2] Apud . . . . . 19 Sep.
REX dedit literam (DAVID) COMITI CRAUFURDIE,—creando ipsum Ducem de Montrose pro toto tempore ejus vite, et concedendo eidem capitale messuagium et locum castri de Montrose, vulgariter nuncupat. *le Castelstede*, necnon burgum et villam de Montrose, cum firmis burgalibus, magnis et parvis custumis, ac libertatibus tunc regi de eisdem burgo et villa pertinen., ac portum et stationem navium ejusdem burgi, cum firmis aquarum et piscationibus regi de eodem burgo pertinentibus, vic. Forfare ; ac etiam capitale messuagium et locum castri de Kinclevin, ac terras dominicales ejusdem quas quondam Joneta Fentoun, sponsa quondam Wil. Haket, ad vitam prius habuit ; ac omnes alias terras dominii de Kinclevin, cum molendinis, multuris et piscariis earundem, &c., etiam regi de dicto dominio pertinentibus, vic. Perth ;—creando omnia predicta in unum Ducatum de Montros, ac tenenda in liberam regalitatem ;—cum omnibus clausulis secundam formam carte, ac cum itineribus et curiis justiciarie, camerarie, &c. xii. 149.

1896. Apud Strivelin, 23 Sep.
REX confirmavit cartam David Ogilvy de Inchmertin,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit STEPHANO LOKART de Cleghorn, armigero, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem duarum partium terrarum de Cleghorne, in dominio de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. a dicto Dav. de rege :—REDDEND. tertiam partem duarum partium parium alborum calcarium, nomine albe firme :—TEST. Alex. Blare de Bathiok, Tho. Blare, Pat. Blare, et Pat. Wellis : — Apud Inchmertin, 30 Apr. 1489] :—TEST. *ut in carta* 1904.
xii. 162.

1897. Apud Striveling, 25 Sep.
REX concessit familiari suo WILLELMO MENTEITH de Kers, militi, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Alweth, vic. Striveling ; cum officio vicecomitatus de Clakmannane, cum feodis, proficuis, &c.;—que fuerunt Joh. Schaw de Alweth per resignationem dicti Wil., et quas dictus Joh. resignavit :—TEST. *ut in carta* 1890.
xii. 147.

1898. Apud Perth, 28 Sep.
REX confirmavit cartam Jacobi comitis Buchanie, et dom. de Uchtirhous,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit GEORGEO BLARE, filio David Blair in Bendachy,—dimediam partem orientalem terrarum de Ketnys, quam Joh. Wilsoun, Alex. Haldane et David Fullour ad firmam habebant, in baronia de Ketnys, vic. Forfar :—TENEND. dicto Geo. et Isabelle Haliburtoun ejus sponse et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Jac. Creichtoun de Ragartoun milite, Geo. Creichtoun, Tho. Murray, Pat. Wellis, D.

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

Joh. Kynmonth notario publico;—cum subscriptione dicti comitis manuali:—Apud Perth, 27 Sep. 1489]:—Test. *ut in carta* 1856. xii. 152.

1899. Apud Edinburgh, 3 Oct.
REX confirmavit cartam Willelmi Roge(ri) de Drumdewane,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit ROBERTO MAXTOUN de Cultiquhay, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Ardoch, et multuras terrarum de Pettincleroch, in comitatu de Straitherne, vic. Perth:—Tenend. de rege:—Reddend. duos denarios argenti, et pro dictis multuris unum batum avenarum, nomine albe firme:—Test. D. Joh. Symsoun canonico Insule Missarum, Karolo Maxtoun, Hen. Paule et Dav. Gryff:—Apud monasterium de Inchefra in Straitherne, 6 Maii 1489]:—Test. *ut in carta* 1916. xii. 181.

1900. Apud Striveling, 13 Oct.
REX confirmavit concessionem quam fecit quondam Johannes dom. Lindesay de Biris, quondam MURDACO GLASTIR de Glak, heredibus ejus et assignatis,—de terris de Cromee, in baronia de Aberkerdoure, vic. Banff:—Test. *ut in carta* 1856. xii. 153.

1901. Apud Striveling, 16 Oct.
REX—cum avisamento magni concilii sui,—concessit familiari servitori suo ADAM HEPBURN, fratri germano Patricii comitis de Boithvile et dom. Halys, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras de Culcrewchis, Culyownane, Tundarrach, et Calyegat, vic. Striveling, extendentes annuatim ad 20 merc. antiqui extentus; et terras de Mulig, Bannachar, extenden. ad 29 merc. cum dimedia merce, antiqui extentus, vic. Dunbertane; necnon terras de Ovir-Johnnestoun, extenden. ad 5 coronas antiqui extentus, vic. Renfrew;—que fuerunt quondam Thome Galbraith, olim de Culcrewch, et tunc regi pertinebant per decessum dicti Tho., qui pro certis proditoriis actionibus per ipsum nequiter perpetratis ad mortem justificatus erat:—Reddend. annuatim regi tanquam comiti de Levenax pro dictis terris de Culcrewchis, &c., unum par calcarium deauratorum; et regi tanquam senescallo Scotie, pro dictis terris de Ovir Johnnestoun, unum denarium argenti, nomine albe firme:—Test. *ut in carta* 1856. xii. 154.

1902. Apud Strivelin, 21 Oct.
REX concessit et ad feodifirmam dimisit consiliario suo ALEXANDRO HUME de eodem, magno camerario suo, et ejus heredibus, pro ejus fideli servitio,—terras de Grenelaw, cum molendino ejusdem, et 40 librat. terrarum de Lethame, cum molendino ejusdem; et terras de Cokburne, cum molendino ejusdem, in comitatu Marchie, vic. Beruik:—Reddend. pro Grenelaw 40 lib., pro Lethame 40 lib., et pro Cokburne 20 lib., nomine feodifirme:—Test. *ut in carta* 1856. xii. 155.

1903. Apud Striveling, 21 Oct.
REX concessit WILLELMO OLIPHANT, et CRISTIANE SUTHIRLAND ejus sponse,—illam partem terrarum et baronie de Strabrok eidem Cristiane spectan., cum tenentibus, &c., unacum advocatione et donatione ecclesie de Strabrok, vic. Linlithqw;—quas eadem Cristiana personaliter resignavit:—Tenend. dictis Wil. et Cris., ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Cristiane quibuscunque:—Test. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 165.

1904. Apud Dunglas, 24 Oct.
REX, pro bono servitio sibi impendendo, concessit JOHANNI ROSS et heredibus ejus, — terras de Innernyte, Ballathyis, et Tulybeltanys, extenden. annuatim ad 42 merc., unacum piscatione earundem terrarum, in dominio de Kynclevin, vic. Perth;—que terre, &c., per processum super eodem Joh. in Parliamento deductum, in manibus regis devenerunt:—Test. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 156.

1905. Apud Edinburgh, 3 Nov.
REX,—quia terre de Lenfene Deo et B.

V. M. et capelle de Galstoun infra dominium de Kyle, vic. Are, a longo tempore cujus non extat memoria hominum per regis progenitores mortificate fuere, — cujusquidem capelle presentatio capellani ad dominum de Dernle pertinebat;—et quia M. Joh. Charteris, dicte capelle capellanus et possessor, propter guerrarum insultus ac patrie combustionem hujusmodi mortificationis cartas invenire non potuit, et regi humiliter supplicavit, ut ei in hac re de alicujus subventionis gratia providere dignaretur;—igitur terras prefatas de Lenfene, pro toto tempore vite ejusdem M. JOHANNIS CHARTERIS capellani dicte capelle, ad manum mortuam confirmavit.

xiii. 173.

1906.[1] Apud . . . . . 20 Nov.

REX dedit literam JOHANNI HEPBURN de Rollandstoun, senescallo suo,—de terris de Estirferny, infra dominium de Fiffe, in feodo, pro toto tempore ejus vite,—pro ejus servitio, &c.;—cum potestate occupandi vel assedandi, &c.

xii. 88.

1907. Apud Dunbertane, 26 Nov.

REX concessit familiari armigero suo JOHANNI HUME de Quhitrig—terras et villam de Erssiltoun, cum tenentibus, &c., et molendinis earundem, que fuerunt Arch. comitis Angusie, vic. Berwik; terras de Broderstanis, et Quhitrig, cum molendino ejusdem, et 5 librat. terrarum de Mertoun nuncupat. *le Mundwellis-landis*, et 10 librat. terrarum de Todrig, infra territorium ejusdem, que fuerunt dicti Joh. hereditarie, infra vic. predictum;—quas terras, &c., de Erssiltoun dictus Arch., et quas alias terras idem Joh. ipse, resignaverunt;—et quas omnes—pro singulari favore, &c., — rex in unam liberam baroniam de Erssiltoun univit et incorporavit;—et, pro fideli servitio dicti Joh., predictam villam de Erssiltoun in unum liberum burgum in baronia creavit et fecit:—TENEND. dictas terras in liberam baroniam, et dictam villam in liberum burgum in baronia, dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alex. Hume de eodem, fratri germano dicti Joh., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Geo. Hume de Eytoun patruo dicti Joh., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Patricio Hume de Fastcastell, fratri germano dicti Geo., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Thome Hume de Langschaw etiam fratri germano dicti Geo., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque cognomen Hume et ejus arma gerentibus;—necnon concessit inhabitantibus dictum burgum de Erssiltoun, libertatem emendi et vendendi, &c., ac eligendi ballivos et alios officiarios, &c.;—et quod haberent crucem et forum in dicto burgo, et diem fori singulis ebdomadis in die Lune; et nundinas publicas singulis annis, in die S. Jac. Apost. et per octavas ejusdem, festum S. Petri Ad Vincula nuncupat. *Lammes* preceden.;—cum omnibus tholoneis, libertatibus, &c.:— REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 1904. xii. 159.

1908. Apud Dunbertane, 26 Nov.

REX confirmavit familiari suo JOHANNI TOWRIS de Inverleith, militi, et heredibus ejus,—terras de Inverleith et Dalry, cum molendinis earundem, vic. Edinburgh; terras de Garmiltoun-Noble, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas idem Joh. personaliter resignavit;—et quas rex,—pro singulari favore, &c., et pro fideli servitio dicti Joh.—in unam liberam baroniam de Inverleith univit et incorporavit:—REDDEND. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 1940. xii. 160.

1909. Apud Dunbertane, 4 Dec.

REX confirmavit HERBERTO CORRY filio et heredi apparenti Thome Corry de Newby, et ESOTE MURRAY sponse dicti Herb.,—5 libratas terrarum de Prestowtside, viz. inferiorem partem earundem, *le Nethirsyde* nuncupatam, et 5 librat. terrarum de Stapiltoun, infra senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfres;—quas dict. Tho. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Herb. et Esote et eorum alteri diutius

[1] As a memorandum in Register.

viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1904. xii. 161.

1910. Apud Edinburgh, 26 Dec.

REX—pro singulari devotione quam gessit erga B.V.M., patronam ecclesie cathedralis Abirdonensis, ac pro speciali favore, zelo et dilectione quos habuit erga Willelmum de Elphinstoun tunc ejusdem episcopum,—et pro ejus fideli et gratuito servitio, magnisque laboribus ac compluribus expensis, et in partem recompensationis earundem, diversis temporibus, in legationibus et ambassiatis ad Francie et Anglie reges et Burgundie et Austrie ducem ac ad partes alias,—necnon in servitio regis infra regnum Scotie pro republica et tranquillitate ejusdem,—ratificavit et, cum consensu concilii sui, de novo ad manum mortuam confirmavit omnes donationes, fundationes, &c., per predecessores suos, sive per alios dominos aut barones vel quascunque alias personas prius factas, episcopis et prelatis ac ecclesie CATHEDRALI ABERDONENSI — de quibuscunque terris, annuis redditibus, &c., cum omnibus privilegiis, immunitatibus, &c., quibuscunque ad hujusmodi spectan. : —TENEND. in puram elemosinam :—Concessit etiam quod ruptores et violatores dictarum immunitatum caperentur in indictamentis regis per clericos justiciarie, et crimen per illos commissum pro puncto dictaminis regis in futurum reputaretur, et delinquentes pro eodem ad mortem punirentur :—Ac etiam concessit dicto Wil. episc. Aberdonen. et successoribus ejus, ac capitulo et canonicis dicte ecclesie,—privilegium, &c., quecunque victualia, vina aut alias mercantias infra portum de Aberdene seu extra eundem apportatas a quibuscunque ligeis regis seu extraneis aliorum regnorum illuc advenientibus, ad ipsorum et domiciliorum sustentationes honestas emendi et easdem mercantias iterum vendendi :—Ac insuper,— quia regi suoque concilio per antiqua registra et alias constabat, David regem Scotorum infeodasse Canoniam de Aberdone, vulgariter nuncupatam *le Ald-Aberdone*, in sedem episcopalem et civitatem cum omnibus libertatibus et privilegiis ad civitatem spectan.,—rex ipsam Canoniam de Abirdone declaravit sic infeodatam fuisse et eandem etiam de novo infeodavit ;—et pro majore firmitate ac clariori libertate predicte civitatis, et pro utilitate, quiete et necessaria sustentatione prefati episcopi et ejus successorum ac capituli, &c., et eorum servitorum, &c., apud dictam civitatem et villam de *le Ald Aberdone* residentium,—creavit et fecit eandem civitatem et villam in liberum burgum in baronia, cum potestate inhabitantibus eundem emendi et vendendi, &c. ;—et concessit dicto episcopo, &c., potestatem ballivos et alios officiarios eligendi :—Et quod essent burgenses in eisdem et ut haberent crucem et forum et diem fori singulis ebdomadis in die Lune, et nundinas publicas singulis annis, unam, viz. in cena Domini ante Pascha vulgariter nuncupata *Skyre Thurisday*, et aliam in die S. Luce Evangel. et per octavas ejusdem, cum omnibus tholoneis, &c.:— TENEND. omnes et singulas terras, &c., cum capella brevia deliberandi predicto episcopo, &c. in puram elemosinam et ad manum mortuam, necnon tenend. predict. civitatem et villam in civitatem ac in liberum burgum in baronia : — FACIEND. regi orationum suffragia devotarum :—TEST. *ut in carta* 1903.

xii. 168.

1911.[1] Apud Edinburgh, 26 Dec.

REX dedit cartam WILLELMO EPISCOPO ABIRDONENSI—pro causa in carta precedente (No. 1910) expressa—super terris, redditibus, et possessionibus quibuscunque ecclesie Abirdonensis, in proprietate et tenandria, ac terris et glebis ecclesiarum et capellaniarum ad collationem plenariam dicti episcopi qualitercunque spectantibus : — TENEND. eidem episcopo, quamdiu ecclesie Abirdonensi prefuerit, in liberam regalitatem, cum omnibus libertatibus, &c., eidem pertin-

[1] As a memorandum in Register.

entibus; cum curiis, &c., et homagiis ac libera foresta et warenna; et cum itineribus justiciarie et camerarie, &c.; ac cum potestate justiciarium et camerarium nominandi et per eosdem justitiam ministrari faciendi, super omnibus criminibus que coram ipsis venire consueverant :—SALVO tamen quod non licitum esset replegiare de regiis itineribus justiciarie quamcunque personam ad dicta regia itinera indictatam : —et cum advocationibus ecclesiarum, &c.: — FACIEND. regi orationum suffragia devotarum. xii. 169.

1912. Apud Edinburgh, 26 Dec.
REX confirmavit cartam Johannis Haliday de Halidahill, alias Bardonanehill, — [qua concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI HALIDAY, et MARGARETE GRERESOUN ejus sponse,—terras de Bardonane alias Halidahill, extenden. annuatim ad 40 sol. antiqui extentus, vic. Drumfres : —TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de rege : — REDDEND. 3 solidos nomine albe firme, cum aliis servitiis debitis et consuetis :—TEST. Gilb. Greresoun in le Kere, Joh. Greresoun filio ejus, D. Pat. M'Morane capellano, et Joh. Durane notario publico : — Apud Bardonane, 10 Nov. 1489]:—TEST. *ut in carta* 1903. xii. 173.

1913. Apud Edinburgh, 29 Dec.
REX confirmavit JOHANNI TOWRIS de Inverleith militi, et EGIDIE ejus sponse,—terras de Crag de Inverleith, et dimedietatem terrarum de Dalry, in baronia de Inverleith, vic. Edinburgh ;—quas idem Joh. personaliter resignavit : — TENEND. dictis Joh. et Egid. ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque: —TEST. *ut in carta* 1903. xii. 171.

1914. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX confirmavit ALEXANDRO HUME, magno camerario suo, nepoti et heredi apparenti Alexandri dom. Hume,—terras de Chirnside, cum molendino ejusdem, et cum tenentibus, tenandriis, et libere tenentium servitiis, unacum donatione et patronagio ecclesie de Chirnside, unius prebendarum ecclesie collegiate de Dunbar; et 20 terras husbandrias in territorio et villa de Leithame, in bondis de Mersintoun, ex parte orientali de Ladenburne, unacum mansione nuncupata *le Volt;* ac 4 mercatas terrarum in villa et territorio de Lethame que olim pertinebant Edwardo Redpeth; necnon terras de Howhawis, Manderstoun, 6 mercatas terrarum ville de Mersintoun nuncupatas le Plewand (? Plewland), 6 mercatas terrarum dominicalium de Halsintoun, in comitatu Marchie, vic. Berwik ;—quas idem Alex. personaliter resignavit, et quas rex—pro singulari favore, &c.,—univit et incorporavit baronie de Hume :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus in forma tallie subsequentis, viz.;—post ejus decessum Alexandro Hume ejus filio et heredi apparenti et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Georgio H. fratri germano dicti Alex. H. junioris, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def. David H. etiam fratri dicti Alex. jun., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni H., etiam fratri dicti Alex. jun., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis dicti Alex. patris de corpore ejus legitime procreatis, et deficientibus heredibus masculis dictorum quatuor fratrum et heredibus masculis dicti Alex. patris &c. (*ut supra*), Johanni Hume de Ersiltoun fratri germano dicti Alex. patris et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Alex. quibuscunque, cognomen et arma de Humys gerentibus : — REDDEND. unam rubeam rosam, nomine albe firme :—Insuper rex concessit eidem Alexandro et heredibus antedictis,—pro cordiali, bono, et fideli servitio, &c.,—quod non licitum esset nec in potestate dictorum heredum in dicta tallia contentorum, et post ejus decessum ad dictas terras hereditarie succedentium, dare, vendere, alienare aut extra donare easdem terras, &c., aut aliquam partem earundem,

aut quemcunque annuum redditum, &c., pro aliquibus causis, nec easdem vendere de ipsis tenend.; — et si contingeret, quod absit, aliquam talem donationem aut alienationem fieri contra tenorem dicte tallie, declaravit rex quod esset nullius roboris aut momenti in judicio aut extra :—Test. *ut in carta* 1903. xii. 172.

1915. Apud Edinburgh, 4 Jan.

REX, cum avisamento concilii sui,—pro singulari devotione quam gessit erga Sanctam et Individuam Trinitatem, Virginem Mariam, et Beatum Confessorem S. Kentegernum, patronum ecclesie Glasguensis, et pro specialibus favore, &c., quos habuit erga Robertum tunc episcopum et prelatum dicte ecclesie, ac pro ejus fideli servitio, &c., ad manum mortuam confirmavit omnes donationes, fundationes, &c., per quoscunque predecessores regis aut alias personas prius factas ECCLESIE ET SEDI GLASGUENSI, ac episcopis et prelatis ejusdem, de quibuscunque terris, &c.: — Concessit etiam et de novo infeodavit predictam ecclesiam ac sedem et dictum Robertum episcopum Glasguen. et successores ejus, cum feodis et forisfacturis tenentium quarumcunque terrarum dicte ecclesie spectantium, adeo libere in omnibus sicut ecclesia Apostolorum SS. Petri et Pauli in urbe Romana seu aliqua alia ecclesia infeodata est; sic quod quando aliquis dictorum tenentium pro suis demeritis et criminibus forisfactus fuerit, licitum esset dicto episcopo, &c., appropriare ejus propriis usibus et ecclesie Glasguen. terras hujusmodi tenentis aut easdem aliis donare :—Et quia regi et regis concilio intelligere datum est quod baronie de Ancrum, Lilliscleif, et Askirk, in libera regalitate ex antiquo tenebantur,—igitur prefato episcopo et ejus successoribus concessit, quod quum aliquis eorum tenentium dictarum baroniarum, aut baroniarum de Stobo et Edilstoun, pro suis demeritis et criminibus convictus vel justificatus fuerit in regiis itineribus justiciarie, curiis gardianorum seu aliis, predicti episc., &c., eschaetis, devoriis, et proficuis eorum bonorum, &c., gauderent;—ac insuper si in civitate Glasguen. liberum non habitum esset tronum, concessit dictis episc., &c., potestatem quod fieri facerent et tenerent liberum tronum in dicta civitate, ac constituerent custumarium tronatorem et clericum cokkete in eadem, ut omnes mercantie et bona civibus ac tenentibus civitatis et baronie de Glasgw pertinen. ibidem tronarentur, et dictus episc., &c., gauderent custumas suis propriis usibus, et super hujusmodi mercantiis et bonis cokketas dari facerent, et exinde cives et tenentes liberi essent de omnibus aliis custumis de dictis bonis in aliis locis infra regnum :— Insuper concessit rex dictis episc., &c., ut haberent pro perpetuo dictam civitatem Glasguen. cum omnibus libertatibus, &c., cuicunque civitati sive burgo cujuscunque episcopatus infra regnum concessis;—concessit etiam ut essent liberi de solutione alicujus custume, &c. :—Tenend. in puram elemosinam ad manum mortuam :— Reddend. orationum suffragia devotarum :—Test. *nt in carta* 1916. xii. 184.

1916. Apud Edinburgh, 7 Jan.

REX concessit DAVID MONORGUND et KATHERINE HERING ejus sponse,—terras de Wormet, unacum molendino et piscatione earundem, in baronia de Nachtane, vic. Fiffe; quas Isobella Hay, cum consensu Johannis Hering ejus sponsi, resignavit :— Tenend. dictis Dav. et Katerine et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Isobelle quibuscunque :—Reservato libero tenemento dicte Isobelle :—Test. 1. 2. 21. 4. 18. 22. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 23. 24. 12. xii. 174.

1917. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX confirmavit donationem quam fecit pater ejus Jac. III. Magistro GEORGEO STRIVELIN et heredibus ejus,—de terris, tenementis, croftis et annuis redditibus infra territoria et burgos de Montrose et Inverbervy et vic. Forfar et Kyncardin, que ad manus regis Jac. III. ratione bastardie devenerunt, per decessum quondam D. David Nycholsoun capellani, et Thome Nicholsoun, filiorum quondam Nicholai

Bervy, qui bastardi nati fuerant, et bastardi decesserunt :— ac insuper concessit rex—pro singulari favore, &c.,—dicto M. Georgeo omne jus et clameum tunc regi ratione bastardie incumben. de et super predictis terris, &c., per decessum dicti quondam Nicholai Bervy bastardi nati et defuncti, qui habuit liberum tenementum earundem ; necnon concessit dicto M. Georgeo omnia bona hereditaria et mobilia quecunque, similiter regi spectantia, &c., :—TEST. *ut in carta* 1903. xii. 167.

1918. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX—perpendens et considerans grata et fidelia servitia que cancellarius suus, Colinus comes de Ergile, &c., pro regis persone et corone regie defensione et tutamine, et pro republica et tranquillitate regni, in ipsius magnos labores et expensas, regi multipliciter impendit et exhibuit, — igitur, ne suscepti videretur beneficii immemor, concessit et ad feodifirmam dimisit dicto cancellario suo COLINO COMITI DE ERGILE, domino Campbell et Lorne, et heredibus ejus,—terras de Rosneth, vic. Dunbertane :—REDDEND. annuatim 35 lib., nomine feodifirme :—TEST. *ut in carta* 1916.
xii. 175.

1919.[1] Apud Edinburgh, 10 Jan.
REX dedit literam, sub magno sigillo, ALEXANDRO HUME de eodem, magno camerario suo, — super custodia castri de Strivelin, cum domibus et fortaliciis ejusdem, unacum regimine, gubernatione et custodia Johannis comitis de Mar,— pro 9 annis,—cum talibus et consimilibus feodis, &c., sicut Jac. Schaw de Sauquhy capitaneus dicti castri pro tempore habuit.
xii. 182.

1920. Apud Edinburgh, 11 Jan.
REX confirmavit familiari suo JOHANNI DUNDAS de eodem, et heredibus ejus,—terras de Blaremukkis, vic. Lanark ;—quas idem Joh. personaliter resignavit, et quas rex—pro singulari favore, &c.,—in unam liberam baroniam de Herthil univit et incorporavit :—TEST. *ut in carta* 1916.
xii. 176.

1921.[2] Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX dedit literam ALEXANDRO HUME de eodem, magno camerario, et ALEXANDRO HUME ejus filio et heredi apparenti, conjunctim et divisim, eos constituendo ballivos Foreste de Ettrik, pro 19 annis ;—cum potestate curias tenendi, &c., faciendi deputatos, &c.;—et assignando eisdem in feodo pro exercitatione dicti officii—locum de Kirkhope in dicta Foresta, unacum omnibus aliis feodis, &c., dicto officio spectantibus ;—et insuper concedendo iisdem,—custodiam domus et fortalicii de Newwerk in dicta Foresta, pro 19 annis ; —et assignando iisdem, pro custodia hujusmodi fortalicii, dimedietatem loci de Catcarinach (Cartaremauch), et Cartarehauch infra wardam de Ettrik, unacum 40 lib. de firmis dicte warde annuatim. xii. 183.

1922. Apud Dunde, 23 Jan.
REX concessit JOHANNI MORTIMAR filio et heredi apparenti Johannis M. de Flemyngtoun, et heredibus ejus,—terras de Flemyngtoun, cum molendino earundem, in baronia de Inveraridy, vic. Forfar ; quas David dux de Monte Rosarum et com. Craufurdie, dominus superior earundem, resignavit, — post quam resignationem factam, dictus Joh. Mortimar, senior, tenens dicti ducis, dictas terras similiter resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. M. seniori :—TEST. 1. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 49. 9. 8. 24. 12.
xii. 213.

1923. Apud S. Andream, 25 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti Colvile,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit Magistro ALEXANDRO INGLIS archidiacono S. Andree, heredibus ejus et assignatis,—terram sive tenementum suum, cum universis domibus, edificiis, ortis et pomeriis ejusdem, in burgo de Edinburgh, ex parte

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

australi vici regii dicti *le Kowgate*: TENEND. a dicto Rob. de rege :—TEST. Hen. Cant, Walt. Merlyoun, Wil. Merlyoun, Joh. Kerswell, Joh. Inglis, Wil. Farnely notario publico, et Joh. Farnely serjando ; —unacum sigillo And. Bertrame ballivi de Edinburgh, sasinam dantis dicto M. Alex.: —Apud Edinburgh, 7 Jan. 1489] :— NECNON cartam Alexandri Crechtoun burgensis de Edinburgh,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta— vendidit et alienavit dicto Magistro Alexandro Inglis archidiacono S. Andree, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 3 lib. 10 sol. de occidentali parte orti sive terre olim vocate Mansio Dei, infra limites hujusmodi burgi, juxta locum Fratrum Minorum de Observantia :—insuper concessit dicto M. Alex. omne jus quod habuit ad fundum predicte terre quantum ad ipsum spectabat : — TENEND. a dicto Rob. de rege :—TEST. Alex. Gray, Alano Inglis, Geo. Knox, Joh. Blak, Niniano Crechtoun, Rob. Wilsoun, Wil. Farnly notario publico, Joh. Farnly et Cuthberto Yong, serjandis :—unacum sigillo And. Bertram, &c. (*ut supra*) :— Apud Edinburgh, 22 Jan. 1489]:—TEST. *ut in carta* 1916, *excepto* 23. xii. 177.[1]

1924. Apud Edinburgh, 1 Feb.

REX confirmavit cartam Ricardi Evioth de Ballussy,—[qua—pro amore filiali, &c.,— concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI EVIOTH et heredibus ejus,— terras baronie de Ballussy ac molendina ejusdem, vic. Perth—pro ejus consilio, auxilio, &c.:—TENEND. a dicto Ric. de rege :— RESERVATO libero tenemento dicto Ricardo : —TEST. Wil. Rothven de eodem milite, Silvestro Rettra de eodem, Joh. Rettra ejus filio et herede apparente, And. Charteris de Cuthilgurdy, Joh. Ross de Ochtirgavin, Rob. Merser de Balleif, Joh. Rettra de Hythhill, Pat. Wellis, Pet. de Ballussy, et D. Joh. de Kynmonth capellano ac notario publico :—Apud Perth, 15 Jan. 1484] :— TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 24. 12. xii. 185.

1925.[2] Apud . . . . . 2 Feb.

REX dedit literam PATRICIO HUME de Polwort,—de 21 lib. terrarum de le West-Manys de Lettem, ex occidentali latere torrentis earundem, ac de molendino de Lettem, infra comitatum Marchie, in ejus feodo, pro toto tempore ejus vite,—pro ejus servitiis, &c. ;—cum potestate assedandi, &c. :—ac cum mandato rotulatori et auditoribus scaccarii, pro allocatione annuatim desuper fienda, &c.

xii. 89.

1926. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REX concessit familiari servitori camere sue, THOME PATE, et heredibus ejus,— domum et tenementum infra burgum de Edinburgh, super montem castri ejusdem, regi pertinen. ratione bastardie quondam Alex. Raa :—REDDEND. servitium burgale : —TEST. 1. 2. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12. xii. 224.[3]

1927. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX concessit familiari suo JOHANNI MURRAY, filio et heredi apparenti Patricii Murray de Fawlahyll, et heredibus ejus,— terras de Grevistoun, vic. Peblis ;—que ad manus regis ratione eschaete quondam Mariote Watsoun devenerunt, et regi pertinuerunt tanquam domino superiori et ultimo heredi quondam David Boiswell filii dicte quondam Mariote, que obiit in feodo dictarum terrarum,—necnon pro eo quod non fuit aliquis heres legitimus ex consanguinitate et sanguine eorum dictis terris successurus ;—ac insuper concessit dicto Joh., heredibus ejus et assignatis, predictas terras, cum omni jure et clameo que rex ad easdem habuit, unacum firmis pecunie, granorum, &c., earundem regi spectantibus ratione warde aut in defectu non introitus et recuperationis dictarum

[1] The following names occur in the above charters, as those of proprietors of contiguous lands ;– umquhile Adam Layng, umq. Alex. Galloway, Joh. Ramsay dyer, Rob. Louresoun carpenter, umq. Joh. Dalrimpill.

[2] As a memorandum in Register.

[3] The following are the names of the proprietors of conterminous properties mentioned in this charter—Arthur Campbell, Joh. Musch, Joh. Stewart.

terrarum per aliquas personas heredes dict. Dav. vel Mar. :—Test. *ut in curta* 1916.
xii. 180.

1928. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX concessit clericis et oratoribus suis M. Johanni Listoun professori sacre theologie, preposito ECCLESIE COLLEGIATE S. SALVATORIS INFRA CIVITATEM S. ANDREE, ac canonicis et capellanis ejusdem, et eorum successoribus, — terras de Uvir-Carnebee, infra baroniam de Carnebee, vic. Fiffe ;—quas Wil. Malevil de Carnebee personaliter resignavit :—Tenend. dicto preposito, &c., ad sustentationem duorum capellanorum divina celebraturorum in dicta ecclesia juxta fundationem ejusdem, de rege in proprietate :— Reddend. orationum suffragia devotarum :—Test. *ut in carta* 1916.
xii. 179.

1929. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX concessit JOHANNI MOW et heredibus ejus,—terras de Mow, vic. Roxburgh ;—quas Rob. Mow, frater dicti Joh., resignavit :—Test. *ut in carta* 1931.
xii. 192.

1930. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REX concessit JOHANNI SPENS, filio et heredi apparenti Joh. Spens de Lathalland, et MERGARETE DUNBAR ejus sponse, —quartam partem terrarum de Lathalland, dicto Joh. patri pertinentem, vic. Fiffe; —quam dictus Joh. senior resignavit: —Tenend. dictis Joh. juniori et Merg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. S. senioris quibuscunque :—Test. 1. 2. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 9. 8. 49. 3. 24. 12.
xii. 190.

1931. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX concessit WILLELMO HAIG, filio et heredi apparenti Jacobi Haig de Bemyrside, et heredibus ejus,—terras de Bemyrside, vic. Berwik ;—quas dictus Jac. resignavit: —Reservatis libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia Margarete Scot sponse ejus, cum contigerit :—Test. 1. 21. 27. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12.
xii. 191.

1932. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX—pro summo favore quem gessit erga monasterium de Caldstreme, &c.,—confirmavit cartam Johannis Liddale de Lanell, —[qua—pro certa summa pecunie persoluta —vendidit et alienavit Domine Margarete Hoppringil priorisse MONASTERII DE CALDSTREME, et conventui ejusdem, et earum successoribus, —carucatam terre in villa et territorio de Lanell, infra comitatum Marchie, vic. Berwici :—Tenend. de rege in feodo :— Reddend. annuatim unum par cirothecarum ad ancipitrem, vel 12 denarios, nomine albe firme :—Test. Dominis Tho. Donaldsoun, Andrea Law, et Wil. Duncow, presbyteris, Rob. Weddirhede, Wil. Aldincraw, Alex. Aldincraw, Wil. Donaldsoun, Tho. Weddirhede, Jac. Tempill :—Apud Caldstreme, 24 Jun. 1489] :—Insuper rex—pro salute anime sue, &c.,—exoneravit dictam priorissam, &c., de omni seculari mundanoque servitio de predicta carucata terre: —Faciend. orationum suffragia devotarum: —Test. 1. 21. 4. 26. 19. 14. 20. 25. 3. 9. 8. 24. 12.
xii. 366.

1933. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX concessit THOME CRAUFURD, filio et heredi apparenti Willelmi Craufurd de Fethray, et KATHERINE OGILVY sponse dicti Tho.,—terras de Allathane, Bothmacaly, et Broklaw, infra dominium de Fethray, vic. Abirdene ;—quas dictus Wil. resignavit :—Tenend. dictis Tho. et Kat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 1935.
xii. 187.

1934. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX concessit PETRO DE PETBLATHO, filio Johannis Petblatho de eodem, et heredibus ejus,—terras dominicales de Petblatho, cum tenentibus, &c., vic. Fiffe ;

—quas dictus Joh. personaliter resignavit: —TEST. *ut in carta* 1935. xii. 189.

1935. Apud Edinburgh, 19 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi Farquhar burgensis de Dunde,—[qua—pro salute animarum regis, &c., et Margarete Gulde olim sponse sue,—concessit uni capellano divina celebraturo ad altare per ipsum Wil. fundandum in ECCLESIA PAROCHIALI DE DUNDE aut in capella in honore S. Anthonii per ipsum fundanda,—terram jacentem ex parte boreali vici *le Flukargate* burgi de Dunde; annuum redditum 20 sol. de terra Joh. Monyeky ex parte boreali vici maris dicti burgi; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terra quondam Thome Rede, ex parte occidentali de *le Thwortour-Raw* dicti burgi; ann. redd. 30 sol. de terra quondam Katerine Watsoun ex parte boreali vici Moravie dicti burgi; ann. redd. 20 sol. de terra Jacobi Auchinlek ex parte australi vici dicti *le Ratoun-Raw* dicti burgi; ann. redd. 22 sol. de terra Donaldi Invernys ex parte boreali vici maris dicti burgi super angulum venelle dicte *Praitis Wynde*:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Tho. Seres, Joh. Sprule, ballivis burgi de Dunde, M. Pat. Blare rectore scole grammaticalis dicti burgi, D. Dav. Meffane curato ecclesie parochialis dicti burgi, D. Hen. Barry capellano, Alex. Johnestoun, et Rob. Seres clerico communitatis dicti burgi ac notario publico:—Apud Dunde, 3 Feb. 1489]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. 1. 21. 27. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12. xii. 186.[1]

1936. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX concessit THOME STEWART de Mynto, et ISABELLE ejus sponse,—terras de Busby cum molendino earundem, in dominio de Kilbride, vic. Lanark;—quas Joh. Simple de Elliotstoun resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Isab. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque:—.TEST. *ut in carta* 1935. xii. 188.

1937. Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX—cum avisamento concilii sui,—pro singulari favore quem gessit erga familiares armigeros suos Georgium Hume de Eytoun, et Johannem Hume ejus filium et heredem apparentem, ac pro fideli servitio per eosdem regi impenso,—fecit VILLAM DE DUNS, vic. Berwik, liberum burgum in baronia;—quam villam ac etiam terras de Duns dicti Geo. et Joh. hereditarie habuerunt per cartas quondam Jac. III. regis:—concessit etiam inhabitantibus dictum burgum potestatem emendi et vendendi, &c.;—necnon ut in dicto burgo essent burgenses, cum potestate ballivos, &c., eligendi;—necnon ut haberent crucem et forum singulis ebdomadis die Mercurii, et nundinas publicas singulis annis imperpetuum die Lune sequente festum S. Trinitatis post Penthecosten, et per octavas ejusdem;—cum omnibus tholoneis, &c.:—TEST. 1. 21. 27. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12. xii. 272.

1938. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX confirmavit cartam David, ducis de Monte Rosarum, comitis Crawfurdie, &c.,—[qua concessit fratri suo germano ALEXANDRO LINDESAY de Uchtirmonesy, militi,—pro ejus servitiis, &c., ac ejus complurimis costagiis et expensis ex parte dicti ducis in servitio regis, honoris dicti ducis pro conservatione, &c., et pro certis summis pecuniarum sibi per dictum Alex. persolutis,—baroniam et terras de Invereridy, cum molendinis, parca et nemore ejusdem, unacum donatione et advocatione juris patronatus ecclesie parochialis dicte baronie; ac etiam baroniam et terras de Ferne, cum molendinis et sequelis earundem, mansionibus et maneriis hujusmodi baroniarum, cum tenentibus, tenandriis, &c., vic. Forfare:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus

[1] The following names of proprietors of lands adjoining those from which the annual rents were uplifted are given in the charter;—umquhile Jas. Kere, umq. Joh. Scherare, Wil. Davidsoun, umq. And. Wallace, umq. Jas. Fothringhame, umq. Joh. Elleis, Dav. Wedderburne, And. Halis, Joh. Carncors, heirs of umq. Tho. Patonsoun, Rob. Carale.

masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Alex. quibuscunque, a dicto duce, de rege :—Reservato libero tenemento dicto duci,—excepto libero tenemento terrarum de Schandfurd, Bristoun, cum molendino fullonis, Lethinhendry, Achnacre, Auchlochy, et Trestow, quas alias dicto Alex. dictus dux dederat :—Test. Alex. Guthre de eodem milite, Tho. Fothringham de Powre, D. Alex. Scot rectore de Wigtoun, M. Gilb. Tiry rectore de Lyne, Geo. Carmychel, Wil. Carmychell, D. Tho. Schortus capellano :—Apud Edinburgh, 6 Mar. 1489] :—Test. 1. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12. xii. 326.

1939. Apud Edinburgh, 16 Mar.

REX concessit MATHEO GLENDUNWYN de Glenraith, et heredibus ejus,—terras de Quhittislade, et Glenkirk, in baronia de Glenquhyme, vic. Peblis ;—quas Joneta Lichtoun de Petdynis, cum consensu Tho. Erskin, sponsi sui, apud Auldwerk in foresta de Ettrik in manus regis resignavit :—Test. 1. 21. 27. 4. 18. 20. 14. 19. 3. 49. 23. 24. 12.

xii. 199.

1940. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX confirmavit cartam David ducis de Monte Rosarum, &c.,—[qua — pro ejus servitiis, &c., — concessit WILLELMO CARMICHELL, filio et heredi apparenti consang. sui Johannis C. de Medoflat, et heredibus ejus,—terras de le Granys, et Westirhalf de Crympecampe, et le Threiphalch, in dominio et baronia de Craufurd-Lindesay, vic. Lanark ;—quas dictus Joh. in manus dicti ducis resignavit :—Reddend. unum denarium nomine albe firme :—Reservatis libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia ejus sponse cum contigerit :—Test. Alex. Lindesay de Uchtirmonsy fratre dicti ducis, Alex. Guthre de eodem consang. ejusdem, militibus, Tho. Fothringahame de Powre armigero dicti ducis, D. Alex. Scot rectore de Wigtoun, M. Gilb. Tiri rectore de Lyne, clericis ejusdem, Walt. Bertrahame burgensi de Edinburgh, Joh. Halkarstoun, et Hen. Strathachin notario publico :—Apud Edinburgh, 25 Feb. 1489] :—Necnon aliam cartam dicti ducis,—[qua confirmavit dicto Willelmo Carmichell,—pro ejus servitiis, — terras dominicales vulgariter nuncupatas le Manys dominii et baronie de Craufurd-Lindesay, unacum custodia castri ejusdem dominii ; necnon terras nuncupatas Mudlowe, ac terras de Ovir Newtoun, in dicto dominio de Craufurd - Lindesay, vic. Lanark ; — quas dictus Joh. pater dicti Wil. resignavit :—Tenend. dicto Wil. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Johanni C. fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Georgeo C. fratri ejusdem germano et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. senioris quibuscunque ;—cum potestate constabularios faciendi, &c. :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :—Reservatis libero tenemento dicto Joh. seniori, ac rationabili tertia ejus sponse cum contigerit :—Test. *ut supra* :—Apud Edinburgh, 25 Feb. 1489] :—Test. 1. 21. 4. 18. 14. 20. 19. 3. 9. 8. 49. 24. 12.

xii. 368.

1941. Apud Edinburgh, 24 Mar.

REX confirmavit cartam Alexandri Blair de Bauthiok,—[qua — pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit DAVID BLARE in Wendochquhy, et JONETE ejus sponse,—terras de Balgilloquhy, et molendinum earundem, vic. Forfar :—Tenend. dictis Dav. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et eorum heredibus masculis de ipsorum corporibus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis de corpore dicti Alex. B. legitime procreatis, quibus def., propinquioribus heredibus dictorum Dav. et Jon. quibuscunque, a dicto Alex. de rege :—Test. Tho. Blare in Melginch, D. Jac. Rettra vicario de Cullas, D. Joh. Kynmonth, D. David Scot, et D. Joh. Murray, presbyteris : — Apud Bauthiok, 3 Feb. 1489] :—Test. *ut in carta* 1931.

xii. 193.

ANNO DOMINI 1490. ANNO REGNI 2.

1942. Apud Edinburgh, 2 Apr.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Willelmi comitis de Erole et domini Hay,—[qua—pro salute animarum regis, &c., et Jacobi Laicok quondam subdecani Dunkeldensis, fundatoris altaris S. Petri Apostoli, &c.,—concessit uni capellano in ECCLESIA CATHEDRALI DUNKELDENSI et ad dictum altare S. Petri in eadem ecclesia celebraturo,—annuum redditum 8 merc. de terris de Mekle-Quylt et Snago, in baronia sua de Capet, vic. Perth:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Wil. Hay de Ardendracht, Geo. Abercrumby, And. Strathauquhin, Alex. Hay, Gilb. Tulideff:—Apud Edinburgh, 30 Mar. 1490]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 1931. xii. 194.

1943. Apud Edinburgh, 4 Apr.
REX confirmavit cartam Johannis domini Glammys,—[qua concessit D. ALEXANDRO DOMINO LINDISSAY et Magistro Craufurdie, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus benemeritis,—fundum, rupem, et insulam vulgariter nuncupat. *Sanct Nicholas Crag*, unacum donatione et advocatione juris patronatus capellanie ejusdem, infra litus maris secus villam de Dunde, vic. Forfar:—TENEND. a dicto Joh. de rege:—TEST. Wil. comite de Erole et dom. Hay, Joh. dom. Drummond, M. Alex. Inglis archidiacono S. Andree, Tho. Blare de Godnys, And. Murray, et Geo. Hammyltoun:—Apud Edinburgh, 3 Apr. 1490]:—Et insuper rex predictum fundum, &c., baronie de Fynevin dicto Alex. pertinen. univit et incorporavit:—TEST. *ut in carta* 1931, *excepto* 14. xii. 195.

1944. Apud Linlithqw, 14 Apr.
REX—cum avisamento concilii sui, et pro singulari devotione quam gessit erga Beatum Confessorem S. Servanum, patronum monasterii de Culrose, et pro singularibus favore, zelo, &c., quos habebat erga oratorem suum D. Johannem Hog tunc abbatem dicti monasterii,—fecit VILLAM DE CULROSE, vic. Perth, liberum burgum in baronia;—concessit etiam inhabitantibus dictum burgum potestatem emendi et vendendi, &c., necnon ut essent burgenses in dicto burgo, et quod haberent potestatem ballivos, &c., eligendi:—concessit etiam ut haberent crucem et forum die Dominica singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis in festo sive die B. Mathei in autumpno et per octavas ejusdem;—cum tholoneis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1931. xii. 197.

1945. Apud Linlithqw, 22 Apr.
REX confirmavit JOHANNI BLARE de Adamtoun, et ELIZABETH CULQUHONE ejus sponse,—terras de Adamtoun, in baronia de Kile-Stewart, vic. Are, unacum advocatione capelle B. V. M. de *le Grace* in communi pastura dict. terrarum situate;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1952. xii. 206.

1946.[1] Apud Strivelin, 28 Apr.
REX dedit literam ALEXANDRO HUME de eodem,—cum avisamento dominorum concilii,—confirmando literas eidem prius factas, super custodia castri de Strivelin et regimine Johannis comitis de Mar, pro 9 annis;—et quia dictus JOHANNES COMES DE MAR, frater regis etatis extitit ut scolis et doctrinis apponi valeret, et ei hucusque pro ejus honorabili sustentatione nihil assignatum erat,—ideo rex, cum dicto avisamento, tanquam tutor et gubernator dicti sui fratris, assignavit eidem ad ejus sustentationem—terras et comitatus de Mar et Garviach ei hereditarie spectan.;—et pro meliori et firmiori gubernatione ac conservatione eorundem, et honorabili sustentatione dicti

[1] As a memorandum in Register.

comitis,— commisit plenariam potestatem dicto Alexandro prefatas terras, &c., regendi et gubernandi durantibus dictis 9 annis, eosdemque tenentibus assedandi, &c. xii. 203.

1947.[1] Apud Strivelin, 28 Apr.
REX dedit literam ELENE SCHAW sponse quondam Archibaldi Haliburtoun filii et heredis Geo. dom. Haliburtoun, et tunc sponse Patricii Hume de Polwort, et ejus assignatis pluribus ac uni,—super warda terrarum, &c., regi pertinen. per decessum dicti quondam Arch., pro toto tempore warde; ac super warda sive relevio terrarum regi pertinen. per decessum dicti Geo. dom. Haliburtoun; necnon super maritagio Jacobi Haliburtoun nepotis et heredis apparentis dicti Geo.; ac maritagio Patricii et Andree filiorum ejusdem Geo.;—cum potestate assedandi terras et super maritagiis disponendi, &c.
xii. 204.

1948. Apud Striveling, 28 Apr.
REX confirmavit JACOBO DOMINO HAMMILTOUN, et ELIZABETH HUME ejus sponse,—terras et baroniam de Kynnele, cum tenentibus, &c., earundem, unacum castro et fortalicio de Craglioun, et cum carbonariis et *le Salt-pannis* infra dictas terras, vic. Linlithqw;—quas idem Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 1957. xii. 211.

1949. Apud Linlithqw, 30 Apr.
REX concessit ALEXANDRO LOCHMALONY, filio Alex. Lochmalony de eodem, et heredibus ejus,—terras de Lochmalony, vic. Fiffe;—quas dictus Alex. pater resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex. seniori:—TEST. *ut in carta* 1939. xii. 200.

1950. Apud Edinburgh, 10 Maii.
REX—cum avisamento concilii sui—concessit familiari armigero suo JOHANNI LIDDALE, filio quondam Jacobi Liddale de Halkerstoun militis, et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio, et pro singulari favore, &c.,—terras de Creich, vic. Fiffe;—que ad manus patris regis per forisfacturam dicti Jac. devenerunt:—TEST. *ut in carta* 1939. xii. 201.

1951. Apud Edinburgh, 18 Maii.
REX concessit JOHANNI LOGANE, militi, filio et heredi apparenti Roberti Logane de Lestalrig, et ISOBELLE sponse dicti Joh.,—terras de Grugar, in dominio de Cunyngaham, vic. Are;—quas dictus Rob. in manus patris regis personaliter resignavit apud Edinburgh, 30 Nov. 1486:—TENEND. dictis Joh. et Isob. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 1952. xii. 208.

1952. Apud Edinburgh, 20 Maii.
REX concessit armigero suo GEORGIO HUME de Weddirburn, et heredibus ejus,—terras de Moricetoun, in balliatu de Lawdirdale, vic. Berwic;—quas Andreas Anstruthir de eodem resignavit:—REDDEND. unam rosam rubeam, nomine albe firme:—TEST 1. 21. 27. 4. 26. 25. 19. 3. 14. 20. 9. 8. 24. 12. xii. 205.

1953. Apud Halis, 24 Maii.
REX confirmavit ALEXANDRO GLASTIR de Glak, et MARGARETE ejus sponse,—terras de Lumger et Hiltoun, in baronia de Dunnottir, vic. Kincardin;—quas idem Alex. apud castrum de Halis resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti

[1] As a memorandum in Register.

Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1952. xii. 209.

1954.[1] Apud . . . . . 28 Maii.
REX dedit literam NICHOLAIO MONTGUMRY, boware, et CRISTIANE sponse ejus, ac eorum alteri diutius viventi, pro toto tempore vite eorundem,—super terris de Fossoquhy, extenden. annuatim ad 10 libras, vic. Perth,—pro eorum fideli servitio; —cum potestate occupandi vel assedandi, &c. xii. 212.

1955.[2] Apud Linlithqw, 1 Jun.
REX dedit literam JACOBO DOWGLAS de Pettindreich—cum avisamento dominorum concilii—de terris de le Newtoun de Spey, Redehall, le Croftis, Styne, Mylnetoun, le Halch de Duble, Haltoun, le Westirtoun, et Ormelistoun, in dominio de Murray, extenden. annuatim ad 20 lib. 4 sol. 3 den., ei in feodo pro toto tempore ejus vite concessis, &c. :—Proviso quod superexcrescentia dictarum terrarum, prefatam summam annuatim excedens, regi fideliter persolveretur. xii. 202.

1956. Apud Linlithqw, 1 Jun.
REX—cum avisamento concilii sui,—concessit MATHEO STEWART, filio et heredi apparenti Johannis comitis de Levenax dom. Dernelie, et heredibus ejus, —comitatum de Levenax, et dominium de Dernelie, nuncupatum Cruxfew, ac terras de Galstoun, cum tenentibus, &c., unacum advocationibus ac donationibus ecclesiarum et capellaniarum dictis comitatui, dominio et terris pertinen., vic. Dunbertane, Striveling, Are et Renfrew ;—quas terras, &c., dictus Joh. resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia Margarete Montgumry ejus sponse, cum contigerit :—TEST. *ut in carta* 1952. xii. 207.

ANNO REGNI 3. ANNO DOMINI 1490.

1957. Apud Striveling, 13 Jun.
REX concessit ALEXANDRO GORDOUN, filio et heredi apparenti consiliarii sui Georgii comitis de Huntlee dom. Gordoun et Badyenach,—terras et dominia de Huntlee et Gordoun, cum tenentibus, &c., unacum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum dictorum dominiorum, vic. Berwic ;—quas terras, &c., dictus Geo. resignavit :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Geo. quibuscunque, secundum tenorem carte tallie facte quondam Alex. Gordoun comiti de Huntlee et heredibus ejus masculis per Jac. II. regem :—RESERVATO dicto Geo. libero tenemento :—TEST. 1. 21. 27. 4. 26. 25. 19. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 210.

1958. Apud Falkland, 26 Jun.
REX concessit ALEXANDRO HUME magno camerario suo, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Broxfeild, cum molendino earundem, unacum tenentibus, &c., vic. Roxburgh ;—quas Andreas dom. Gray personaliter resignavit ;—et quas rex, pro singulari favore, &c., baronie de Hume univit et incorporavit :—REDDEND. unam rosam rubeam, nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 1957. xii. 216.

1959. Apud Faucland, 26 Jun.
REX concessit consiliario suo ANDREE DOMINO GRAY, et heredibus ejus,—rupem de Bruchty, cum piscatura eidem pertinen., in baronia et regalitate de Killemure, vic. Forfar ;—quas Arch. comes Angusie personaliter resignavit :—concessit insuper dicto And. et heredibus ejus plenariam potestatem ad edificandum et in altum erigendum castrum et fortalicium super dictam rupem, cum propugnaculis, vectibus ferreis *le mache(o)ling*, et *drawbriggis* ac omnibus aliis munitioni-

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

bus necessariis, &c. :—TEST. *ut in carta* 1983. xii. 231.

1960. Apud Perth, 5 Jul.

REX concessit armigero suo MICHAELI BALFOUR, filio et apparenti heredi armigeri sui Michaelis Balfour de Burly, et heredibus ejus legitimis quibuscunque,—terras et baroniam de Burly, vic. Kinros; terras de Balgervy, et Bawla, vic. Fiffe; et molendinum de Bannokburn nuncupat. le mylne de Skeoch, et terras ejusdem, vic. Striveling;—quas dictus Mich. senior resignavit: — RESERVATO libero tenemento dicto Mich. seniori :—TEST. *ut in carta* 1957.

xii. 215.

1961. Apud Perth, 6 Jul.

REX concessit JOHANNI BAXTAR juniori, burgensi de Cupro, et heredibus ejus,—nonam partem terrarum de Kingarrow, et Bawtuly, et tertiam partem terrarum de Kellelandis, Murebrekkis, et Arnotis-Kame, vic. Fiffe; - quas Joneta, Violeta, Katherina, Margareta et Cristiana Wricht, filie et heredes quondam Wil. Wricht burgensis de Cupro, resignaverunt : —TEST. 1. 21. 27. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 217.

1962. Apud Perth, 7 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri Fowlartoun, domini portionarii de Ydillislandis,—[qua—pro quadam summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit JOHANNI BAXTAR juniori, burgensi de Cupro, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Murebrekkis, Arnotis-Kame, et Kellelandis, quas tunc occupabat Tho. Andersoun (acra una Johanni Cristesoun pertinen. excepta); duas acras terrarum de Milhill, quas tunc occupabat Agnes Balcomy, et ibidem dimediam acram quam Pat. Newtoun habuit in assedatione; necnon partem suam trium *le buttis* terre burgalis, prope Litill Dunde, jacen. prope burgum de Cupro, vic. Fiffe :—REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme :—TEST. Wil. Cowpar, David Luklaw, Joh. Walkar, Joh. Young, Tho. Bell, Tho. Bawn, Tho. Perky, Wil. Hob, et David Wricht notario publico: —Apud burgum de Cupro, 1 Mar. 1488] : — NECNON aliam cartam ejusdem Alex. Fowlartoun,—[qua—pro quadam summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit dicto Johanni Baxtar juniori, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Kingarrow et Bawtuly, viz. nonam partem de universis dictis terris, vic. Fiffe :—TENEND. a dicto Alex. de rege :——REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. David Lindissay de Month, Tho. Broun, Walt. Farefoul, David Luklaw, Joh. Knakar, Rob. Dubrale, Tho. Lindissay, Joh. Millar, And. Peblis, Joh. Peblis, Joh. Cristisoun, Alex. Broun, et David Wricht notario publico: — Apud burgum de Cupro, 8 Maii 1490] :—TEST. *ut in carta* 1961. xii. 218.

1963. Apud Perth, 8 Jul.

REX confirmavit cartam Willelmi Rogersoun de Drumdewane,—[qua — pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit WILLELMO MURRAY, filio Willelmi Murray de Tulibardin militis, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem orientalem terrarum de Drumdewane, et dimedietatem molendini cum multuris ejusdem, in baronia de Methven, vic. Perth :—TENEND. a dicto Wil. Rogersoun de rege :— TEST. Joh. Strageith de eodem, Walt. Murray de Obny, Geo. Muncreif de Tibirmellok, Rob. Maxtoun de Cultyquhay, Mich. Murray, Joh. Muncrief, Joh. Watsoun, Joh. Nelesoun, et D. Joh. de Kynmonth capellano ac notario publico: —Apud Perth, 7 Jul. 1490] :—TEST. *ut in carta* 1957. xii. 214.

1964. Apud Perth, 8 Jul.

REX—pro fideli servitio sibi impenso, et pro singulari favore, &c.,—confirmavit illas cartas ac donationes feodifirme factas per progenitores suos JOHANNI MURRAY de Trewin et heredibus ejus quibuscunque,—super terris de Ballach, Trewin, et Lochlane, cum domo de *le Dry Ile*, infra senesc. de Straitherne, vic. Perth :—TENEND. de rege in feodifirma :—SALVIS regi, &c., feodifirmis et devoriis dictarum terrarum debitis et consuetis:—TEST. *ut in carta* 1961. xii. 220.

1965. Apud Perth, 8 Jul.

REX, tanquam tutor et gubernator fratris sui Johanni comitis de Mar et Gariauch, cum avisamento concilii sui, concessit DAVID HALIBURTOUN et heredibus ejus,—totas terras infra baroniam de Sawling, vic. Fiffe, que fuerunt Umfridi Culquhoun de Lus hereditarie, et per dictum David prius alienate quondam Johanni Culquhoun de Lus, militi, patri dicti Umfridi, et heredibus ejus, sub quadam reversione, dummodo eis certa summa pecunie fuisset persoluta;—quam summam dictus Dav. dicto Umfrido persolvit, et ita dictas terras redemit;—quas dictus Umfridus apud Leith resignavit:—Tenend. de comitibus de Mar:—Test. *ut in carta* 2032.

xii. 283.

1966. Apud Perth, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Alexandri domini le Lindissay, Magistri Craufurdie,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit ANDREE CURROUR de Logymegyll, heredibus ejus et assignatis,—terras de Logymegill, in baronia de Megill, vic. Perth:—Tenend. a dicto Alex. de rege:—Test. Joh. Lindissay fratre germano dicti Alex., M. Hen. Lindissay, Geo. Hammiltoun, et Gilb. Lindissay:—Apud Megill, 15 Jul. 1490]:—Test. *ut in carta* 1961.

xii. 219.

1967. Apud Perth, 18 Jul.

REX, tanquam tutor et gubernator fratris sui Joh. comitis de Mar., &c., cum avisamento concilii sui, confirmavit cartam David Wemis de Auchlevin,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit WALTERO INNES de Henormerke (Invermarkie), heredibus ejus et assignatis,—dimediam partem terrarum de Auchlevin, Ardune, et Harlaw, in comitatu de Mar, vic. Abirdene:—Tenend. a dicto Dav. de comitibus de Mar:—Reddend. unum calcar deauratum, nomine albe firme,—sic quod si liberet dicto comiti levare dictum calcar tantummodo de predicta dimedietate, altera pars, viz., quam Hen. Leith de le Barnis tenebat, relevaret dicto Waltero de dimedietate dicti calcaris:—Test. And. Barry, Dav. Weddirburn, D. Jac. Craill capellano, Walt. Dugud, et M. Dav. Craill notario publico, Rob. Foret de eodem, Tho. Foret et Ellese Foret:—Apud Dunde, 17 Jul. 1490]:—Test. *ut in carta* 1961.

xii. 221.

1968. Apud Dunde, 18 Jul.

REX, tanquam tutor, &c., fratris sui, Joh. comitis de Mar, cum avisamento concilii sui, confirmavit cartam David Wemys de Auchlevin,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit HENRICO LETHE de le Barnys, heredibus ejus et assignatis,—dimediam partem terrarum de Auchlevin, Ardune, et Harelaw, in comitatu de Mar, vic. Abirdene:—Tenend. a dicto Dav. de comitibus de Mar:—Reddend. unum calcar deauratum nomine albe firme,—sic quod si liberet, &c., *ut in carta* 1967, *mutatis mutandis*:—Test. *et de data ut in carta* 1967]:—Test. 1. 21. 27. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12.

xii. 222.

1969. Apud Abirbrothok, 27 Jul.

REX concessit JACOBO COMITI BUCHANIE, domino de Uchtirhous, et heredibus ejus,—terras baronie de Kynedward, cum tenentibus, &c., earundem, cum advocationibus et donationibus ecclesiarum dictis terris et baronie pertinen., vic. Aberdene;—quas Joh. dom. Insularum apud Abirdene resignavit:—Test. *ut in carta* 1985.

xii. 243.

1970. Apud Perth, 2 Aug.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabeth Masoun, relicte quondam Johannis Skrimgeour burgensis de Dunde,—[qua concessit ad sustentationem unius capellani ad altare S. Pauli apostoli in ECCLESIA PAROCHIALI DE DUNDE—14 mercas annui redditus de terra Alexandri Quhite burgensis de Dunde, que fuerat olim dimedietas tenementi quondam Roberti Masoun, ac de dimedietate orti et columbarum ejusdem, jacen. ex parte boreali vici fori dicti burgi, inter tenementum D. Ricardi Wricht capellani et terram Matilde Masoun; necnon ann. redd. 20 sol. de terra quond. Johannis Alanesoun ex parte australi

cimiterii S. Clementis dicti burgi, inter terras pertinentes capellanie B.V.M. infra ecclesiam predictam, et capellanie S. Andree apostoli;—quiquidem ann. redd. tenebantur de rege in capite per servitium burgi, &c. :—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Walt. Drummond armigero, D. Geo. Culros capellano, Joh. Balone, Jac. Skrimgeour et D. Dav. Logy notariis publicis:—Apud Dunde, 24 Jul. 1490]: —TEST. *ut in carta* 1968.

xii. 223.

1971. Apud Innes, 31 Aug.

REX, cum avisamento concilii sui, concessit ALEXANDRO DOMINO GORDOUN, Magistro de Huntlee, et heredibus ejus quibuscunque,—terras et dominium de Straithoune, cum tenentibus, &c., et cum advocatione et donatione capellaniarum ejusdem, vic. Banff;—secundum formam carte prius desuper confecte;—quas Walt. Stewart de Strathoune miles personaliter resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt. et rationabili tertia Margarete Striveling ejus sponse :—TEST. *ut in carta* 1995. xii. 248.

1972. Apud Linlithqw, 23 Sep.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Petri Falconar, vicini ville de Leith,—[qua, cum consensu Elizabeth, sponse sue, pro salute animarum Jac. III., regine Margarete, Jac. IV., Rob. Logane baronis de Lestalrig, &c., concessit uni capellano et ejus successoribus divina celebraturis ad altare S. Petri Apostoli in nova ECCLESIA B.V.M. IN LEITH, ex parte australi ejusdem,—annuum redditum 13 merc., de terra sua in villa de Leith ex parte australi aque ejusdem super le Leyis, in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh, inter terras quond. Jac. Wilsoun et Tho. Wilsoun; ac unam cameram de predicto tenemento cum libero introitu et exitu dicto capellano; necnon ann. redd. 13 sol. 4 den. de dicta terra ad sustentationem vestimentorum et ornamentorum dicti altaris; ac ann. redd. 13 sol. 4 den. de dicta terra, pro celebratione unius aniversarii, cum le *placebo* et *dirige*, annuatim die obitus dicti Petri F. in dicta ecclesia:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Symone Logane, Pat. Fortoun, Walt. Logane, Wil. Philop, Jac. Philop, Joh. Bullok, Joh. Scot, D. Tho. Dalrimple capellano, Ada Pettynnoun, Rob. Lamb: —Apud Leith, 17 Jul. 1490;—et eodem die dictus Pat. F. statum et sasinam tradidit D. Wil. Yong capellano]:—TEST. *ut in carta* 2006. xii. 259.

1973. Apud Linlithqw, 27 Sep.

REX cum avisamento concilii sui, confirmavit JOHANNI ROSS de Mailvile, et CRISTIANE EDMONSTOUN ejus sponse,—40 mercat. terrarum de Tortrevane, vic. Edinburgh;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 1983. xii. 234.

1974. Apud Edinburgh, 10 Oct.

REX, cum avisamento concilii sui, in laudem Dei, B. V. M. et S. Magni patroni ecclesie cathedrali Orchadensis, et pro singulari favore &c., quos gessit erga Andream episc. Orchaden. ob ejus magnas et assiduas curam et diligentiam et servitium, &c., patri et matri regis, &c.,—concessit dicto ANDREE EPISCOPO ORCHADENSI et ejus successoribus,—terras, &c., dicte ecclesie in proprietate aut tenandria pertinen.; ac etiam terras et glebas ecclesiarum et capellaniarum ad plenam collationem episcopi earundem pertinen., in libera regalitate seu regalia:—FACIEND. orationum suffragia devotarum :—TEST. *ut in carta* 1983. xii. 237.

1975. Apud Edinburgh, 12 Oct.

REX confirmavit familiari armigero suo PATRICIO CREICHTOUN de Cranstoun-Riddale, et KATERINE TURING ejus sponse,—terras de Nesbit, cum molendino earundem, infra constabulariam de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas idem Pat. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Pat. et Kat. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum legitimis et propinquioribus

heredibus dicti Pat. quibuscunque: — TEST. *ut in carta* 1985. xii. 241.

1976. Apud Edinburgh, 15 Oct.
REX confirmavit consiliario suo GEORGIO COMITI DE HUNTLEE, domino Badyenach, et ELIZABETH HAY ejus sponse,—terras dominii Foreste de Anze, cum castro ejusdem, et cum tenentibus, &c., unacum advocationibus ecclesiarum et capellaniarum, et omnibus annexis quibuscunque, vic. Banfe;—quas idem Geo. resignavit:—TENEND. dictis Geo. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque:—TEST. 1. 21. 27. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 225.

1977. Apud Edinburgh, 15 Oct.
REX concessit familiari servitori suo GEORGIO MUREHED, filio et heredi apparenti Roberti Murehed de le Wyndehillis,—10 libratas terrarum in terris dominicalibus de Denhame, et 10 librat. terrarum in villa et territorio de Caveris, vic. Roxburgh;—quas dictus Rob. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2019. xii. 309.

1978. Apud Edinburgh, 18 Oct.
REX, tanquam tutor et gubernator fratris sui Jacobi ducis Rossie, concessit DAVID ROSS nepoti et heredi apparenti Johannis Ross de Balnagoun, et heredibus ejus,—terras dominii de Balnagoun cum castro et manerio ejusdem; terras de Rareche, Petmadowe, Culdour, Auchile, Culcarne, Badcall, Litill-Alane, Mulcowy, Westray, Stracharroun, Strathochell, Hospitall, cum annuo redditu 6 merc. de Tarbat, unacum molendinis, brasinis, tenentibus, &c., earundem quibuscunque, in comitatu Rossie, vic. Invernes;—quas dictus Joh. Ross resignavit:—TENEND. de ducibus Rossie:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. 1. 21. 4. 26. 19. 14. 20. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 285.

1979. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX confirmavit JOHANNI FLEMYNG de Boghall, et MARIOTE CRAUFURD ejus sponse,—terras de Estir-Glen, extenden. annuatim ad tres mercas antiqui extentus; ac etiam 16 solidat. terrarum de Boghall antiqui extentus quas Jac. Kirly tunc occupabat, et 40 denariat. terrarum de Boghall ejusdem extentus quas Mariota de Houstoun tunc occupabat, vic. Renfrew;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 1976. xii. 227.

1980. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX confirmavit cartam Johannis Lowranstoun de eodem,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO LOWRANSTOUN, heredibus ejus et assignatis,—pro filiali dilectione, &c.,—terras de Lowranstoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de rege:—REDDEND. unum denarium argenti, nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia Elizabeth sponse sue cum contigerit:—TEST. Joh. Towris filio et herede apparente Wil. Towris de Inverleith, Tho. Stewart de Mynto, Arch. Forestar de Corstorphin, Rob. Logane de Restalrig, Joh. Inglis de Langlandhill, Gilb. Forestar: — Apud Edinburgh, 24 Mar. 1486]:—TEST. *ut in carta* 1983. xii. 232.

1981. Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX, tanquam tutor et gubernator fratris sui Jacobi, ducis Rossie, concessit DAVID ROSS nepoti et heredi apparenti Johannis Ross de Balnagoun, et heredibus ejus,—terras dominii de Balnagoun cum castro ejusdem, et terras de Estir-Rarechee cum tenentibus, et annuum redditum 6 mercarum terrarum de Terbate, in ducatu Rossie, vic. Invernes;—quos idem Joh. resignavit:

—TENEND. de ducibus Rossie:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. *ut in carta* 1976. xii. 228.

1982. Apud Edinburgh, 20 Oct.
REX, tanquam tutor et gubernator fratris sui Jacobi, ducis Rossie, concessit DAVID ROSS nepoti et heredi apparenti Johannis Ross de Balnagoun, et ELENE KETH sponse dicti Dav.,—terras de Westir-Rarechee, et Culleis, in ducatu Rossie, vic. Inverness;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. dictis David et Elene et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de ducibus Rossie:—TEST. *ut in carta* 1976. xii. 229.

1983. Apud Edinburgh, 29 Oct.
REX—quia per decretum dominorum auditorum ac dominorum concilii, Jacobus Dunbar de Cumnok miles summam 1136 merc. Elizabeth comitisse Rossie persolvere tenebatur; — et dicto Jac. in bonis mobilibus distringibili non existente, vicecomes de Aire accessit ad terras de Cumnok dicto Jac. pertinen. et ibidem 10 mercatas terrarum, viz. 3 mercatas terrarum de Polquhois, 4 mercatas terrarum de Garefis et 3 merc. terrarum de Garclaichis, pro summa 900 merc. appreciari fecit;—quas dicta Eliz. acquisivit;—igitur concessit dicte ELIZABETH COMITISSE ROSSIE, heredibus ejus et assignatis—prefatas terras:—et voluit quod dictus Jac. vel heredes ejus haberent regressum quandocunque persolverint dictam summam 900 merc. cum expensis infra septennium, &c.:—TEST. 1. 21. 27. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12.

xii. 230.

1984. Apud Edinburgh, 29 Oct.
REX concessit ALEXANDRO GORDOUN, fratri germano Johannis Gordoun de Lochinver, et heredibus ejus,—terras de Auchinreoch, extenden. annuatim ad 5 merc. antiquiextentus, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht;—quas Dungallus Makclellane Johnesoun apud Couthely resignavit:—TEST. *ut in carta* 1983.

xii. 233.

1985. Apud Edinburgh, 1 Nov.
REX confirmavit cartam Georgei comitis de Huntlee et dom. de Badienach,—[qua—pro filiali affectione, &c.,—concessit filio suo carnali WILLELMO GORDOUN—terras et baroniam de Scheves cum juribus et pertinentiis, vic. Abirdene;—quas Adam Gordoun filius carnalis ejusdem comitis in excambium quarundam terrarum baronie de Oboyne, vic. predict., in manus dicti comitis personaliter resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masculis de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti comitis quibuscunque reversuras:—FACIEND. regi servitium forinsecum quantum de terris et baronia de Scheves pertinet, et dicto comiti tres sectas ad tria placita capitalia de Huntlee apud principale messuagium ejusdem, necnon debita et consueta servitia:—TEST. Alex. dom. Gordoun, David Ogilvy de Tolmad, Pat. Grantuly rectore de Glas, Joh. Andree vicario de Botary, And. Frasare et And. Nesbit:—Apud Huntlee, 2 Oct. 1490]:—TEST. 1. 21. 27. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12.

xii. 238.

1986. Apud Edinburgh, 6 Nov.
REX—quia per decretum dominorum auditorum, &c., apud Edinburgh, 20 Maii 1485, David Scot de Petlour summam 70 lib. Roberto Douglas de Lochlevin persolvere tenebatur, quam summam dictus Rob. tanquam plegius dicti David adjudicatus fuit persolvere coram justiciario in itinere de Cupro; — et dicto David in bonis mobilibus distringibili non existente, vicecomites deputati de Fife, viz. Tho. Inglis et Paulus Kinloch, accesserunt ad terras de Westir-Petlour, vic. Fiffe, dicto David pertinen., et ibidem sextam partem earundem terrarum de Westir-Petlour et Nochnary pro dicta summa 70 librarum appreciari fecerunt;—quas terras dictus Rob. acquisivit;—igitur concessit dicto ROBERTO DOUGLAS de Lochlevin, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras;

—et rex voluit quod dictus Dav. et heredes ejus haberent plenum regressum quandocunque persolverint dictam summam 70 lib. unacum expensis, &c., infra septennium :—Test. *ut in carta* 1985.

xii. 239.

1987. Apud Edinburgh, 10 Nov.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Strathaquhyn, domini liberi tenementi de Thorntoun, et David Strathaquhyn, ejus filii et heredis apparentis, feodatarii ejusdem,—[qua—ad sustentationem unius capellani, viz. D. Tho. Smyth et successorum ejus divina celebraturorum ad altare B. V. M. in insula ejusdem per dictos Dav. sen. et jun. edificata ex parte australi ECCLESIE PAROCHIALIS DEABIRLUTHNOT,—concesserunt annuum redditum 11 merc. de terris baronie de Thorntoun et molendino ejusdem, vic. Kyncardin :—Tenend. in puram elemosinam :— Test. Alex. Berclay de Matheris, David Rate de Drumnager, Alex. Falconar de Haukirtoun, Wil. Rate filio et herede apparenti dicti Dav. R., Geo. Berclay, Hugone Berclay, et Ric. Tyndale ;—cum subscriptionibus manualibus dictorum David sen. et jun. :—Apud messuagium de Thorntoun, 7 Oct. 1490] : Test. *ut in carta* 1983.

xii. 235.

1988. Apud Edinburgh, 17 Nov.

REX concessit ALEXANDRO LAWDRE de Haltoun, militi, et heredibus ejus,—terras de Brownisfeild, vic. Edinburgh ;—quas Henricus Cant, burgensis de Edinburgh, personaliter resignavit :—Test. *ut in carta* 2028.

xii. 276.

1989. Apud Edinburgh, 18 Nov.

REX concessit familiari militi suo JOHANNI ROSS, et heredibus ejus quibuscunque, —terras de Montegrenane cum turre et fortalicio ac molendino ejusdem, in dominio de Cunynghame, vic. Ayr ;—quas Pat. Hume de Fastcastell resignavit :—Tenend. de rege tanquam senescallo Scotie: —Test. *ut in carta* 1985.

xii. 240.

1990. Apud Edinburgh, 19 Nov.

REX—quia per decretum dominorum concilii apud Edin. 27 Feb. 1489, Alex. Levingtoun burgensis de Edinburgh, et Henricus Levingtoun ejus filius, summam 240 nobilium de rosa Roberto episcopo Glasguensi persolvere tenebantur ;—et defectu bonorum mobilium dictorum Alex. et Hen., prepositus et ballivi de Edinburgh terram et tenementum dictorum Alex. et Hen. infra dictum burgum, prope ecclesiam collegiatam Beati Egidii, inter terras Edwardi Lamb et Rob. Vaus, appreciari fecerunt ad summam 580 merc. ;— quam terram dictus episc. acquisivit ; — igitur concessit dicto ROBERTO EPISCOPO GLASGUENSI, heredibus ejus et assignatis, — prefatam terram, &c. :—Reddend. servitia burgalia, &c.:—Et rex voluit quod dicti Alex. et Hen. et eorum heredes regressum haberent quandocunque dictam summam 580 merc. persolverint, cum expensis, &c., infra septennium : —Test. 21. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 12.

xii. 267.

1991. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX—pro speciali devotione quam erga S. Crucem gessit, &c.,—ratificavit et admortizavit Roberto Ballantyne, abbati MONASTERII SANCTE CRUCIS PROPE EDINBURGH, et ejus successoribus, —terram et duo tenementa contigue jacen. infra burgum de Edinburgh ex parte boreali vici ejusdem, inter terras Wil. Yong et Joh. Currour ;—quam terram, &c., quondam Arch. Crawfurd abbas dicti monasterii sibi et assignatis suis emit et conquestus est a quondam Tho. Bigholme, burgensi de Edinburgh ;—et similiter admortizavit dicto abbati et successoribus ejus—annuum redditum 22 merc. de dicta terra et duobus tenementis, Johanni Lindesay de Colbyntoun debitum ; —quem etiam dictus Rob. a dicto Joh. prefato monasterio emit : — Tenend. in puram elemosinam :—Faciend. orationum suffragia devotarum :—Test. *ut in carta* 1983.

xii. 236.

1992. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX confirmavit cartam David Crawfurd burgensis de Edinburgh, fratris et heredis

quondam Alexandri Crawfurd clerici capelle regie,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit ROBERTO KNOLLIS de Betschelis,—terram sive tenementum in burgo de Edinburgh ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terras Johannis Twedy, Thome Yare, quondam Wil. Kerketill et Jac. Dausoun :—TENEND. dicto Rob. et heredibus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Georgeo Knollis fratri ejus, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo Knollis, fratri ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni Knollis fratri ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Patricio Knollis de eodem et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni Knollis de Polmalot et heredibus, &c., (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque, a dicto David de rege : — TEST. Arch. Forestar de Corstorphyn, Jac. Creichtoun de Ruthvendavy, Malcomo Forestar de Pentruskane, Wil. Cunyngham, Joh. Dempstar de Uchtirles, Rogero Murray, Tho. Forest, Jac. Ross, Joh. Halkirstoun et Hen. Strathachin notariis, et Dav. Neil et Cuthberto Yong serjandis ; —unacum sigillo Joh. Levingtoun unius ballivorum de Edinburgh sasinam dantis, &c. :—Apud Edinburgh, 10 Nov. 1490] : —Insuper rex—ex suo favore, &c.,—legitimavit dictum Rob. et fratres ejus Geo. Jac. et Joh., ac concessit quod dicti fratres alter alteri succedere valerent, et prolibus deficientibus ex eorum corporibus, quod patruus eorum Pat. K. et cetere persone suprascripte succedere valerent, &c.: —TEST. *ut in carta* 1985. xii. 242.

1993. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX—ob singularem favorem, &c., quem cancellario suo Colino comiti de Ergile, &c., gessit, et pro ejus fideli servitio,—fecit et creavit VILLAM DE KYLMOUND cum bondis et limitibus ejusdem, infra comitatum de Ergile,—liberum burgum in baronia ;—concessit etiam inhabitantibus ejusdem potestatem emendi et vendendi ;—et ut essent burgenses in dicto burgo cum potestate ballivos, &c., eligendi, et ut haberent crucem et forum singulis ebdomadis die Lune, et duas nundinas publicas quolibet anno, unam viz. die S. Mundi, et aliam die Inventionis S. Crucis *Beltane* nuncupat., et per octavas ejusdem ;—cum theoloneis, &c.—TEST. *ut in carta* 1985. xii. 254.

1994. Apud Edinburgh, 22 Nov.

REX confirmavit cartam David Stewart de Rossith militis,—[qua concessit WILLELMO STEWART de Breryhill, patruo suo,—pro singulari favore quem erga ipsum habuit, ne antiqua sua hereditaria a cognomine talliato accederentur (discederent?), sed potius id (ad?) idem remanerent et conservarentur, — terras baronie de Rossith, cum tenentibus, &c., vic. Fiffe ; necnon terras baronie de Schandbody, cum tenentibus, &c., vic. Clakmannane :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. quibuscunque, de rege :—REDDEND. pro baronia de Rossith servitia debita et consueta ; et pro baronia de Schandbody unum denarium argenti, nomine albe firme : —RESERVATIS libero tenemento dicto David, et rationabili tertia Margarete Douglas sponse sue, seu alicui alteri conjugi sue, cum contigerit :—TEST. Rob. Douglas de Lochlevin, Nich. Stewart de Dolphintoun, M. Jac. Orrok, D. Dav. Story, capellanis, Tho. Dowglas, Tho. Walwod et Stephano Gulane :—Apud Rossyth, 21 Nov. 1490] : —TEST. *ut in carta* 1985. xii. 244.

1995. Apud Linlithqw, 26 Dec.

REX confirmavit cartam David Hering de Glasclune,—[qua—pro filiali dilectione, &c., et pro ejus servitiis, consiliis, &c.,—concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO HERING de Cluny—terras baronie de Glasclune, cum tenentibus, &c., vic. Perth et Forfar ; necnon terras de Lethinde et Tulibole, cum tenentibus, &c., dict. baronie annexas, vic. Perth et Fiffe ; ac terras baronie de Estir-Upsidlingtoune, cum tenentibus, &c., ac cum donatione et advocatione juris patronatus ecclesie parochialis ejusdem, vic. Berwik :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo Hering filio Johannis

Hering filii dicti David H. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Alex. Hering fratri ejus et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti David quibuscunque cognomen Hering gerentibus, a dicto David de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto David, ac rationabili tertia Margarete Maitland sponse sue cum contigerit :—TEST. Joh. Hering de Wormet, Wil. Hering de Forenoth, Alex. Falconer, Ric. Law, Joh. Hering :—Apud Lethinde, 8 Oct. 1490] :—TEST. 1. 21. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 245.

1996. Apud Linlithqw, 26 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi Hering de Tulibole,—[qua—pro singulari favore, &c., —concessit filio suo ANDREE HERING, — terras de Ovir - Cardeny, Myddil-Cardeny, cum molendino de Cardeny, cum donatione et advocatione capellanie 11 merc. annuatim de predictis terris et molendino fundat. ad altare B.V.M. in ecclesia parochiali de Cluny; necnon terras de Concraggy, Adamestoun, Borouchstoun, le Myltoun de Concraggy; ac etiam terras ville de Cluny cum lacu et insula ejusdem, unacum superioritate toftarum et croftarum dicte ville tenandriarum existentium, cum eorum pertinentiis, vic. Perth :—TENEND. dicto Andree et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus suis masculis cognomen Hering quibuscunque gerentibus reversuras, de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia sponse sue cum contigerit :—TEST. Rob. Fergussoun, Hen. Hering, Joh. Quhite clerico, Hen. Straithauchin et Jac. Nelesoun notariis publicis :—Apud Edinburgh, 20 Dec. 1490] :—TEST. *ut in carta* 1995. xii. 246.

1997. Apud Linlithqw, 1 Jan.

REX confirmavit cartam Johannis domini Drummond et baronie de Kethmore,—[qua —pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit JACOBO OGILVY de Deskfurd, militi, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Kethmore, viz., terras de Kethmore, Auchindoun, dimedietatem terrarum de Clunymore, Clunebeg, Baldorny, Gowlis, Tullochallom, le Glenfethik, cum foresta ejusdem, et molendino de Auchindoun, vic. Banff :—TENEND. de rege :—TEST. Galtero Ogilvy de Boyne, Joh. Menteith, Malcomo Drummond, Wil. Drummond, Joh. Ogilvy, Alex. Hay, Hen. Malmuresoun, et M. And. Cadeiow notario publico :—Apud Linlithqw, 31 Dec. 1490]:—TEST. *ut in carta* 1995. xii. 247.

1998. Apud Linlithqw, 3 Jan.

REX concessit GEORGEO HATELE, filio et heredi apparenti Henrici Hatele de Mellostanys, et MARGARETE BLACATER sponse dicti Geo.,—terras de Brumehill et Blassinbraid, infra senesc. Marchie, vic. Berwic; et terras de Spoteschele in baronia de Dunbar, infra dictum senesc.;—quas dictus Hen. resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus legitimis dicti Geo. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2013. xii. 293.

1999. Apud Linlithqw, 5 Jan.

REX—pro singulari favore quem gessit erga familiarem clericum et consiliarium suum M. Alex. Inglis, archidiaconum S. Andree ac decanum Dunkelden., et pro ejus bono servitio,—concessit et ad manum mortuam confirmavit dicto Alexandro Inglis et successoribus ejus, DECANIS DUNKELDEN.,—terras et baroniam de Dulbethy, cum annexis earundem, viz., terras de Invercochillis, Dulcabok, Tulibeltane, Stanetoun, cum molendino ejusdem, et Estir Luthy, vic. Perth; necnon croftam jacen. ex parte boreali civitatis Dunkelden., et croftam in villa nuncupata Litill Dunkeldin, ac quatuor tenementa infra dictam civitatem, unum, viz., nuncupatam Cornelisland, aliud Skynnarisland, alterum Bailyeland, et quartum Margarete-Lawdaris-land, infra vic. predictum; —alias ex antiquo decanatui et decanis Dunkelden. mortificat. et per eosdem pacifice possess. :—TENEND. in puram ele-

mosinam et in liberam baroniam :—FACIEND. regi orationum suffragia devotarum :—TEST. *ut in carta* 1995.

xii. 250.

2000. Apud Linlithqw, 8 Jan.

REX concessit Magistro WILLELMO LEVENAX de Caly et heredibus ejus,—terras de Kirkennane, cum molendino earundem, et terras de Torscrakane, cum tenentibus, &c., infra senesc. Kirkcudbrycht ;—quas Alex. dom. Monypenny resignavit :—TEST. *ut in carta* 1995.

xii. 249.

2001. Apud Linlithqw, 9 Jan.

REX—pro singulari favore quem gessit erga Georgeum Campbell de Lowdoun, vicecomitem de Ayr, et pro commodo et utilitate ligeorum regis, &c., et cum avisamento dominorum concilii,—fecit et creavit VILLAM DE NEWMYLLIS, in baronia de Lowdoun, vic. Ayr, in liberum burgum in baronia ;—et concessit inhabitantibus potestatem emendi et vendendi ;—ac etiam concessit ut essent burgenses et quod haberent potestatem ballivos, &c., eligendi ;—necnon concessit ut in ipso burgo tenerent et possiderent crucem et forum die Sabbati singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis in festo sive die S. Dionisii in autumpno et per quatuor dies sequentes ;—cum theoloneis, &c.:—TEST. *ut in carta* 1995. xii. 251.

2002.[1] Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX dedit literam WILLELMO DOMINO S. JOHANNIS,—super custodia castri de Blaknes usque ad perfectam etatem regis 25 annorum, cum potestate constabularios, &c., constituendi, &c. ; et concedendo ei pro custodia ejusdem illas terras, proficua et devoria, quas et que Joh. Ross de Halkhede miles pro custodia dicti castri prius habuit ; necnon super officio vicecomitis de Linlithqw usque ad dictum tempus, &c.

xii. 257.

2003.[2] Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX dedit literam WILLELMO DOMINO S. JOHANNIS—super custodia palatii de Linlithqw, unacum le Peil, lacu, parca, ortis et virgultis ejusdem cum pertinentiis, usque ad perfectam etatem regis ; concedendo ei pro custodia earundem acras regis cum pertinentiis et proficuis earundem jacen. prope et circa burgum de Linlithqw, extenden. annuatim ad 14 libras ; necnon 10 libratas terrarum regis de Kyncavill, prout quondam Geo. Perklee de eodem easdem acras et terras pro dicta custodia prius habuit ; et assedando eidem carbonarium de Bonyntoun cum proficuis ejusdem :—REDDEND. inde regi tanta onera carbonum prout Rob. Hammyltoun pro eodem prius reddidit.

xii. 258.

2004. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REX confirmavit cartam Jacobi Skrymgeoure domini de Dudup ac constabularii de Dunde,—[qua concessit JOHANNI DE SANDILANDIS filio et heredi apparenti D. Jacobi de Sandilandis militis, filii et heredis apparentis D. Joh. de Sandilandis dom. de Caldor militis, et ELIZABETH SKRYMGEOUR filie dicti Jac. Skrymgeour et sponse dicti Joh. de Sandilandis junioris,—dimedietatem duarum partium terrarum de Dudup, in baronia de Dunde, vic. Forfar ; ac etiam terras de Southbello, vic. Perth ;—pro eorum benemeritis et favoribus, &c. :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque, a dicto Jac. Skrymgeour de rege :—TEST. Alex. dom. Glammys, M. Joh. Lyoun de Curtastoun, Alex. Spens de Pettincreif, Rob. de Strathachin, Malcolmo Peblis, Walt. Foulartoun, David Narne :—Apud Edinburgh, 15 Oct. 1481] :—TEST. *ut in carta* 2006. xii. 256.

2005. Apud Edinburgh, 20 Jan.

REX confirmavit cartam Roberti de Grenelaw burgensis de Hadingtoun,—[qua concessit GEORGEO GRENELAW filio suo primogenito inter ipsum et Isobellam Borthwik sponsam suam,—pro filiali affectione, &c.,

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

—tenementum in Hadingtoun ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram Thome et terram Jac. Brounhill :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, David fratri dicti Geo. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., M. Nicholao G. rectori de Tynnynghame fratri dicti Dav. pro toto tempore vite ejus, quo def., Cristofero G. fratri dicti Nich. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., M. Hugoni de G. et heredibus ejus masculis, quibus def., Henrico G. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, bastardis etiam rehabilitatis seu bastardo rehabilitato semper exceptis, quamdiu aliquis de legitimo matrimonio posset haberi cognomen de Grenelaw habens ; et hoc quoad bastardos procreatos per quamcunque personam in presenti tallia contentam ; quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. masculis ejusdem cognominis quibuscunque, quibus def., veris consanguineis et amicis suis propinquioribus cognomen de Grenlaw habentibus, tam bastardis rehabilitatis quam aliis quibuscunque, quibus def., altari S. Katherine Virginis in ecclesia parochiali de Hadingtoun ad sustentationem dicti altaris et capellani ejusdem ibidem pro tempore Deo servientis, de rege in feodo :—REDDEND. regi firmam burgalem debitam et consuetam, necnon gardiano et conventui Fratrum Minorum de Hadingtoun 10 sol. ann. redd. —ita quod non liceret nullis temporibus futuris dicto Geo. nec heredibus predictis, &c., dictum tenementum vendere, alienare, &c. ; cum clausulis irritante et resolutiva :—RESERVATO libero tenemento dictis Rob. et Isob. et eorum alteri diutius viventi : — TEST. Joh. Hepburn, Joh. Dikesoun, burgen., dictisque M. Nich. Grenelaw rectore de Tynnynghame et Hugone Grenelaw fratre ejus, D. Joh. Lile capellano, Ada Wrycht, Wil. Cok, Tho. Lemman, Joh. Wilsoun pistore, et Wil. Stantoun, burgen., Geo. Hall serjando, D. Rob. Aytoun, et D. Wil. Sleich, presbyteris et notariis publicis ;—cum sigillo communi dicti burgi de Hadingtoun, et sigillis Joh. Aytoun, Joh. Cokburn, et Joh. Atkinsoun, dicti burgi ballivorum :—Apud Hadingtoun, 8 Maii 1490]:—TEST. 1. 21. &c., *ut in carta* 2098. xii. 358.

2006. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REX concessit JOHANNI BOG burgensi de Edinburgh, et heredibus ejus,—terras de Uchterstoun, Burnhows, Oxindene, Harkaris, et Risybriggis, in comitatu Marchie, vic. Berwik ;—quas Walt. Bertraham burgensis de Edinburgh resignavit :—TEST. 1. 21. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 12. xii. 255.

2007. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX confirmavit cartam Laurentii domini Oliphant ac baronis de Owres,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit Domino WILLELMO COMITI MARESCALLI, heredibus ejus et assignatis,—terras de Crawtoun, et molendinum de Owres, in baronia de Owres, vic. Kincardin :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Rob. Arbuthnot de eodem, D. Rob. Martin vicario de Garnok, Walt. Ogilvy et And. Stewart scutiferis : —Apud Abirluthnot, 8 Jan. 1490] :—TEST. *ut in carta* 2006. xii. 262.

2008. Apud Edinburgh, 14 Feb.
REX confirmavit ARCHIBALDO EDMONDSTOUN de Duntreith, et JONETE SCHAW ejus sponse,—terras de Cambusvallance, vic. Perth ;—quas idem Arch. apud castrum de Doune in Menteith personaliter resignavit :—TENEND. dictis Arch. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Arch. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2006. xii. 261.

2009. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX confirmavit cartam Johannis Duly de Estir-Essindy,—[qua—pro singularibus favore, amore, &c.,—concessit JOHANNI DULY, filio suo inter ipsum et Agnetem Hering sponsam suam legitime procreato,—terras de Estir-Essindy, vic. Perth :—TENEND. dicto Joh. et heredibus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Stephano Duly fratri ejus et heredibus,

&c. (*ut supra*), quibus def., dicto Joh. patri et heredibus ipsius legitimis et propinquioribus quibuscunque reversuras, a dicto Joh. seniore, de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. seniori, et rationabili tertia Agneti sponse sue seu cuicunque alteri conjugi sue cum contigerit :—TEST. D. Wil. Murray de Tulybardin milite, Andrea Murray, Jacobo Hering de Tuliboill, Rob. Fergussoun, Walt. Hay, Joh. Hudesoun :—Apud Edinburgh, 13 Feb. 1490] :—TEST. *ut in carta* 2006. xii. 260.

2010. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX—quia per decretum dominorum auditorum causarum Robertus Wallace de Johnestoun summam 500 merc. pro duplice valore ejus maritagii et dotis Johanni Ross de Halkhede solvere tenebatur;—et dicto Rob. in bonis mobilibus distringibili non existente,—Joh. Simple de Elliotstoun miles, vicecomes in hac parte, unam partem terrarum de Auchinbothy-Wallace, extenden. annuatim ad 21 merc. 6 sol. 8 den., dicto Rob. pertinen., vic. Renfrew, pro summa 430 merc.; et 3 merc. 6 sol. 8 den. terrarum de Johnestoun-Wallace dicto Rob. pertinen. pro summa 70 merc. appreciari fecit, quas terras dictus Joh. Ross acquisivit;—igitur concessit prefato JOHANNI ROSS militi, heredibus ejus et assignatis, — easdem terras; — et voluit quod ipse Rob. et heredes ejus haberent regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Joh. dictam summam 500 merc. unacum expensis infra septennium: —TEST. *ut in carta* 1990. xii. 269.

2011. Apud Edinburgh, 17 Feb.

REX confirmavit cartam Johannis Borthwik de Lany,—[qua— pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit STEPHANO BORTHWIK burgensi de Edinburgh, et MARGARETE MAKRERIK, ejus sponse,—dimedietatem superioris partis terrarum de Lany, extenden. annuatim ad 10 mercatas, quam tunc occupabat et ad firmam habebat Alex. Borthwik, frater dicti Joh., vic. Edinburgh :—TENEND. dictis Steph. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, quibus deficientibus, Jacobo Borthwik filio dictorum Steph. et Marg. et heredibus ejus, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Steph. quibuscunque, a dicto Joh. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—Insuper obligavit inferiorem dimedietatem hujusmodi terrarum ad warantizandum dict. superiorem dimid., et precipue a solutione annui redditus 10 merc. domino de Luchirmachus debitarum: —TEST. D. Joh. Ross de Montegrenane milite, Ada Creichtoun de Kippanedavy, Joh. Malevile de Stanhous, M. David Spens, Alano Borthwik, et Joh. Stawkar: —Apud Edinburgh, 1 Feb. 1490]:—NECNON aliam cartam dicti Joh. Borthwik,— [qua —pro certa summa pecunie premanibus persoluta — vendidit et alienavit ELIZABETH WOD, relicte quondam Wil. Makrerik burgensis de Edinburgh, et MARGARETE MAKRERIK ejus filie, sponse Stephani Borthwik burgensis dicti burgi, —alteram dimedietatem superioris partis terrarum de Lany, vic. Edinburgh, extenden. annuatim ad 10 mercat., quam tunc occupabat et ad firmam habebat Joneta Creichtoun sponsa quondam Andree C. : — TENEND. dictis Eliz. et Marg. et earum alteri diutius viventi, quibus deficientibus, heredibus inter dictam Marg. et Steph. ejus sponsum legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque, a dicto Joh. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—Insuper obligavit, &c. (*ut supra*) :— TEST. D. Joh. Ros de Montgrenane milite, Ada Creichtoun de Kippanedavy, Joh. Malevile de le Stanehous, M. Dav. Spens, Alano Borthwik, Joh. Stewart :—Apud Edinburgh, 1 Feb. 1490] :—TEST. *ut in carta* 2013. xii. 294.

2012. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX concessit familiari militi suo ROBERTO KER, filio et heredi apparenti Walteri K. de Cesfurd, et heredibus ejus,—le Knoll sive le Mote vulgariter nuncupat. Lowsilaw, et tres acras arabiles terrarum dominicalium de Haldain circumcirca dict. le Lowsilaw proxime adjacen., unacum advocatione ecclesie parochialis de Yethame, et superioritate tenandrie terrarum de Kirkyethame,

in baronia de Haldane, vic. Roxburgh ;—quas Wil. Haldane de eodem resignavit;—et quas rex, pro singulari favore quem erga dictum Rob. gessit, in unam liberam baroniam de Lowsilaw univit et incorporavit :—Test. *ut in carta* 2006. xii. 263.

2013. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX concessit consiliario suo PATRICIO COMITI DE BOITHVILE et domino Halis, et heredibus ejus,—dimedietates terrarum et baroniarum de Yestir, Duncaneslaw, et Morhame, cum tenentibus, &c., cum advocationibus et donationibus ecclesiarum, vic. Edinburgh ;—quas And. Makdowell de Makcarstoun resignavit ;—et quas rex, pro singulari favore quem gessit erga dictum Pat., in unam liberam baroniam de Morhame univit et incorporavit :—Reddend. tres denarios argenti nomine albe firme :—Test. 1. 21. 4. 14. 20 19. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 291.

2014. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam quondam Johannis Dalrimple filii et heredis quondam Dav. de D., burgensis de Edinburgh,—[qua—pro salute animarum regis, &c., et quondam Ade de Dalrimple, aurifabri, necnon Joh. de Dalrimple, avi sui, et Elizabeth sponse dicti Joh. senioris, et quondam David et Isabelle, sui patris et matris, et omnium fabrorum dicti burgi, &c.,—concessit ad sustentationem unius capellani divina celebraturi ad altare S. Eligii confessoris in ECCLESIA PAROCHIALI BEATI EGIDII DE EDINBURGH,—annuum redditum 10 lib. de certis terris infra dictum burgum in *le Kowgate* viz., — 10 merc. de terra sive orto M. Geo. Liddale rectoris de Foresta, inter terram dicti Joh. D. ex parte orientali, et terram Alex. Galloway ex parte occidentali, et *le Masondew* ex parte australi, et communem viam regiam ex parte boreali; et 5 merc. de terra sua, inter terram Jac. Narne et dictum ortum :—Tenend. in puram elemosinam : —Test. Geo. dom. Haliburtoun, Rob. Folkart, Ada Folkart, Jac. Aikman, Matheo Oisburn, Joh. Farnely, Joh. Nycholsoun, Joh. Sinclare, Wil. Young, Joh. Loch, Jac. Harkaris, serjandis, et Wil. Farnely notario publico ;—unacum sigillo Alex. Creichtoun unius ballivorum burgi de Edinburgh sasinam dantis D. Joh. Oisburn, capellano, et ejus successoribus :—Apud Edinburgh, 9 Sep. 1477] :—Et rex eandem cartam ad instantiam et requestum M. Alex. Inglis archidiaconi S. Andree tunc existen. conquestoris et patroni hujusmodi capellanie, tam ex ejus proprio jure conquestus quam ex jure regi competente ob non levationem mortificationis et confirmationis, quod dicto Alex. contulit, in omnibus ratificavit :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. *ut in carta* 1990. xii. 268.

2015. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Isabelle Bras alias Williamsoun, relicte quondam Thome Williamsoun, burgensis de Edinburgh,—[qua concessit pro sustentatione unius capellani divina celebraturi ad altare S. Laurentii Martiris in ECCLESIA PAROCHIALI BEATI EGIDII DE EDINBURGH — annuum redditum 10 merc. de terra Andree Bertrem ex parte boreali vici regii dicti burgi ; ann. redd. 8 merc. 10 sol. de terra quondam Hugonis Bar in *le Kowgate* dicti burgi ; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terra Joh. Broun carnificis ex parte australi vici regii dicti burgi :—Tenend. in puram elemosinam : — Test. Wil. Rynd, Hen. Rynd, Tho. Cant, Pat. Craufurd capellano et M. Tho. Grenelaw presbytero :— Apud Edinburgh, 3 Aug. 1489] :—Test. *ut in carta* 2098. xii. 353. [1]

2016. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX confirmavit cartam Johannis Kennedy de Blarequhan,—[qua—cum consensu filii sui et heredis apparentis D. Joh. Kennedy, militis,—concessit filio suo secundo-genito

[1] The following are the names of proprietors of contiguous lands or tenements mentioned in the charter:—Hen. Cant senior, Tho. Yong, Abbey of Jedwart, Tho. Tod, Earl of Buchan, umquhile Adam Layng, Ric. Litill, David Quhitehed, Adam Balbirny, Jas. Aikman.

GEORGEO KENNEDY — pro homagio et servitio—terras de Dalvyne, extenden. annuatim ad 5 libratas terrarum antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Ayr: —TENEND. dicto Geo., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., reversuras dicto Joh. et heredibus suis legitimis et propinquioribus quibuscunque, de dicto Joh.:—REDDEND. annuatim unam sectam curie ad placitum dicti Joh. capitale apud Blarequhan; necnon Fratribus Predicatoribus de Ayr 40 sol.:—TEST. Joh. Ros de Montegrenane milite, Joh. Eklis filio et herede apparente Joh. Eklis de eodem, Joh. Wallace et Tho. Boid;—cum sigillo dicti Joh. Kennedy filii:—Apud Edinburgh, 1 Mar. 1490]:—TEST. *ut in carta* 1990. xii. 271.

2017. Apud Edinburgh, 7 Mar.

REX confirmavit cartam Domini Thome Greg vicarii perpetui ecclesie parochialis de Ouchtirgavin, Dunkelden. dioces.,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit GEORGEO EPISCOPO DUNKELDEN., heredibus ejus et assignatis,—terras de Cardeny inter lacus, et Nethir Cardeny, quas tunc inhabitabant Jac. Gall et Joh. Taleyour, vic. Perth:—TENEND. a dicto Tho. de rege:—REDDEND. regi annuatim 2 denarios nomine albe firme:—cum subscriptione manuali dicti Tho:—TEST. Wil. Oliphaunt, Tho. Towris, Alex. Banerman, armigeris, D. Tho. Lyne canonico Dunkelden., M. Walt. Smaw vicario de Teling, D. Joh. Roberti, notariis publicis:—Apud Perth, 18 Aug. 1488]:—NECNON cartam Johannis Buttir filii et heredis quondam Wil. Buttir de Cardeny, —[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta — vendidit et alienavit Georgeo episcopo Dunkelden., heredibus ejus et assignatis,—terras de Estir-Cardeny, in baronia de Cardeny, vic. Perth, jacen. inter terras vulgariter nuncupat. terras insularum de Cardeny tunc impignoratas Johanni Duly, et terras de Nethir Cardeny: —TENEND. a dicto Joh. de rege:—REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme:—Test. Joh. comite Atholie, Pat. Crechtoun, D. Tho. Lyne canonico Dunkelden., M. Alex. Masse et D. Joh. Betoune notariis publicis:—Apud Dunkeldin, 14 Oct. 1490]:—TEST. *ut in carta* 2019. xii. 307.

2018. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX concessit JACOBO MAKCULLOCH de Cardirnes, heredibus ejus et assignatis,—2 mercatas terrarum de Egirnes antiqui extentus, vic. Kirkcudbrycht, Henrico Mondwell de Egirnes prius pertinen.;—quas vicecomites de Kirkcudbrycht post appreciationem deliberaverunt dicto Jac. pro summa 100 merc., quam dicto Hen. persolverat, quia dictus Hen. dictum Jac. suum assignatum fecisset ad redimend. a manibus Rankini Mure terras de Conquhitoun, extenden. ad $2\frac{1}{2}$ merc. ant. ext. infra senesc. antedict., et eidem dict. terras assedasset pro 19 annis post redemptionem fiendam; quem contractum dictus Hen. minime perimplevit:—Insuper rex voluit quod dictus Hen. et heredes ejus haberent regressum quandocunque persolverint infra septennium:—TEST. *ut in carta* 1990. xii. 270.

2019. Apud Edinburgh, 11 Mar.

REX concessit familiari armigero suo ANDREE WOD de Largo, et ELIZABETH ejus sponse,—terras nuncupatas le Cotelandis de Largo, unacum le Mylnlandis, et molendinis earundem, in comitatu de Fiffe, vic. ejusdem;—quas Elena Arnot, filia et heres quondam Joh. Arnot de Largo, ac sponsa quondam Wil. Wod resignavit:—TENEND. dictis And. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscunque:—TEST. 1. 21. 4. 26. 14. 20. 19. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 303.

2020. Apud Edinburgh, 15 Mar.

REX confirmavit cartam Alexandri Setoun de Meldrum,—[qua concessit WILLELMO SETOUN filio suo et heredi apparenti, et ELIZABETH LESLY ejus sponse,—terras de Balcarne, in dominio de Meldrum, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, ac heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. propinquioribus

et legitimis quibuscunque, a dicto Alex. de rege :—TEST. M. Ad. Gordoun precentore Moravien., Rob. Blinsele, M. And. Cadiou burgen. de Abirdene, D. Tho. Holburne presbytero, Ric. Vaus, et D. Joh. Striveling presbytero ac notario publico : — Apud Abirdene, 12 Jul. 1490] :—TEST. *ut in carta* 1978. xii. 287.

2021. Apud Edinburgh, 16 Mar.
REX concessit JOHANNI BORTHWIK, filio et heredi quondam Nicholai Borthwik de Lany, et heredibus ejus,—20 mercatas terrarum de Balwolsy et Gordounhall, vic. Fiffe ;—que fuerunt Alex. dom. Hume per alienationem ei factam per dictum quondam Nich. B. sub litera reversionis quousque certa summa pecunie persoluta fuerit ;—qua solutione facta per dictum Joh. Patricio Hume de Fastcastell filio et assignato dicti Alex. dom. H., terre predicte redimebantur, —et quas ita redemptas dictus Alex. dom. Hume resignavit :—TEST. *ut in carta* 2032. xii. 282.

2022. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX concessit THOME MAKLELLANE de Bondby, heredibus ejus et assignatis,—terram et tenementum cum crofta eidem pertinen. nuncupat. le Dowcroft, in burgo de Kirkcudbrycht, quondam Petro Kessok pertinen., et tunc regi ratione bastardie, per decessum dicti Pet. :—TEST. *ut in carta* 1978. xii. 288.

ANNO DOMINI 1491. ANNO REGNI 3.

2023. Apud Edinburgh 27 Mar.
REX concessit GEORGEO OGILVY, filio et heredi apparenti familiaris armigeri sui Walteri Ogilvy de Boyne, et heredibus ejus quibuscunque,—terras baronie et thanatus de Boyne, cum tenentibus, &c., cum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Banffe ; ac annuum redditum 6 merc. de burgo de Banffe ;—quas et quem Margareta Edmonstoun cum consensu dicti Walt. sponsi sui resignavit : —RESERVATO libero tenemento Johanne domine de Edmonstoun, et post ejus decessum dictis Walt. et Merg. et eorum alteri diutius viventi :—TEST. *ut in carta* 2032. xii. 280.

2024. Apud Edinburgh, 30 Mar.
REX concessit WILLELMO INGLIS, filio quondam familiaris armigeri sui Joh. I. de Culquhaleze, inter ipsum et Margaretam Drummond etiam de Culquhaleze sponsam ejus genito,—terras de Culquhaleze, Megor, Duchlas et Croft-Knappald, infra senesc. de Stratherne ; ac unam mercatam terre in villa de Dunblane, vic. Perth ;—quas dicta Marg. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro Inglis fratri ejus germano et heredibus, &c., (*ut supra*), quibus def., Joh. Inglis fratri germano dictorum Wil. et Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti quondam Joh. patris quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dicte Margarete :—TEST. *ut in carta* 2028. xii. 277.

2025. Apud Linlithqw, 8 Apr.
REX confirmavit ROBERTO CRAUFURDE de Hanyng, et EGIDIE, ejus sponse,—terras de Nicholtoun, in baronia de Manwell, vic. Strivelin ;—quas idem Rob. resignavit :—TENEND. dictis Rob. et Egid. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2028. xii. 275.

2026. Apud Linlithqw, 20 Apr.
REX concessit familiari suo THOME FOREST, compotorum rotulatori, et heredibus ejus,—pro ejus servitio, — peciam terre continentem duas particatas terre in latitudine et quatuor particatas in longitudine, jacentem ad finem occidentalem burgi de Linlithqw, infra territorium dicti burgi ex boreali latere communis vie regie, inter capellam S. Niniani ex parte orientali, et

orientalem metam architenen. dicti burgi ex parte occidentali, et terram Wil. Wilsoun ex parte boreali, et dictam communem viam regiam ex parte australi :—Reddend. 5 den. firme burgalis, ac servitia ad burgagium spectan. :—Test. *ut in carta* 2046.

xii. 297.

2027. Apud Linlithqw, 28 Apr.

REX—pro gratuitis servitiis, et pro singulari favore, &c.,—concessit ALEXANDRO HOME de eodem, magno camerario suo, heredibus ejus et assignatis, — officium senescallie comitatus Marchie et baronie de Dunbar cum ejus bondis et pertinentiis, infra vic. de Beruik, et Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun :—Test. 1. 21. 2. 4. 26. 14. 119. 8. 9. 3. 12. 24.

xiii. 641.[1]

2028. Apud Edinburgh, 4 Maii.

REX confirmavit cartam Johannis Colisoun burgensis de Abirdene,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit armigero regis WALTERO WODE de Bonetoun, heredibus ejus et assignatis, —piscariam dimedii rethis de Raik super (aquam) de Dee prope dictum burgum, vic. Abirdene :—Tenend. a dicto Joh. de rege :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :—Test. Rob. Blindsele, Alex. Chaumir juniore, Tho. Chaumir, Ric. Vaus, burgensibus de Abirdene, Wil. Rate, ac D. Joh. Striveling presbytero et notario publico :—Apud Aberdene, 8 Oct. 1487] : —Test. 1. 21. 4. 26. 19. 25. 14. 20. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 274.

2029. Apud Edinburgh, 6 Maii.

REX confirmavit cartam Johannis Bog de Uchterstoun,—[qua—pro singulari favore, &c.,—concessit filio suo ARCHIBALDO BOG—terras de Uchterstoun, Burnehowsis, Oxindene, Harkaris, et Risibriggis, in comitatu Marchie, vic. Berwik :—Tenend. dicto Arch. et heredibus ejus, quibus deficientibus, reversuras dicto Joh., et heredibus suis legitimis et propinquioribus quibuscunque, a dicto Joh. de rege :—Reservatis libero tenemento dicto Joh. et rationabili tertia Cristiane sponse sue, cum contigerit : —Test. D. Arch. Hammiltoun de Innerwik milite, Hugone Hammiltoun filio et herede apparente dicti D. Arch., Tho. Were, Joh. Hathvy, Wil. Hammiltoun :—Apud Edinburgh, 5 Maii 1491] :—Test.[2]

xii. 273.

2030. Apud Edinburgh, 7 Maii.

REX concessit GILBERTO KEITH de Inverugy, militi, et JONETE GRAHAME ejus sponse,—pro ejus fideli servitio, et pro singulari favore quem rex gessit erga ipsum, —superioritatem terrarum de Tortastoun, Buthla, le Scottismyln, et rupis vulgariter nuncupate *le Ravinniscrag*, vic. Abirdene ; et proprietatem earundem ;—quam superioritatem Geo. comes de Huntlee resignavit ; et quam proprietatem dictus Gilb. personaliter resignavit : — Tenend. dictis Gilb. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Gilb. quibuscunque :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :— Insuper cum avisamento concilii—et pro bono servitio—concessit eidem Gilb. et heredibus ejus, liberam licentiam, libertatem, et potestatem ad edificandum et construendum castrum seu fortalicium super dicta rupe, &c. ; cum vectibus ferreis, *le battalling, machcolling, portculicis, le drawbriggis*, aliisque defensionibus pro secura custodia dicti castri ;—cum constabulariis, &c. :— Test. *ut in carta* 1978. xii. 286.

2031. Apud Edinburgh, 7 Maii.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Scot in Fingask, unius dominorum de Rate,—[qua—pro certa summa

[1] This charter has been inserted at the end of vol. xiii. of the Register in a later hand ; along with a petition by Alexander, Earl of Home, to the Lords of Council to allow it to be recorded, and the following note :—" The charter abowe written being presented befoir the Lordis of Counsell and Sessioun under the Gret Seill wes ordained to be insert in there Register by a warrant granted this present day, the 23 of December 1614.

Alex. Hay, Cl. Reg."

[2] Reference unintelligible.

pecunie persoluta—vendidit et alienavit Johanni abbati MONASTERII DE SCONA, et conventui ejusdem loci, et eorum successoribus,—virgatam seu riggam terre arabilis jacen. ex parte australi terrarum ecclesie de Rate, extenden. in longitudine cum terra dicte eccl. et rigga terre Alex. Farare, in baronia de Rate, vic. Perth; cum pastura 12 ovium matricum et unius vacce cum earum sequelis in communi pastura de Rate:—TENEND. a dicto Joh. de rege:—REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme:—TEST. Tho. Blair de Gothnys, David Blair, et Pat. Wellis, burgensibus de Perth, M. Geo. Bruse, Jac. Waredropare, Tho. Smyth, Wil. Make, Nich. Bennat et Nich. Forsith:—Apud Perth, 20 Apr. 1491]:—NECNON cartam David Bruse de Clakmannan ac dom. baronie de Rate,—[qua, pro salute anime sue, Mariote Heris sue sponse, &c., concessit abbati et conventui monasterii de Scona,—peciam terre in villa de Rate ex parte orientali cimiterii ejusdem, juxta terram quondam Rob. B. sui filii, tunc Eliz. Lindissay ejus sponse, vic. Perth; unacum crofta dicta *le Smythy Croft* in dicta villa:—TENEND. a dicto Dav. de rege in puram elemosinam:—FACIEND. orationum suffragia devotarum:—TEST. Tho. Blair de Gothnys filio et apparente herede Alex. Blair de Bothyok, Alex. Bruse filio dicti Dav., Wil. Dowglas, Rob. Bruse in Carishill, M. Hen. Cramby vicario de Kinspindy, M. Geo. Bruse, D. Joh. Proctour curato de Kinspindy, D. Walt. Farare capellano, Jac. Waredroper, And. Fildy, Joh. Rede, Tho. Smyth:—Apud Rate, 29 Nov. 1490]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 2046. xii. 295.

2032. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX concessit clerico suo Magistro ANDREE BELL, thesaurario ecclesie cathedralis Aberdonensis, heredibus ejus et assignatis,—annuam pensionem 5 lib. de redditibus burgalibus burgi de Aberdene, seu de firmis et redditibus piscariarum et aquarum ejusdem;—quam Pat. Berclay de Garntuly resignavit:—TEST. 1. 21. 4. 26. 14. 20. 19. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 278.

2033. Apud Edinburgh, 10 Maii.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam clerici sui, M. Andree Bell thesaurarii ecclesie cathedralis Aberdonensis,—[qua concessit capellanis chori ECCLESIE CATHEDRALIS ABIRDONENSIS, et eorum successoribus divina pro perpetuo celebraturis,—annuam pensionem 5 lib. de redditibus burgalibus burgi de Abirdene, sive de firmis et redditibus piscariarum et aquarum ejusdem, quam Pat. Berclay de Gartuly dicto Andree vendidit; annuum redditum 20 sol. de crofta in le Grene-end, dicto And. alias vendita per Alex. Marr burgensem de Aberdene; 13 sol. 4 den. de firma medii rethis piscationis dicti And. de *le Furdis* aque de Dee; in toto, viz., extenden. annuatim ad 10 merc.; necnon concessit capellanis chori ECCLESIE COLLEGIATE BEATI NICHOLAI DE ABIRDENE, et successoribus eorum divina perpetue celebraturis,—totam piscationem dicti dimedii rethis dicti And., (exceptis dictis 13 sol. 4 den.); ac annuos redditus 46 sol. 8 den. in dicto burgo de Aberdene et extra, dicto And. deben. et hereditarie spectan., in complementum aliarum 10 mercarum:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Joh. Rede alias Stobo rectore de Kirkcriste, Joh. Quhite, Hen. Thomsoun, Joh. Mudy, et Joh. Hommyll:—Apud Edinburgh, 9 Maii 1491]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 2032. xii. 279.

2034. Apud Edinburgh, 10 Maii.

REX confirmavit cartam quondam Jacobi dom. Hammiltoun et baronie de Machane,—[qua concessit filio suo naturali seniori, viz. JOHANNI HAMMILTOUN, genito de Joneta Calderwod,—40 mercatas terrarum superioris partis de Machane-mure, propius terris de Candor et Draffane, viz., terras de Draffane-Yardis, terras de Floderburn, terras de Over-Chapelburn, et Nethir-Chapelburn, Mosland, Lochhede, Birntfeild, Grenehill, Cokplay, Mylnburn, Tornare, Swynehill, Hill-lone, Makmarisflat, Braidstruder, Schawis, dimedietatem terrarum de Towartland; terras de Brummehill,—quas terras de Brummehill Rob. Hammiltoun habuit de dicto Jac. dom. H. pro

servitio suo, pro toto tempore vite sue, et quequidem erunt principale messuagium terrarum de Machane-mure; — ac etiam terras de Silvertounhill in baronia de Hammiltoun, cum custodia castri de Hammiltoun, vic. Lanark:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio Hammiltoun filio naturali dicti Jac. dom. H., fratri dicti Joh., et heredibus, &c. (*ut supra*) quibus def., David Hammiltoun fratri dictorum Joh. et Pat. et heredibus, &c., quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque, de dicto Jac., per wardam et relevium in feodo, semper et quousque infeodati fuerint de aliis 20 librat. terrarum dicti Jac. in competenti loco infra regnum Scotie, aut dictus Jac. vel heredes sui fecerint dictis Joh., Pat., Dav., aut heredibus eorum predictis, valorem 20 librat. terrarum in maritagio; et heredibus masculis dicti Jac. de corpore legit. deficientibus, tenend. de aliis heredibus suis vel successoribus quibuscunque, per albam firmam in feodo:—RESERVATO libero tenemento dicto Jac.:—REDDEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc. de corpore legit. wardam, &c., et tres sectas ad tria placita capitalia in curia de Hammiltoun, et aliis heredibus dicti Jac. et successoribus ejus quibuscunque unam rubeam rosam nomine albe firme:—Et insuper voluit dictus Jac., si contingeret heredes masculos filie sue Elizabeth comitisse Craufurdie non accipere cognomen et capitalia arma de Hammiltoun, quod dicti Joh., Pat., Dav., &c., tenerent castrum de Hammiltoun cum dominio ejusdem cum ejus annexis quibuscunque, secundum tenorem carte talliate super dicto dominio prius confecte;—preterea constituit ipsos Joh., Pat., Dav., &c., legitimos et indubitatos assignatos suos ad relaxandum et redimendum dimedietatem terrarum de Silvertounhill a Roberto Calenter, heredibus, successoribus, et assignatis ejus de dictis terris, secundum tenorem literarum reversionis super eisdem terris confectarum:—TEST. Tho. Weir dom. de Blakwod, Jac. Hammiltoun de Ruglane, M. And. Menteth, D. Arch. Inneys capellano, Rob. Bruse armigero, et And. Jak:—Apud castrum de Hammiltoun, 4 Feb. 1473]:—TEST. *ut in carta* 2046. xii. 301.

2035.[1] Apud . . . . . 11 Maii.
REX dedit literam JOHANNI SINCLARE, armigero camere sue, et ejus successoribus,—de terris de Westir-Row, Bankis de Row, Ovir-Argathe, Lundylug, Estir-Argathe, Argathe Corntoune, Lundyskeuch, Lundy-Arthur, Lundy-Makcane, Eglisdisdane, et Ballechragane, extenden. in toto ad 37 lib. 16 sol. 4 den. et 5 celdras avenarum, in dominio de Menteth, vic. Perth;—ad vitam ejus concessis in feodo, pro ejus servitio;—cum potestate occupandi vel assedandi, &c. xii. 266.

2036.[2] Apud . . . . . 13 Maii.
REX dedit literam GEORGEO COMITI DE HUNTLEE, domino Badienach,—constituendo ipsum locum-tenentem infra bondas borialium partium regni, viz. ab aqua de Northesk borealiter extenden.;—cum potestate locum-tenentis, &c., et ad substituendum et deputandum constabularios, senescallos, &c., requisitos;—litera duratura usque ad etatem regis 25 annorum, et ulterius pro regis voluntate.
xii. 264.

2037. Apud Edinburgh, 14 Maii.
REX confirmavit cartam Alexandri Cunynghame de Polmais militis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ROBERTO CUNYNGHAME,—terras et baroniam de Polmais-Cunynghame, cum tenentibus, &c., unacum advocationibus ecclesiarum, et molendinis, annexis et dependentiis earundem, vic. Striveling:—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus suis masculis quibuscunque libere reversuras, de rege:—FACIEND. regi eadem et consimilia jura et servitia contenta et specificata in carta et infeodatione dicto Alex. hereditarie per Jac. III. confecta:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. ac rationabili tertia

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

sponse sue cum contigerit:—TEST. Joh. Rede alias Stobo rectore de Kirkcriste, Joh. Quhite, M. Jac. Johnesoun, Joh. Abercrummy, Geo. Murehede, Hen. Thomsoun:—Apud Edinburgh, 10 Maii 1491]:—TEST. *ut in carta* 2032. xii. 281.

2038. Apud Edinburgh, 14 Maii.

REX—cum avisamento Parliamenti et concilii sui, compassionem habens de spoliatione, deditione, et rapina quamplurimarum navium tam extraneis quam ligeis et subditis suis pertinen., que diversis vicibus per Anglicos, Dacos, aliarumque nationum piratas extra aquam et rivolum de Forth rapte et spoliate fuerunt, pensansque immane dispendium, dampnum et vilipendium que regi inde, regno suo, ligeis et mercatoribus emanarunt,—concessit familiari armigero suo JOHANNI DUNDAS de eodem, et heredibus ejus,—insulam et rupem de Inchgarde, in aqua de Forth, inter le Quenys Feryis situatam, cum portu naviumque statione prope eandem insulam seu prope quamlibet aliam partem terrarum dicti Joh. inibi adjacen., cum mettagiis, ancoragiis, *le wrak* et *ware*, ac cum potestate ad edificandum super eadem insula castrum sive fortalicium ad quamcunque altitudinem, &c., dicto Joh. et heredibus ejus magis videbitur expedire, cum vectibus ferreis, propugnaculis, *portculicis*, *le kirnalis*, et *machcoling*, ac omnibus aliis corroborationibus que ymaginari potuerint, pro custodia dicti castri, cum fossa et carcere, &c., ac omnibus defensionibus pro securitate quarumcunque navium ad dictam insulam causa securitatis advenientium seu ab inimicorum invasione confugientium;—pro quaquidem causa, rex, cum avisamento predicto, concessit prefato Joh., &c.,—privilegia, libertates et proficua subscripta, viz. de qualibet navi, &c., in toto vel in parte onusta ad dictum castrum advenien. ut predictnm est, 6 den. de quolibet dolio oneris hujusmodi; et de qualibet navi inonusta et vacua, de quolibet dolio oneris, 3 den.;—cum potestate dicto Joh. et heredibus ejus distringendi pro hujusmodi feodis et devoriis, si necesse fuerit, pro sustentatione dicti castri et custodum ejusdem:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 2032. *Vide* Acta Parl. Scot. II. 270. xii. 284.

2039. Apud Edinburgh, 14 Maii.

REX confirmavit cartam Edw. Maxwell de Tynwald et Murithe,—[qua concessit MARGARETE DOWGLAS, relicte quondam Herberti Maxwell filii sui, — pro filiali affectione, &c., quam apud eam gessit, et ne dilectissimi filii sui predicti absentia aliqua necessitate tempore futuro gravaretur,—quartam partem terrarum de Murithe, quam per conquestum dictus Edw. habuit ab Alex. Cunynghame, infra baroniam de Murithe, vic. Wigtoun:—TENEND. dicte Marg. pro toto tempore ejus vite, heredibusque inter eam et dict. Herbertum legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Edw. quibuscunque, de rege;—una acra dicte quarte partis sibi pro capitali messuagio reservata:—TEST. Wil. Dowglas de Quhitingham, Wil. Borthwik rectore de Petcoxe, M. Nich. Grenelaw rectore de Tynningham, Hugone Grenelaw et Eustatio Maxwell:—Apud Edinburgh, 9 Maii 1491]:—TEST. *ut in carta* 2057, *cum* 1. xii. 351.

2040. Apud Edinburgh, 18 Maii.

REX—cum avisamento, deliberatione, et consensu trium sui regni statuum in Parliamento inchoato apud Edinburgh, 28 Apr. 1491, et deinde continuato ad 18 Maii anni predicti,—considerans cartam Jacobi III. regis factam ANDREE WOD de terris et villa de Largo (*supra* No. 1563), per regem Jac. IV. confirmatam (*supra* No. 1758);—necnon servitia et dampna per dictum And. facta et sustenta fuisse, et ad hujusmodi perficiend. dictum And. promptum et benevolum fore in futurum, et quia ipse And. quasdam domos et fortalicium per manus Anglicorum dicto And. captivorum in dictis terris et villa ad ipsius magnas expensas, ob piratarum et invasorum resistentiam et expulsionem, qui regnum et ligeos per mare sepius invaserant, contruxit et edificavit,—ratificavit et confirmavit predictas cartas in omnibus earum punctis:—Insuper con-

cessit eidem Andree et heredibus ejus,—liberam licentiam in dictis terris turrim seu fortalicium edificandi cum portis ferreis et aliis ymaginationibus bellicis, et officiariis necessariis ad custodiam dicti fortalicii;—magno sigillo cum sigillis quorundam prelatorum, baronum, &c., appensis. *Vide* Acta Parl. Scot. II. 227, 270.

xii. 304.

2041. Apud . . . . . .

REX confirmavit cartam Andree Caveris, abbatis monasterii de Lundoris, et conventus ejusdem,—[qua—pro salute animarum D. Wil. Widdirspune capellani, necnon Katherine Tailyour, &c., concessit uni capellano divina celebraturo ad altare S. Blasii in choro ECCLESIE PAROCHIALIS DE PERTH, — annuum redditum 5 merc. de croftis sive acris terrarum de Erlisdikis et Unthank, Roberti Kinglassy burgen. de Perth, ex parte occidentali dicti burgi, vic. ejusdem; 26 sol. 8 den. de terra dicti Rob. Kinglassy, in vico boreali dicti burgi; 13 sol. 4 den. de terra dicti Rob. K., in dicto vico; 13 sol. 4 den. de terra quondam Alex. Scot, in vico australi; 13 sol. 4 den. de terra Wil. Broun, in dicto vico; 30 sol. de terra Rob. Logy capellani, in dicto vico; 18 sol. de terra quondam Dav. Thomsoun, extra pontem de Castelgaill; 7 sol. de terra Cristoferi Flechare in vico australi; 13 sol. 4 den. de terra Joh. Pullour capellani, extra le Castelgaill; 13 sol. 4 den. de terra Joh. Lousoun, extra le Castelgaill:—TENEND. in puram elemosinam:—Apud monasterium de Lundoris]. . . . . (*cetera desunt*). . . . . .

xii. 305. [1]

2042.[2] . . . . . 19 Maii.

REX dedit literam ROTHISSAY HERALDO—de terris de Corshill, extenden. annuatim ad 6 merc., terris de Clerkland, extend. ad 6 merc., et 3 mercatis terrarum de Cuttiswra, in dominio de Stewartoun, vic. Are;—ei ad vitam concessis in feodo pro ejus servitio;—quas dictus Rothissay prius habuit in feodo ad vitam, de quondam patre regis;—cum potestate occupandi vel assedandi, &c.

xii. 265.

2043. Apud Edinburgh, 20 Maii.

REX confirmavit cartam Jacobi comitis Buchanie domini de Ochterhouse,—[qua concessit primogenito suo ALEXANDRO STEWART, et ISOBELLE OGILVY ejus sponse,—pro ejus beneficiis,—terras baronie de Ketnis, ac terras de Leoucht, infra baroniam de Ochterhous, vic. Forfar:—TENEND. dictis Alex. et Isob. et eorum alteri diutius viventi et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus suis masculis quibuscunque, de rege:—TEST. David abbate de Abbirbrotht, Joh. Erskin de Dun, Joh. Ogilvy de Mainys, Jac. Crechtoun de Feldy, Rob. Mersar de Balleve, Tho. Ker ac D. Henrico Bruse capellano, notariis publicis:—Apud Ballischane, 21 Jan. 1490]:—TEST. *ut in carta* 2045.

xii. 290.

2044. Apud Edinburgh, 21 Maii.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Erskin senioris de Dun, Mariote Graham ejus sponse, et Johannis Erskin junioris filii eorundem et feodarii de Dun,—[qua concesserunt uni capellano ad altare B.V.M. in ecclesia parochiali BEATI ANDREE APOSTOLI DE DUN divina celebraturo,—annuum redditum 20 sol. de duabus croftis et toftis terrarum jacen. in Kincardin in le Mernys, viz. le Chapell-croft, jacen. ex parte orientali capelle S. Katherine, et de alia crofta cum tofta ejusdem, contigue jacen.; ann. redd. 6 merc. de hospitio et tenementis suis infra burgum de Montros, in vico *le Murray-Strete*, necnon ann. redd. 20 sol. de tenemento dicti Joh. Erskin sen. in eodem vico, necnon 13 sol. 4 den.

[1] The following names of proprietors of lands or tenements contiguous to those from which the above annual rents were taken are mentioned in this charter:—umquhile And. Mathesoun, umq. Tho. Chawmer, Sir Rob. Spens chaplain, Jas. Drummond, Joh. Broun, Joh. Sprwnt chaplain, M. Macolm Loutfute, umq. Dav. Smyth, umq. Rob. Reky, Joh. Gardnare, umq. Wil. Smyth, Tho. Bell, umq. Wil. Craig.

[2] As a memorandum in Register.

de tenemento ejusdem Joh. vulgariter *le Seyhous*, in vico maris dicti burgi:—TENEND. in puram elemosinam:—RESERVATO Joh. E. sen. et heredibus suis dominis de Dun jure presentandi capellanum ydoneum ad dictam capellaniam toties quoties vacare contigerit:—TEST. Alex. Annand de Melgund, Wil. Lyall de Lawtoune, Walt. Lichtoun, David Rossy, Walt. Craig, D. Walt. Broun, Wil. Haldane, capellanis:—Apud maneriem de Dun, 10 Mar. 1490]:—TEST. *ut in carta* 2046.

xii. 302.[1]

2045. Apud Linlithqw, 25 Maii.

REX confirmavit cartam Alexandri Forsyth de Nidy, — [qua — pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit ROBERTO WARDLAW, burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Foulfurde, vic. Edinburgh, unacum superioritate 6 mercatarum hujusmodi terrarum de Foulfurde, tunc existen. in manibus Domini Colini comitis Argadie, dom. Campbell et Lorne, cancellarii:—TENEND. a dicto Alex. de rege:—REDDEND. regi servitium debitum et consuetum, necnon Alano Stewart, heredibus ejus et assignatis, 6 merc. annuatim nomine annualis redditus: — TEST. M. Hen. Meldrum precentore de Brechin, Dav. Balfoure de Carrestoun, Joh. Inglis de Langlandhill, Tho. Yong burgensi de Edinburgh, Jac. Forsith, Joh. Smalame, David Balfoure, Herberto Balfoure, Jac. Hervy, Joh. Rede, et Jac. Young notario publico: — Apud Edinburgh, 24 Maii 1491]:—TEST. 1. 21. 4. 26. 84. 14. 20. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 289.

2046. Apud Edinburgh, 2 Jun.

REX confirmavit cartam Thome Mawle de Panmure militis,—[qua concessit nepoti suo THOME MAWLE, heredibus ejus et assignatis,—terras baronie de Panmure, cum tenentibus, &c., vic. Forfar:—TENEND. de rege: — RESERVATO libero tenemento dicto Tho. seniori, excepto libero tenemento dimedietatis sue terrarum husbandrie de Skryne in dicta baronia; quamquidem dimed. tam in feodo quam in libero tenemento dictus Tho. senior concessit dicto Tho. juniori et ELIZABETH ROLLOK sponse ejus et eorum diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. quibuscunque;—ac etiam reservata rationabili tertia predictarum terrarum sponse dicti Tho. senioris cum contigerit; (excepta tertia parte dicte dimed. terrarum husband. de Skryne):—TEST. M. Jac. Ramsay vicario de Mureous, Dav. Strathauchinquhyn de Carmyll, Alex. Straithauchquhyn fratre ejusdem, D. Joh. Ferny capellano, Jac. Johnesoun, Rob. Seres notario publico:—Apud Dunde, 12 Mar. 1490]:—TEST. 1. 21. 4. 26. 84. 14. 20. 25. 3. 9. 8. 24. 12. xii. 292.

2047. Apud Linlithqw, 6 Jun.

REX—quia in causa optenta per Agnetem Houstoun filiam quondam Johannis H. de eodem, et Jacobum Levingstoun militem, coram dominis concilii, super Archibaldum Houstoun filium et heredem quondam Johannis H., super summa 200 merc. quam dictus quondam Joh., pater ipsius Arch., habuit in custodia et deposito a prefato quondam Joh., patre dicte Agnetis, tanquam puerilem portionem bonorum, decretum extitit prefatam summam dictis Agn. et Jac. persolvi debere;—super executionem cujus decreti Wil. Cunynghame vicecomes in hac parte—quia dictus Arch. in bonis mobilibus distringibilis non extitit,—terras de Litill-Dowald, Mekle-Dowald, et Duchilhill (exceptis 20 solidatis terrarum de le Wod infra quas locus de Newwerk situatur) dicto Arch. pertinentes, et de rege tanquam senescallo Scotie tentas, extenden. annuatim ad 10 merc., vic. Renfrew, pro dicta summa appreciari fecit, et Roberto dom. Lile vendidit pro dicta summa; quam dicti Agnes et Jac. personaliter se fatebantur recepisse; — concessit igitur, — tanquam senescallus Scotie et superior dictarum terrarum, — dicto ROBERTO DOMINO LILE, heredibus ejus et

[1] This charter contains the names of And. Stratoun, Geo. Palframan, and Rob. Jameson, landholders in Kincardine; and of Sir Joh. Chepman chaplain, Joh. Cowle, Joh. Lyall and umquhile Joh. Ferrare, in Montrose.

assignatis, — prefatas terras : — et voluit quod dictus Arch. et heredes ejus haberent plenum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Rob., &c., predictam summam infra septennium :—Test. *ut in carta* 2046.

xii. 296.

ANNO REGNI 4. ANNO DOMINI 1491.

2048. Apud Linlithqw, 17 Jun.

REX confirmavit cartam Alexandri Stratoun domini ejusdem,—[qua confirmavit cartam tallie Henrici Levingstoun de Myddilbynnyng, — (qua — zelo naturalis dilectionis, et cum consensu sponse sue Margarete de Levingstoun,—concessit filio suo PATRICIO LEVINGSTOUN—terras de Castelcary et le Weltoun, in baronia de Stratoun, vic. Edinburgh,—pro ejus benemeritis, &c. :— Tenend. dicto Pat. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro de Levingstoun filio dicti Hen., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni de L. filio ejusdem Hen. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Archibaldo de L. filio ejusdem Hen., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Michaeli de L., filio ejusdem Hen., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def,, heredibus masculis inter ipsum Hen. et Margaretam sponsam suam legitime procreatis, quibus def., veris et legitimis heredibus dicti Hen. quibuscunque, de domino baronie de Stratoun in capite in feodo ;—unacum turre et fortalicio ac mansione de novo per dictum Hen. edificat. in terris de le Weltoun :—Reddend. 8 den. argenti nomine albe firme :—Reservato dictis Hen. et Marg. et eorum diutius viventi libero tenemento dictarum terrarum :—et ad premissa fideliter observanda dicta Marg. tactis Ewangeliis juramentum prestitit corporale :—Test. Pat. Davysoun ballivo burgi de Linlithqw, Geo. de Par(k)le de eodem, Tho. Forest, Joh. Coupare, Wil. Caveling, et Alex. Foulis notario publico ;—unacum sigillo secreto burgi de Linlithqw, per dictam Marg. procurato in signum ejus consensus : — Apud Linlithqw, 14 Apr. 1485):— Test. (carte dicti Alex. Stratoune) Alex. Stratoun ejus filio et herede apparente, M. Joh. Burnet, And. Stratoun de Cragy, Walt. Brikmyre, et Alex. Foulis notario publico : — Apud Edinburgh, 17 Maii 1485] :—Test. *ut in carta* 2046.

xii. 298.

2049. Apud Linlithqw, 22 Jun.

REX—quia quondam pater suus Jac. III. per literas suas assignavit Johanni Ross de Montgrenane militi, summam 50 lib. ;— in qua Joh. Jardin de Appilgirth dicto Jac. III. adjudicatus fuit propter non introitum Willelmi Graham Foulefute, et Johannis Graham filii Jacobi G. de Brikfald, coram justiciario; et literis directis vicecomiti de Lanark, — quia dictus Joh. Jardin in bonis mobilibus infra vic. de Lanark, presertim in baronia de Hertside eidem pertinen., distringibilis non extitit,—2 lib. et 10 solidat. terrarum dictarum de Hertside, quas Constantinus de Tynto tunc occupabat, pro prefata summa appreciate fuerunt et dicto Joh. vendite, —igitur concessit dicto familiari suo JOHANNI ROSS militi, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras :—et voluit quod dictus Joh. Jardin et heredes ejus haberent plenum regressum ad dictas terras quandocunque dictam summam 50 lib. persolverint infra septennium :—Test. *ut in carta* 2046. xii. 299.

2050. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX concessit consiliario suo ALEXANDRO DOMINO HUME, magno camerario suo,—terras de Estir Upsidlintoun, cum piscaria de Haliwele super aquam de Tweda, et omnibus aliis piscariis dicte baronie, cum tenentibus, &c., unacum jure patronatus et donatione ecclesie de Upsidlintoun, cum dependentiis et pertinentiis earum quibuscunque, vic. Berwik ; ac terras de Todrik, infra dictum vic. ;—quas terras de Estir Upsedlintoun cum piscaria, &c., idem

REX confirmavit cartam Michaelis Straithenry de Gibletstoun,—[qua concessit filie sue MARIOTE STRAITHENRY—terras de Gibletstoun, Kowbaky et le Langside, vic. Fiffe,—pro ejus gratuitis servitiis, &c.:—TENEND. dicte Mariote, heredibus ejus et assignatis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Mich. legitimis quibuscunque, de rege:—RESERVATIS libero tenemento dicto Mich., ac rationabili tertia sponse sue que pro tempore fuerit:—TEST. Duncano Forestare de Torwod, Jac. Hering de Cluny, Walt. Forestare herede apparente dicti Duncani F., Edwardo Spetall, Jac. Gorthy, Wil. Forsyth, Arch. Dausoun, Tho. Forsith, Joh. Lokart et Wil. Spere:—Apud Striveling, 24 Sep. 1493]:—TEST. *ut in carta* 2161. xiii. 81.

2177. Apud Striveling, 4 Oct.

REX confirmavit THOME HAYE, filio Willelmi comitis de Erroll, et MARGARETE LOGY domine de Logyawmond sponse dicti Tho.,—terras et baroniam de Logyawmond, vic. Perth, unacum tenentibus, &c., earundem;—quas eadem Marg. in sua pura virginitate apud S. Andream resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Marg. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2183. xiii. 92.

2178. Apud Perth, 9 Oct.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Johannis Myretoun, canonici ecclesie cathedralis Dunkelden., prebendarii de Forgundethny, et rectoris ecclesie parochialis de Dupleyn, Dunblanen. dioces.,—[qua—pro salute animarum patris sui, &c., ac M. Thome Myretoune quondam decani Glasguen.,—concessit capellanis choristis

et ebdomidariis, unacum capellano perpetuo prime misse cotidiane ECCLESIE PAROCHIALIS DE PERTHT, ad numerum 10 personarum, et eorum successoribus,—terram in vico boreali burgi de Perth, ex parte australi ejusdem, inter terras Jacobi Creichtoun de Straithurd militis, et Patricii Baxtar; ac 3 libras annui redditus de fundo terre quondam Joh. Hadingtoun ex parte boreali dicti vici, inter terras quondam Johannis de Camera et quondam Willelmi Galloway:—TENEND. in puram elemosinam de rege:—TEST. Rob. Merser preposito et vicecomite burgi de Perth, Walt. Yreland et Alex. Tyry ballivis ejusdem, And. Charteris, Alex. Bunche, Jac. Drummond, Pat. Wellis, And. Bunche magistro fabrice, Joh. Bunche, And. Greg, David West, And. Bunche, And. Makkysone, Alex. Galloway, Tho. Turnour, Pat. Baxtar, Joh. Murdosoun, Joh. Brig clerico communi, Arch. Charteris, Joh. Ochirtre, Joh. Lawet Tho. Alani serjandis dicti burgi;—unacum sigillo secreto dicti burgi et sigillo Walt. Oliphant, unius ballivorum ejusdem, qui sasinam dedit D. Johanni de Kynmonth, collectori dictorum capellanorum ac uni eorundem:—Apud Perth, 13 Sep. 1493]:—TEST. *ut in carta* 2222.

xiii. 137.

2179. Apud Edinburgh, 15 Oct.

REX—quia per decretum dominorum concilii patris sui, Willelmus thanus de Caldor, et ballivi ac communitas burgi de Narn, summam 140 lib. Elizabeth comitisse de Ross solvere tenebantur,—et dicto Wil. in bonis mobilibus distringibili non existente, Jac. Dunbar de Cumnoke miles, vicecomes in hac parte, 7 libratas terrarum de Moy, vic. Fores, viz. 5 lib. quas Nigellus Brothi ad firmam habuit, et 2 lib. quas Tho. Tarry similiter habuit, pro dicta summa 140 lib. appreciari fecit, et David Dunbar filio Alex. D. de Westfeilde militis, tanquam proprietario ac cessionario dicte comitisse, assignavit;—igitur concessit dicto DAVID DUNBAR et heredibus ejus,—dictas 7 lib. terrarum de Moy:—Et voluit quod dictus Wil. aut heredes ejus haberent liberum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Dav. prefatam summam cum expensis, &c., infra septennium:—TEST. 41. 30. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 34. 35. 12. 36.

xiii. 88.

2180. Apud Edinburgh, 19 Oct.

REX—quia per decretum dominorum concilii sui Johannes Bonar, filius et heres quondam Jac. B. de Rossy, summam 110 merc. Andree Balfour solvere tenebatur;—et dicto Joh. in bonis mobilibus distringibili non existente, vicecomes de Fiffe unam decimam sextam partem terrarum de le Nethirtoun nuncupat. le Hal de Rossy, et de le Ovirtoun de Rossy, vic. Fiffe, pro dicta summa 110 merc. appreciari fecit, et dicto And. assignavit;—igitur concessit dicto ANDREE BALFOUR, et heredibus ejus,—predictam decimam sextam partem dictarum terrarum:—Et voluit quod dictus Joh., &c., haberent liberum regressum quandocunque persolverint dicto Andree, &c., predictam summam cum expensis, infra septennium:—TEST. *ut in carta* 2146.

xiii. 105.

2181. Apud Dyngvale, 25 Oct.

REX confirmavit ROBERTO MAXWELL de Calderwod, et SIBELLE CARMICHELL ejus sponsè,—terras baronie de Maldislee, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Lanark;—quas idem Rob. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Sib., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2146.

xiii. 104.

2182. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX confirmavit cartam Roberti Abircrumby de eodem militis,—[qua concessit filio suo WILLELMO ABYRCRUMBY, heredibus ejus et assignatis, pro filiali affectione, &c., et pro ejus servitio,—terras de Balcormo, vic. Fiffe:—TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dicto Rob.:—TEST. Wil. dom. Ruthven, Walt. Yrland preposito de Pertht, Alex. Conyngame, Joh. Ruthven, Joh. Abircrumby, Joh. Hynde, et Pet. Marche notario publico:—Apud

Edinburgh, 20 Oct. 1493]:—TEST. *ut in carta* 2146. xiii. 107.

2183. Apud Jedworth, 20 Nov.
REX confirmavit cartam Thome Lowrenstoun de eodem,—[qua — pro singulari amore, et in favorem matrimonii inter se et ipsam contrahendi,—concessit JONETE INGLIS sponse sue—terras de Lowrenstoun, vic. Edinburgh, excepta tertia parte earundem que tunc fuit in manibus matris sue ratione tertie:—TENEND. dicte Jonete et heredibus inter eam et dictum Tho. legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque libere reversuras, de rege:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. M. Wil. Wawane officiali Laudonie, Tho. Wawane de Stewinstoun, Wil. Clark, Joh. Forestare et D. Matheo Dowell:—Apud Edinburgh, 21 Jan. 1492]:—TEST. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 34. 35. 12. 36. xiii. 91.

2184. Apud Spinee, 22 Nov.
REX concessit JACOBO CRECHTOUN, filio et heredi quondam Wil. dom. C.,—terras et baroniam de Frendracht, cum annexis, tenentibus, &c., advocationibus ac donationibus ecclesiarum earundem, vic. Abirdene; ac terras et baroniam de Inverkethny, cum annexis, &c. (*ut supra*), vic. Banff;—quas Joneta Dunbar domina de Frendracht, avia dicti Jac., personaliter resignavit:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo C. filio quondam Gawini C. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo C., filio ejusdem Gawini, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. filii Wil. dom. C. quibuscunque:—RESERVATO libero tenemento dicte Jonete:—TEST. *ut in carta* 2146. xiii. 106.

2185. Apud Glenarthnay, 11 Dec.
REX concessit ANDREE WOD de Ovir-Blaretoun et heredibus ejus,—pro ejus fideli servitio,—terras vulgariter nuncupatas le Castellhil de Aberdeyne, et le Stoketwod, prope burgum de Aberdeyne, vic. ejusdem:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 34. 38. 36. xiii. 108.

2186. Apud Edinburgh, 24 Dec.
REX confirmavit cartam Georgei domini Seytoun,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta--vendidit et alienavit ROBERTO VAUS burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Monyvy, Lowstoun, et Kynvaid, vic. Perth:—TENEND. a dicto Geo. de rege:—TEST. M. Joh. Locarte vicario de Robertoun, Joh. Andersoun, Hen. Strathachin notario, Rob. Cousing, Geo. Litill, Jac. Monynet, et Joh. Penny:—Apud Edinburgh, 27 Nov. 1493]:—TEST. *ut in carta* 2189. xiii. 97.

2187. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX confirmavit WILLELMO BAILYHE de Lammyntoun, militi, et MARIOTE HUME ejus sponse,—terras et baroniam de Lammyntoun, cum turre, manerio et pomario earundem, unacum advocatione et donatione ecclesie de Lammyntoun, vic. Lanark;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, pro toto tempore eorum vite, et post decessum eorum heredibus masculis dicti Wil. quibuscunque secundum tenorem infeodationis et carte talliate perprius desuper confecte:—TEST. *ut in carta* 2185. xiii. 109.

2188. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX concessit ALEXANDRO FORESTAR, filio et heredi apparenti Archibaldi F. de Corstorfyn, et MARGARETE FORESTAR sponse dicti Alex.,—terras de Thirlstane, cum molendino earundem, in dominio de Lauderdaile, vic. Berwic;—quas dictus Arch. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2185. xiii. 113.

2189. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX confirmavit JOHANNI GRANTE de Freuchequhy, et heredibus ejus,—terras de Freuchequhy et molendinum earundem, le duas Culquheichis, Dailfour, Auchynnegale, le duas Connygais et molendinum earundem, et Glenlochy, vic. Invernes; terras quinte partis terrarum de Lincanwod, et quintam partem molendini ejusdem, ac etiam quinte partis terrarum de Birmukty, quinte partis terrarum de Garboty, necnon dimediam partem terrarum de Inchebary, dimed. terrarum de Ordyquhois, dimed. terr. de Mulvene, et 6 sol. 8 den. terrarum de Furestoune (Surestoune?), vic. Elgyn;—quas idem Joh. personaliter resignavit, et quas rex, pro fideli servitio, in unam liberam baroniam de Freuchequhy univit et incorporavit:—Reddend. pro dictis terris infra vic. de Invernes tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Invernes, ac wardas, relevia et maritagia, cum contigerint;—ac pro dictis terris infra vic. de Elgyn tres sectas ad tria placita capitalia vic. Elgyn, ac wardas, &c.:—Test. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 34. 35. 38. 36.
xiii. 95.

2190. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit JOHANNI WOD, filio armigeri sui Walteri Wod et Dorothee Tulloch, et heredibus ejus,—terras de Bonytoun et Balnamune, vic. Forfair;—quas eadem Dorothea, cum consensu dicti Walt. sui sponsi, resignavit:—Reservato libero tenemento dictis Dorothee et Walt., et eorum alteri diutius viventi pro toto tempore vite eorundem:—Test. *ut in carta* 2185.
xiii. 110.

2191. Apud Edinburgh, 5 Jan.
REX confirmavit cartam Johannis de Ila, comitis Rosse, et domini Insularum,—[qua concessit consang. suo DUNCANO MAKKINTOISCHE, capitaneo de Clanchattane, et heredibus ejus,—terras de Keppach, Inverroygur, Achnacrose, duas Bointynnis, Bohene, Murvalgane, Tullach, Daildonedarg, Achderre, Inverroyg-minor, Mischoralich, Achynnellane, Leyndale, Cloynis, Glastormore, Nucomer, Leachturynnich, Cloynkallich, Stronenabay, Tornessa, Blarrobbir, duas Ratullichys, Achmesk, Inverglie, et Achrone, in dominio de Lochabbria, vic. Invernes; unacum officio ballivatus dictarum terrarum, necnon officio ballivatus terrarum dicti comitis sibi reservatarum, viz. Achdrome, Glengarre, Lettirfinlai, et duarum villarum de Lanachynnis;—pro ipsius heredumque ejus homagio et servitio fideli:—Reddend. dicto comiti de terris de Inverroygur 2 mercas, cum servitio prius dicto:—Apud Urcharde, 14 Nov. 1466]:—Test. *ut in carta* 2189.
xiii. 96.

2192. Apud Edinburgh, 5 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Roberti Bellanetyne, abbatis monasterii S. Crucis de Edinburgh, et ejusdem loci conventus, Ordinis S. Augustini, S. And. dioces.,—[qua concesserunt sex pauperibus senibus et valetudinariis viris, in DOMO ELEMOSINARIA EX AUSTRALI PARTE CAPELLE S. LEONARDI CONFESSORIS PROPE BURGUM DE EDINBURGH infra territorium et baroniam de Brouchtoune impositis, ad eorum sustentationem, et eorum successoribus in eadem imponendis,—unicuique ipsorum unum lectum ligneum, duos lodices, cum uno coopertorio, et uno cervicali, necnon ebdomidatim 14 sol., hoc est dictu unicuique ipsorum 4 den. unaquaque die, in puram elemosinam;—insuper concesserunt dictis pauperibus,—duas croftas, unam viz. vulgariter nuncupatam le Terraris-croft et altera le Hermitis-croft in territorio suo S. Leonardi; necnon annuum redditum 20 sol. de tenemento terre Patricii Richardsoun servitoris sui, in burgo vici Canonicorum ex parte australi vici regii ejusdem, inter terras Ingerami Wyld et Joh. Lange, ad sustentationem focalium et aliorum necessariorum dictorum sex pauperum:—Insuper instituerunt unum ydoneum capellanum inibi divina celebraturum, cuiquidem capellano et ejus successoribus dederunt illam magnam mansionem, terram sive edificium cum ortis ejusdem, prope portam monasterii sui, ex parte boreali vici regii burgi vici Canonicorum; ac etiam annuum redditum 33 sol. 4 den. de terra Thome Carsene, latimi, ex parte

australi vici regii dicti burgi vici Canonicorum, inter terras dicti Joh. Layng et Tho. Gilmore :—TENEND. in puram elemosinam : —TEST. M. Ric. Lawsone clerico justiciarie generali, Matheo Forestar de Barnetoune, Hen. Naper, Joh. Inglis de Langlandhill, Geo. Kyncad ballivo dicti monasterii, Joh. Halcarstoune, Joh. Creichtoune, Gilb. Forestar, Pat. Bellanetyne, Joh. Crawfurd, et Jac. Yong notario publico ;—cum sigillo communi dicti capituli, unacum sigillo communi capituli Wil. archiepisc. S. Andree, legati ac primatis totius terre Scotie et ordinarii dicti monasterii :— Apud monasterium S. Crucis, 18 Jul. 1493]: —SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. 41. 39. 32. 29. 84. 7. 14. 33. 34. 35. 38. 36. xiii. 130.

2193. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Roberti Bellanetyne, abbatis monasterii S. Crucis de Edinburgh, ordinis S. Augustini, S. And. dioces.,—[qua—cum consensu capituli sui et Wil. archiepisc. S. And.,—concessit ad sustentationem duorum capellanorum secularium divina celebraturorum in CAPELLA S. NINIANI per dictum abbatem noviter edificata ad finem pontis DE LEITH, ex parte boreali aque ejusdem,—terram sive edificium per ipsum noviter edificat. ad finem australem dicti pontis in regalitate de Brouchtoune, vic. Edinburgh, ac annuum redditum 40 sol. de tenemento terre Alexandri Brown et Margarete Lindesay ejus sponse, de se in capite tento, in villa de Leythe ex parte australi aque ejusdem, infra terras suas S. Leonardi, in regalitate et vic. predict. ; annuum redditum 20 sol. de pecia terre Donaldi Wrichte supra dictum pontem ad finem borialem gabelli terre sive edificii per se eidem Donaldo et Margarete ejus sponse in feodifirma pro dictis 20 sol. assedat.; ann. redd. 20 sol. de terra Willelmi Pendreich in villa de Leith ex parte boreali aque ejusdem, in regalitate et vic. predict. :— TENEND. in puram elemosinam ad manum mortuam : — TEST. *et de data ut in carta* 2192] : — SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. *ut in carta* 2192. xiii. 131.[1]

2194. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Adam Willelmi, artium magistri ac capellani capellanie S. Columbe abbatis fundate ad altare beatorum Martini episc. et Thome martiris, in ecclesia collegiata Beati Egidii de Edinburgh per quondam Jac. episc. Dunkelden., — [qua concessit uni capellano divina celebraturo ad altare S. Columbe prescriptum, in dicta ECCLESIA COLLEGIATA BEATI EGIDII DE EDINBURGH,—annuum redditum 40 sol. de terra seu tenemento Andree Cramby, pistoris, infra olim tenementum Johannis Spote, inter terram olim Joh. Park, et pistrinum dicte Andree, quod tenementum jacebat in dicto burgo de Edinburgh ex parte australi pretorii ejusdem inter terram quondam Joh. Dalrimpill et tenementum quondam Joh. Quhitheid ; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terris Johannis Waich edificatis, infra tenementum quondam Joh. Quhittyn quod jacebat in dicto burgo ex parte australi vici regii et pretorii ejusdem inter terram Joh. Spott et cimiterium ecclesie collegiate Beati Egidii ; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terra Wil. Richertsone pistoris, juxta terram Rob. Ramsay, quamquidem terram Joh. Spens pistor dicto Wil. in feodifirma assedavit, quod tenementum jacebat in dicto burgo ex parte australi vici regii ejusdem, inter terras quondam David Dalrumpell et quondam Ric. Gamyll :—TENEND. in puram elemosinam :—RESERVATIS dicto Adam pro toto tempore vite sue libera dispositione, usufructu et proprietate dictorum annuorum reddituum :—TEST. Henrico Napeir vicecomite deputato de Edinburgh, Joh. Levintoune, M. Tho. Grenlawe, M. Pat. Crawfurd, capellanis, And. Cramby, Joh. Jacobi, Wil. Mawe, Joh. Jhonsone, Wil. Penny, Hen. Strathaiching notario, et David Nele et Cuthberto Young, ser-

[1] The following names of proprietors of bounding lands appear in this charter,—umquhile Joh. Logane of Cotefelde, umq. Will. Bell, umq. Dav. Broune, Joh. Mar, Wil. Sterrat.

jandis ;—cum sigillo Rob. Rynd, unius ballivorum burgi de Edinburgh, sasinam dantis :—Apud Edinburgh, 1 Mar. 1491] : —Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 212.

2195. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX confirmavit HENRICO DOMINO SINCLARE, et MARGARETE HEBBURNE ejus sponse,—terras baroniarum de Disart et Ravynniscrag, cum castro de R., cum tenentibus, &c., earundem, unacum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Fife ;—quas idem Hen. resignavit :—Tenend. dictis Hen. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hen. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2189. xiii. 98.

2196. Apud Drumfres, 30 Jan.
REX concessit ROBERTO DOUGLAS, filio et heredi apparenti Ade Douglas de Brouncastell, et heredibus ejus,—terras de Brouncastell, extenden. annuatim ad 4 merc. antiqui extentus, vic. Lanark ;—quas terras, unacum superioritate terrarum de Schelis, infra baroniam de Kirkbride, vic. predict., dictus Adam in manus regis tanquam senescalli Scotie resignavit :—Facicend. senescallis Scotie jura et servitia debita et consueta ;—superioritate vero de Schelis apud senesc. Scotie in feodo et hereditate remansura :—Reservatis libero tenemento dicto Ade, ac rationabili tertia Egidie Conyngam ejus sponse, cum contigerit :—Test. *ut in carta* 2185. xiii. 111.

2197. Apud Striveling, 3 Feb.
REX confirmavit ALEXANDRO INNES de eodem, et CRISTINE DUNBAR ejus sponse,—terras de Crommy, Ardmali, Tulidowne, et Rumore, in dominio de Abirkerdour, vic. Banf ;—quas idem Alex. personaliter resignavit :—Tenend. dictis Alex. et Cris. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2185. xiii. 112.

2198. Apud Glenfinglas, 7 Feb.
REX concessit ROBERTO LEVINGSTOUN, filio et heredi apparenti Willelmi L. de Drumry, et heredibus ejus,—terras partis orientalis de Wemys, cum domo sive fortalicio ejusdem, terras de Lochquhorschir, cum tenentibus, &c., advocationibus ac donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, ac terras de Glasmont, vic. Fiffe ; terras de Gorgy et molendinum ejusdem, cum tenentibus, &c., vic. Edinburgh ; ac annuum redditum 20 lib. de terris de Balmakewin, vic. Kincardin ;—quas dictus Wil. apud le Hunthall in Glenfinglas resignavit :—Reservato libero tenemento dicto Wil. :—Test. 41. 39. 32. 26. 84. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 118.

2199. Apud Newwerk, 13 Mar.
REX concessit WALTERO KER de Cesfurd, et heredibus ejus,—terras baronie de Cesfurd, vic. Roxburgh ;—quas Wil. Cokburn de Skraling resignavit :—Test. *ut in carta* 2207. xiii. 125.

2200. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX — pro singulari favore, et pro fideli servitio,—confirmavit armigero suo JOHANNI MAKGILLEOUN de Lochboye, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—duas denariatas terrarum de Growding, denariatam de Calchelle, denar. de Kelbeg, denar. de Gyeddrill, dimediam denar. de Chowour, denar. de Brayadill, quadrantem de Toslebeg, denar. de duabus Russillis, denar. de Coroch, denar. de Pengowyn, denar. de Lettir-arnacreill, denar. de Fynchenis, denar. de Laychtyrdill, denar. de Garemown, denar. de Skowlstillmor, denar. de Skollestellbeg, in Forsay, in insula de Mowyll, extenden. ad 20 merc. ; necnon denar. de Ardnesaleyne, denar. de Drumnatym, denar. de Kowillay, obulatam de Garmown, obulat. de Berchantromane, denar. de Chanloch-Spelow, obulat. de Juredill, denar. de Debedell et Desgaig, duas denar. de Lagan, denar. de Moy, cum castro, denar. de Camroyn,

denariat. de Glenbayr, obulat. de Crosta, obulat. de Inegard, denariat. de Roysale, obulat. de Darnakowlane, in Moloros in dicta insula de Mowyll, extend. ad 17 merc. cum dimedia; ac etiam denar. de Tayobill, obulat. de Kailtrene, obulat. de Kaylemor, denar. de Scoabyll, denar. cum dimedia de Teyrhowrane, obulat. de Brekach, duas denar. de Knokroy, denar. cum media de Sowecomyll, denar. de Cammys, in Ardmanych in prefata insula de Mowyll, extend. ad 12 merc.; terras duarum merc. cum dimedia de Ardlisay et Knokinsawyll, in Dowray; denar. de Kilmor, in Scarba, extenden. ad duas mercas; denar. de Lunga, unacum terris 12 mercarum, viz., 6 denar. de Achenbeg, et Yecomys, duas denar. de Kowilkelis, tres denar. de duabus Achefors, tres denar. de Achenagawyn, duas denar. de Henyngbeg, denar. de Areangus, denar. de Corosmedyll, tres denar. cum dimedia de Cleynlond, duas denar. cum dimedia de Cormawin, in dominio de Morwarn;—quequidem terre dicti Joh. Makgilleon fuerunt hereditarie, tente de Johanne de Ile olim dom. Insularum, et in manibus regis ratione forisfacture dicti Joh. dom. Insularum legitime devenerunt:—TEST. 41. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 114.

2201. Apud Edinburgh, 22 (Mar).
REX—pro singulari favore et pro fideli servitio,—confirmavit armigero suo JOHANNI MAKGILLEOUN de Lochboy, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Banvy, Mikeannich, Fyelin, Creglong, Corpich, Inverate, Achido, Killmalye, Achmoleag, Drumfairmolach, Fanewor-wille, Fasefarna, Stonsonleak, Correbeg, Achitolleoun, Keanloch, Drumnasalze, Culenape, Nahoacho, Clerechaik, Mischerolach, Crew, Salachan, et dimediam Lyndaly, in Locheale, infra dominium de Lochabria, vic. Invernes; necnon 53 merc. terrarum de Durgune et Glencole, vic. Perth; ac etiam dimedietatem officii ballivatus insule de Tyriage, viz. partis australis ejusdem;—que terre, &c., dicti Joh. fuerunt hereditarie, tente de Joh. olim dom. Insularum, et in manibus regis ratione forisfacture dicti Joh. dom. Insularum legitime devenerunt:—TEST. *ut in carta* 2200. xiii. 115.

2202. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX — pro singulari favore et pro fideli servitio,—confirmavit armigero suo JOHANNI MAKGILLEOUN de Lochboye,—6 denariat. terrarum de Achlenan, 6 denar. terr. de Drummyn, 4 denar. de Achyawale, 2 denar. cum dimedia de Auchtycht in Arnfflane, 2 denar. cum dimedia de Aldachonnych, dimedietatem terrarum de Dowderre, 4 denar. terrarum de Yaore, unam denar. de Dernamart, 5 denar. de Barre, in dominio de Moravia, vic. Invernes; unacum officio balliatus omnium terrarum de Moravia pertinen. Joh. olim dom. Insularum;—que terre, &c., dicti Joh. M. fuerunt hereditarie, tente de dicto dom. Insularum, et in manibus regis ratione forisfacture dicti Joh. dom. Insularum devenerunt:—TENEND. dicto Joh. M. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et successoribus suis libere reversuras:—TEST. *ut in carta* 2200. xiii. 116.

ANNO DOMINI 1494. ANNO REGNI 6.

2203. Apud Linlitquhow, 25 Mar.
REX confirmavit cartam Johannis de Dundas, domini ejusdem,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit ANSELMO ROBISOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Portarside, vic. Lithquhow:—TENEND. a dicto Joh. de rege in capite in feodo:—TEST. Rob. Borthik, Joh. Donaldsoun, Wil. Bertilmew, et Rob. Foulis notario publico:—Apud Dundas, 20 Mar. 1493]:—TEST. *ut in carta* 2198. xiii. 119.

2204. Apud Linlithqw, 26 Mar.
REX concessit ROBERTO GORDOUN,

filio Johannis G. de Lochinver, et MARIOTE ACARSANE, sponse dicti Rob. et filie Johannis Acarsane de le Glen, —terras de Glenskirburne, et Ovirpolinecre, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht;—quas dictus Joh. Acarsane personaliter resignavit:—insuper rex voluit et ad instantiam et requestum dicti Joh. A. concessit, quod prefatus Rob., et proles inter ipsum et dictam Mariotam procreandi, sub hoc cognomine Acarsane perpetuis futuris temporibus nominarentur: —Tenend. dictis Rob. (jam nuncupato Acarsane) et Mariote ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. A. quibuscunque:—Reservato libero tenemento dicto Joh. A., et Isobelle Vaus ejus sponse et eorum alteri diutius viventi: —Test. *ut in carta* 2200. xiii. 117.

2205. Apud Edinburgh, 5 Apr.

REX confirmavit cartam Willelmi Stewart de Baldorane et de Lettir,—[qua—pro singulari favore, &c.,—concessit filie sue JONETE STEWART, inter ipsum et Jonetam Buchquhannane sponsam suam procreate,—terras de Lettir, in dominio de Strogarthnaa, vic. Perth:—Tenend. dicte Jonete et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Agneti filie eorundem Wil. et Jonete et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Mariote filie eorundem et heredibus ejus legitimis et propinquioribus quibuscunque, de rege in feodo:—Reddend. 16 sol., et wardas et relevia cum contigerint:—Test. Arch. Edmonstoun de Duntreith, Jac. Edmonstoun de Polmays, Alex. Stewart de Garthill, Jac. Stewart, Wil. Clerk, et D. Dungallo Cousour notario publico:—Apud Striveling, 4 Jul. 1493]: —Test. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 187.

2206. Apud Abirdene, 10 Apr.

REX—pro singulari favore quem gessit erga Magistrum Andream Liell prebendarium pensionarium de Brechin infra ECCLESIAM CATHEDRALEM BRECHINENSEM,—fecit et erexit terras de Redegothinnis, vic. Perth, in libera foresta imperpetuum, — alias ex longo tempore transacto datas et admortizatas dicte prebende pensionarie, et tunc per dictum And. et predecessores ejus pacifice possessas:—Tenend. dicto And., et successoribus ejus, prebendariis dicte prebende, de rege in libera foresta, cum *le vert* et *venesoune* et eschaetis ejus, &c.:—Test. *ut in carte* 2198. xiii. 120.

2207. Apud Pertht, 17 Apr.

REX confirmavit cartam Thome Maull de Panmure militis,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit DAVID LYNDESAY de Lekoquhy, heredibus ejus et assignatis, —quartam partem terrarum de Skryne, et molendinorum earundem, cum portitu earundem, in baronia de Panmure, vic. Forfar:—Reddend. unam rosam albam nomine albe firme:—Test. Finlayo Ramsay de Banf, Tho. Blair de Melgyn, Walt. Blair in le Kirkhill, Wil. Ramsay de Mavis, Geo. Ramsay, Geo. Withand, et M. Hen. Clerk notario publico:—Apud Megil, 5 Aug. 1478]:—Test. 2. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 34. 38. 36. xiii. 124.

2208. Apud Abirdene, 27 Apr.

REX confirmavit cartam Willelmi comitis Marescalli, ac domini de Keith,—[qua—filiali zelo, &c.,—concessit filio suo secundario WILLELMO KEITH—terras baronie de Troup, unacum tenandriis ejusdem, vic. Banf,—pro fidelibus servitiis et homagiis impendendis:—Tenend. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Gilberto Keith, fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), hoc nomen Keith gerentibus:—Faciend. dicto comiti servitium warde, relevii et maritagii, &c.:—Test. Alex. Irrwyn de Drum, Rob. Arbuthnot de eodem, Wil. Fraser de Durris, Geo. Falconair filio et herede apparente dom. de Haukertstoun, D. Rob. Mertyne vicario de Gervok, Wil. de Camera, Alex. Sibbald, Alex. Forbes, scutiferis dicti comitis, et D. Joh. Striveling presbytero ac notario publico:—Apud Dunnottir, 3 Feb. 1493]:

—Test. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 122.

2209. Apud Abirdene, 28 Apr.
REX—tanquam tutor fratris sui Johannis comitis de Mar et Garviauch — confirmavit THOME LESLY de Ardone, et ELIZABETH BLYNDSEIL ejus sponse, —quartam partem terrarum de Ardone, in regalitate de Garviauch, vic. Aberdene; —quam idem Tho. personaliter resignavit: —Tenend. dictis Tho. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque, de dicto comite:—Test. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 138.

2210. Apud Abirdene, 28 Apr.
REX confirmavit cartam Willelmi, archiepiscopi S. Andree, regni Scotie primatis, et Apostolice Sedis legati, — [qua, cum consensu capituli sui, concessit et ad feodifirmam dimisit JOHANNI SHEVEZ, filio et heredi apparenti Henrici S. de Gilquhus, fratris sui, et heredibus ejus masculis, pro ejus benemeritis, &c.,—terras de Kenbak et Kynnard, infra regalitatem S. Andree, vic. Fyffe; — que terre summam 13 lib. 6 sol. 8 den. prius persolverunt: — Reddend. dictam summam 13 lib. 6 sol. 8 den.; necnon 5 lib. 4 sol. 8 den. in augmentum rentalis ecclesie S. Andree; ac tres sectas ad tres curias S. Andree capitales:—Voluit etiam quod dictus Joh. &c., tenerentur ad exhibendum dicto episcopo, obsequium vel servitium mariscallatus, pro quo feodum 10 merc. dicte summe eis annuatim, cum ad hoc requisiti fuerint, allocavit;—et duplicand. dictam feodifirmam nono quolibet anno:—Test. Magistris David Meldrum canonico Dunkelden. officiali S. And. principali, And. Mertyne rectore de Kyncardin in Onele camerario dicti episc., Michaele Ker rectore de Duns, Rob. Dowglas de Lochlevin, Wil. Levingstoun, Ric. Kinman, armigeris, D. Rob. Abernethy vicario de Kyrimure, et M. Jac. Gray vicario de Halis, notariis publicis, et Dav. Lermonth: —Apud S. Andream, 22 Oct. 1490, anno consecrationis dicti episc. 12]: — Test. *ut in carta* 2209. xiii. 139.

2211. Apud Glasgw, 15 Maii.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit magno camerario suo ALEXANDRO DOMINO HUME, heredibus ejus et assignatis, — terras de Thorntoun, le duas Akingallis, Crechnowis, et Monynet, cum capitali messuagio, fortalicio, et molendino earundem, ac omnes annuos redditus et alias pertinen. quascunque, vic. Renfrew; — que ad manus regis devenerunt ratione eschaete et forisfacture, per alienationem factam de tota tenandria dictarum terrarum per Johannem Montgumry olim tenentem et possessorem earundem, Alisone Hammyltoun filie quondam Arch. H. de Innerweik militis, et certis aliis personis absque consensu superioris earundem:—Test. *ut in carta* 2222. xiii. 134.

2212. Apud civitatem Glasguen., 16 Maii.
REX confirmavit cartam Mathei Stewart, filii et apparentis heredis Johannis Stewart comitis de Levenax et dom. Dernly,—[qua —pro ejus benemeritis—concessit Domicelle MARGARETE LILE, filie Roberti dom. L.,—18 mercatas antiqui extentus terrarum de Inchenane, in dominio de Inchenane, vic. Renfrew, viz., villam de Inchenane, terras de Floris, le Wrychtland, Raichselle, et Park de Inchenane; — Tenend. dicte Marg., et assignatis ejus, viz., dicto Rob. dom. L. et heredibus ejusdem quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—Test. Pat. Culquhoun de Glyne, M. Adam de Culquhoun, Joh. Stewart, Pat. Culquhoun, Wil. Logane, et D. Dav. Red notario publico:—Apud Glasgw, 15 Apr. 1494]:—Test. 39. 32. 26. 84. 37. 34. 38. 36. xiii. 121.

2213. Apud Glasgw, 16 Maii.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit magno camerario suo ALEXANDRO DOMINO HUME, et heredibus ejus quibuscunque,— superioritatem terrarum de Ovir-Thorntoun, Nethir-Thorntoun, Estir-Akingall, Westir-Akingall, Crechnowis,

et Monynet, et proprietatem dictarum terrarum, olim pertinen. Johanni Montgumry de Thorntoun, cum tenentibus, &c., unacum turre et molendino de Thorntoun, ac etiam omnes annuos redditus et feodifirmas spectantes dicto Joh. et heredibus ejus quibuscunque, ratione feodifirme dictarum terrarum aut alias quovismodo, in constabularia de Hadingtoun, vic. Renfrew; —quas dictus Joh. personaliter resignavit: —RESERVATO libero tenemento dicto Joh.: —TEST. *ut in carta* 2222.

xiii. 135.

2214. Apud Glasgw, 16 Maii.

REX confirmavit cartam Roberti dom. Lile, —[qua concessit filie sue carnali AGNETI LILE—locum et manerium de Newerk, et unam mercatam terram antiqui extentus silve eidem contigue adjacen., infra baroniam de Finlawstoun-Maxwell, vic. Renfrew; — quequidem manerium et terra appreciate fuerunt pro certis debitis per M. Willelmum Levenax de Cally super Patricio Maxsuell filio et apparente herede Georgei Maxsuel de Newerk et Finlawstoun recuperatis, et per vicecomitem regis dicto Rob. dom. L. vendite :—TENEND. dicte Agneti et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Nicholao L., fratri ejus germano et heredibus ejus, &c., (*ut supra*) redituras, quibus def., Johanni Lile, fratri germano dicti Nic. et heredibus, &c., (*ut supra*), quibus def., dicto Rob. dom. L. et heredibus suis masculis reversuras, de rege :—RESERVATO libero tenemento dicto Rob. dom. L.:—TEST. Pet. Houstoun de eodem, Esplano Crawfurd de Kers, Roberto Lile, et Joh. Fynne :—Apud Dochell, 3 Sep. 1492] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 163.

2215. Apud Air, 19 Maii.

REX confirmavit cartam Johannis Eklis domini de eodem,—[qua concessit filio suo primogenito et heredi apparenti JOHANNI EKLIS, et JONETE MURE sponse ejus, —unam mercatam terre vulgariter nuncupatam *le Courthill*, 14 solidat. vulgariter nuncupatas *Makmychaelis-tak*, 4 merc. de Batfurd, 21 sol. de Tonagalyn, 20 sol. de *Moffetis-tak*, dimediam mercatam de *Makmychaelis-tak*, 14 sol. terrarum culture Patricii Fergussoun, unam mercatam de Clontopag, 28 sol. de Clonhe, 14 sol. terrarum culture Roberti Fergussoun, 40 den. terrarum de Cordean; que terre se extendebant ad 10 lib. et unum sol. antiqui extentus, in baronia de Eklis, vic. Drumfreis :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. filii quibuscunque, de rege :—TEST. Dav. Blair dom. de Adamtoun, Jac. Blair aldermanno de Air, M. Joh. Eklis vicario de Ersiltoun, Alex. Raith scutifero, et M. Pat. Pethede capellano: — Apud burgum de Air, 26 Mar. 1476] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 141.

ANNO REGNI 7. ANNO DOMINI 1494.

2216. Apud Edinburght, 14 Jun.

REX, pro gratuita obedientia bonoque servitio, concessit JOHANNI MACKANE de Ardmurquhane, et heredibus ejus,— quartam partem et dimedietatem quarte partis terrarum de Skanlastill, dimedietatem quarte partis terrarum de Kynbeloquhane, quartam partem terrarum de Capolse, Robolse, Litil Capolse, Kilbranne, Dulloch, Ochtownwruch, Balluchter, Achvern, Balleclachtach, Arrevore, Correrere, Curloch, et Alane-Mackindow, in insula de Ila, infra dominium Insularum; ac etiam duas mercatas terrarum cum dimedia de Alastill, duas merc. de Laald, et Dawundak, et 20 sol. de Nynnemor, in Moranne; necnon officium balliatus terrarum et insule de Ila; —quas et quod idem Joh. Mackane de Joh. olim dom. Insularum prius habuit, et que in manus regis ratione forisfacture dicti dom. devenerunt: — TENEND. in libera baronia: — REDDEND. wardas, relevia et maritagia, &c.:—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 123.

2217. Apud Edinburgh, 14 Jun.
REX confirmavit cartam Archibaldi Cramby de Petcarne,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit ROBERTO MERSAIR de Balleif, heredibus ejus et assignatis,—terras nuncupatas le Manis de Petcarne, cum molendino earundem cum ejus sequelis, vic. Pertht, infra senesc. Strathern :—TENEND. a dicto Arch. de rege :—TEST. Jac. comite Buchanie et dom. Ochterhous, Walt. Yreland preposito et vicecomite de Pertht, And. Charteris de Cuthilgurdy, Alex. Bunche, Pat. Wellis, Joh. Rettray, Umfrido Moncreif, et Hen. Brisoun :—Apud Pertht, 5 Maii 1494] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 34. 38. 36. xiii. 127.

2218. Apud Edinburgh, 14 Jun.
REX confirmavit cartam Walteri Ramsay de Dunnoyne, — [qua — filiali amore, ac interne compunctionis instinctu, ac cum consensu Jonete Ogilvy sponse sue,—concessit filio suo ARCHIBALDO RAMSAY —terras de Estir-Dunnoyne, cum turre, fortalicio et manerie ejusdem, ac jure patronatus, &c., capellanie et altaris Sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Glammys per dictum Walt. fundat., vic. Forfare ; ac terras de le Crownareland, Manuelrig, et Gilleislandis vulgariter nuncupatas, in baronia de Mannuell, vic. Striveling ;—pro ejus fideli servitio :—TENEND. dicto Arch., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto Ramsay fratri ejus et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Tho. R. fratri ejusdem et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus legitimis et propinquioribus dicti Arch. hoc cognomen gerentibus quibuscunque, a dicto Walt. de rege :—REDDEND. pro dictis terris infra vic. de Forfare, administrationem et servitium clave regie temporibus debitis et consuetis ; et pro terris vic. Striveling, unum denarium argenti nomine albe firme :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt., ac rationabili tertia dicte Jonete, cum contigerit :—TEST. Pat. Ogilvy, Dav. Rollok, Jac. Rollok, Rob. Scheras, Dav. Moncur, Jac. Skrymgeour, M. And. Michelsoun ;—unacum sigillo dicte Jonete in signum ejus consensus in judicio dati :—Apud Dunde, 10 Jun. 1494] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 140.

2219. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REX concessit consiliario suo et magno camerario, ALEXANDRO DOMINO HUME, et heredibus ejus,—superioritatem terrarum de Betschele, cum tenentibus et tenandriis ejusdem, vic. Berwik ;—quam Jac. comes Buchanie apud Dundee personaliter resignavit :—TEST. *ut in carta* 2222. xiii. 136.

2220. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX confirmavit cartam Andree Dun de Rate,—[qua concessit JACOBO OGILVY de Deskfurd, militi, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus labore et causatione introitus dicti And. ad terras de Rate, et ad rethe infrascriptum, per brevia regis libere absque clameo Elizabeth Ogilvy filie dicti Jac. per feodum bassum quod habuit de dictis terris et rethi pro toto tempore vite sue, sibi et assignatis suis de rege,—piscationem rethis dicti And. in aqua regia de Dovern apud Banfe vulgariter nuncupatam *le Thanis-net*, vic. Banf :—TENEND. a dicto And. de rege :—cum subscriptione manuali dicti And. :—TEST. Joh. Ogilvy de Fyngask filio et herede apparente Jac. dom. O. de Erly, Pat. Gordoun de Methlike, Rob. Gordoun personario de Uthok, M. Rob. Dallonquhy canonico Moravien., Alex. Ogilvy fratre germano dicti Joh. O., Rob. Guthre de Glensauch, Joh. Stewart, D. Wil. Ruthven vicario de Fordice, D. Alex. Hog vicario de Alloway, M. Galtero Laing :—Apud Fordice, 31 Jan. 1493] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 132.

2221. Apud Edinburgh, 30 Jun.
REX confirmavit cartam Elizabeth Menteth, domine de Rusky, ac sponse quondam Johannis Napare de Merchamstoun,—[qua —cum consensu Archibaldi Napare de Merchamstoun filii sui et heredis apparentis —pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit D. ARCHIBALDO

COMITI ERGADIE, domino Campbel et Lorn, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Inchirnanrusky, le Cor, Auchinlach, Darguacht, Invermassen, Garffray, Cragtarsynt, Glenmakmwrch, Stronlonage, Glentarsynt, Stronaphyne, Garfquhory, Clanhaige, vic. Ergile; necnon dimedietatem terrarum de Ardmarnoke, infra balliam de Cowale, ac omnes terras suas quascunque infra vic. Ergile, extenden. in toto annuatim ad 17 merc. cum dimedia antiqui extentus :—TENEND. de rege :—TEST. Geo. Hume de Attoun, Roderico Makleod de Lewys, Pat. Buchannan filio et apparente herede Walt. B. de eodem, Alex. de Dalwolse milite, Niniano Stewart vicecomite de Bute, Geo. Hume filio dicti Geo., Pat. Haliburtoun, D. Malcolmo Makylker decano Lismoren., D. Joh. Napair, capellanis, Jac. Young notario publico ;—cum sigillo dicti Arch. N. :—Apud Edinburgh, 28 Jun. 1494] :—TEST. *ut in carta* 2217. xiii. 128.

2222. Apud Edinburgh, 5 Jul.

REX confirmavit cartam Elizabeth Sibbald domine de Balgony,—[qua—cum consensu Roberti Lundi, sponsi sui,—pro quadam summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit ALEXANDRO SIBBALD, filio et heredi quondam Thome S., heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de le Manys de Care, tunc sibi in proprietate pertinen., vic. Kincardin in Merenys :—REDDEND. annuatim dicte Eliz. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Alex. Seytoun de Prebroith, Joh. Dempstar de Uchterles, Dav. Kynnere de eodem, Joh. Multrare, et Wil. Kirkcaldy; —cum sigillo dicti Rob. Lundi :—Apud burgum de Cupro, 2 Nov. 1491] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 133.

2223. Apud Kelso, 5 Sep.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis Lyoun, domini de Glammys,—[qua—pro salute animarum quondam D. Alex. Lyoun dom. de Glammys, et Agnetis Creichtoun, ejus sponse, &c.,—concessit uni capellano divina celebraturo ad altare S. Thome Martyris in ECCLESIA PAROCHIALI DE GLAMMYS ex parte australi ejusdem,—annuum redditum 12 merc. de terris de Newtoun, quibus deficientibus, de toto thanagio de Glammys, vic. Forfar; unacum crofta unius acre terre ex parte occidentali pomerii de Glammys, cum tofta ex parte occidentali ejusdem quam inhabitabat Robertus Masoun, unacum herbagiis duarum vaccarum cum earum sequelis etatis unius anni in villa de Kirktoun de Glammys et unius equi cum equis dicti Joh. pascen., et cum focalibus competentibus :—TENEND. in puram elemosinam :— TEST. Wil. Lyoun de Pettanys, Dav. Narne de Schauchfurd, Rob. Straquhin de Ballousse, D. Arch. Foulartoun capellano, Alex. Thorntoun et Joh. Pyot scutiferis :— Apud Edinburgh, 20 Oct. 1487] :—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum :—TEST. 32. 26. 84. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 205.

2224. Apud Elgin, 2 Nov.

REX concessit JOHANNI CALDOR, filio familiaris armigeri sui Willelmi, Thani de Caldor, et heredibus ejus quibuscunque,—terras thanagii de Caldor, terras baroniarum de Clunes et Boith, terras de Balmakaith, et medietatem ville de Rate, vic. Narne; ac etiam terras de le Moye, vic. Fores; terras de Dounmakglas, duabus le Kinkellis, Kindeis, Invermarky, Mulquhaich, et Drumworny, vic. Invernes; —quas dictus Wil. apud Striveling personaliter resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicti Wil. ac rationabili tertia ejus sponse, cum contigerit, excepta tertia 20 libratarum terrarum castri et terrarum dominicalium de Caldor, Auchindoun, Estirewin, Rureoch, et Auchynnyn :—TEST. 32. 84. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 142.

2225. Apud Edinburgh, 6 Dec.

REX confirmavit JOHANNI BALBIRNY de eodem, et MARJORIE FINLAW ejus sponse,—terras de Balbirny, vic. Fiffe ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus

deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2224. xiii. 145.

2226. Apud Edinburgh, 8 Dec.
REX confirmavit cartam Archibaldi Bawcanquell de eodem,—[qua—pro filiali dilectione, &c., et pro ejus benemeritis,—concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI BAWCANQUELL—terras de Bawcanquell, Carmore, Carrynane, et molendinum ejusdem, vic. Fiff:—TENEND. dicto Joh. et heredibus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Arch. libere reversuras, de rege: — REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Arch., ac rationabili tertia sponse sue cum contigerit:—TEST. Rob. Dowglas de Lochlevin, M. Dav. D., Tho. D., fratribus dicti Rob., Hen. Dempstratoun, D. Jac. Hill capellano et notario publico, et Hen. Elder:—Apud Bawcanquell, 12 Aug. 1494]:—TEST. *ut in carta* 2224. xiii. 144.

2227. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX confirmavit ALEXANDRO REDE de Petfodellis, et MARJORIE CULANE ejus sponse,—terras de Estir-Petfodellis, in baronia de Petfodellis, vic. Aberdene;—quas idem Alex. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2224.
xiii. 143.

2228. Apud Edinburgh, 27 Dec.
REX concessit familiari armigero suo, PATRICIO CRECHTOUN de Cranstoun-Riddale, et KATERINE TURING ejus sponse,—terras et baroniam de Owres, cum tenentibus, &c., molendinis, sequelis, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Kincardin;— quas Laurentius dom. Oliphant resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Kat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque:—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 40. 38. 36.
xiii. 148.

2229. Apud Glasgw, 6 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri Lyndesay de Dunrod,—[qua concessit filio suo carnali ALEXANDRO LINDESAY de Corsbaskat, heredibus ejus et assignatis,—pro filiali dilectione et pro ejus benemeritis,—terras de Carnduf, Flakfeildis-Estir, Flakfeildis-Westir, et Blakburn, extenden. annuatim ad 10 merc. terrarum antiqui extentus, in baronia sive dominio de Kilbride, vic. Lanark:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. Jac. Hammiltoun de Schawfeld, Joh. Hammiltoun de Lethame, Rob. Hammiltoun filio et apparente herede Jacobi H. de Torrens, D. Geo. Colwyn, D. Jac. Rais et D. Rob. Walch, capellanis collegii de Hammiltoun, Joh. Lindesay in Lethrig, Jac. Hammiltoun filio dicti Jac. H. de Schawfeld, Michaele Hammiltoun, et Alex. Lindesay filio Dav. L. de Thorntoun:—Apud manerium de Kilbryd, 3 Jan. 1494]:—TEST. 39. 32. 26. 84. 7. 14. 33. 37. 40. 38. 36. xiii. 146.

2230. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Alexandri comitis de Menteth,—[qua concessit patruo suo WALTERO GRAHAME—18 merc. 6 sol. 8 den. terrarum de Kilbryd, viz., 4 merc. in le Manis, et terras illas quas occupabant Tho. Henrici, Gilb. Henrici, Joh. Bankis, Joh. Muschet, Joh. Wyndis, And. Clerk, Donaldus Clerk, Joh. Aneris, Joh. Danskin, Criste Aneris Makglas vidua, et Joh. Broun, in comitatu de Strathern, vic. Perth; necnon 20 sol. annui redditus de terris de le Port, in comitatu de Menteth, vic. Perth, dicto Walt. annuatim persolvend.;—ex et pro eo quod dictus Walt. terras quas tenuit de dicto comite, viz., lacum de Lochtoun cum insulis ejusdem, dimedietatem terrarum de Glaskailyhe, terras de Calgart, Saunoch, Inchre, le Miltoun de Abirfull, Kirktoun de Abirfull, Bofressely, Boninty, Downane,

Balech, Gartlonanbeg, Garncarn, Garhat, et Craynsbeg, in comitatu de Menteith, vic. Perth, in manibus dicti comitis dimisit:—Tenend. dicto Walt. et heredibus masc. ejus de corpore procreatis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus suis quibuscunque:—Reddend. unum denarium nomine albe firme:—Test. Jac. episc. Dunblanen., M. Joh. Drummond decano Dunblanen., M. Wil. Forbes officiali Dunblanen., Geo. Grahame de Calendare, Macolmo Drummond et Geo. Sinclare:—Apud Dunblane,— cum subscriptione manuali dicti com.,—20 Jan. 1494]:—Test. *ut in carta* 2229. xiii. 147.

2231. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX—tanquam dominus superior—concessit familiari militi suo ANDREE WOD de Largo, heredibus ejus et assignatis,—terras de Northir-Fawfeldis, extenden. annuatim ad 8 merc., vic. Fyff (excepta decima sexta parte earundem); — prius Arthuro Forbes de Reres pertinen., et appreciatas et ei venditas per M. Wil. Scot de Flawcrag armigerum, vicecomitem in hac parte, pro 100 lib. de resta majoris summe in qua dictus Arthurus tanquam plegius pro seipso et pro certis aliis personis in itinere justiciarie ultimo tento apud burgum de Perth pro non comparitione adjudicatus fuit: — Insuper voluit rex quod dictus Arthurus et heredes ejus haberent plenum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dictam summam 100 lib. cum expensis, infra septennium:—Test. 39. 32. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 221.

2232. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX ad manum mortuam concessit ECCLESIE CATHEDRALI ORCHADENSI, et Andree episcopo dicte ecclesie et ejus successoribus,—pro favore et amore, &c., et pro ejus servitiis, &c.,—insulam et terras de Borroray, in dominio Orchadie;—ac etiam univit et creavit easdem insulam et terras in proprietate et regalitate terris, &c., dicte ecclesie spectantibus, in libera regalitate pro perpetuo:—Tenend. in proprietate et regalitate ac in puram elemosinam;—non obstante assedatione per regem de omnibus terris et dominiis Orchadie et Zetlandie Henrico domino Sinclare prius facta, quamquidem quoad prefatas insulam et terras revocavit: — Celebrand. certas missas et divina obsequia:—Test. 39. 32. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 152.

2233. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Archibaldi Naper de Merchamestoun,—[qua—cum consensu matris sue Elizabeth Menteith domine de Rusky,—pro salute animarum quondam D. Alex. Naper de Merchamestoun militis, avi sui, Elizabeth Lauder sponse dicti D. Alex., avie sue, Joh. N. de M. patris sui, et dicte Eliz. Menteith sponse dicti Joh., ac Katerine Dowglas sponse sue, &c.,—concessit uni capellano et ejus successoribus divina celebraturis ad altare S. Salvatoris in ECCLESIA COLLEGIATA BEATI EGIDII DE EDINBURGH ex parte boreali ejusdem,— annuum redditum 20 merc. de tenemento suo in dicto burgo ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram Jacobi Turing, et terram Wil. Dunsiar, et communem viam regiam et pavimentum ecclesie S. Trinitatis:—Tenend. in puram elemosinam: — Test. Joh. Levingtoun ballivo, Hen. Prestoun, Walt. Blaklok, Jac. Cliddisdale, Joh. Patonsoun, Tho. Merschell, Alex. Naper, And. Naper, et Joh. Farnlie serjando:—Apud Edinburgh, 9 Nov. 1493]:—Salvis regi orationum suffragiis devotarum:—Test. 39. 32. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36. xiii. 270.

2234. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX concessit ELIZABETH MENTEITH de Rusky, et ARCHIBALDO NAPER de Merchamestoun ejus filio et heredi apparenti,—terras de Ovir et Nethir Merchamstoun, cum turre et manerie earundem, vic. Edinburgh; ac terras nuncupatas le Pultirlandis, et officium Pultrie cum pertinentiis et sequelis eidem debitis et consuetis, in et prope villam de Dene, vic. Linlithqw (Edinburgh);—quas idem Arch. personaliter resignavit:—Tenend. dicte Eliz. in vitali

redditu pro toto tempore ejus vite et dicto Arch. et heredibus ejus in feodo :—REDDEND. annuatim unum denarium argenti pro dictis terris de Merchamestoun ad festum S. Joh. Bapt., nuncupatum *Midsomer*, nomine albe firme ;—et SOLVEND. annuatim capellano altaris S. Katerine virginis in ecclesia collegiata Beati Egidii de Edinburgh, 20 mercas ;—et FACIEND. regi pro le Pultirlandis et officio Pultrie servitia debita et consueta :—TEST. *ut in carta* 2233. xiii. 271.

2235. Apud Edinburgh, 22 Feb.

REX concessit ARCHIBALDO NAPER de Merchamestoun et heredibus ejus,—terras et molendinum de Gartnes, terras de Dalnare, Blareoure, Gartharne, duas le Bollatis, Douchlas, Badwow, Edinballe, Ballacharne, et Thomdaroch, cum forestis et silvis earundem, unacum piscationibus aquarum de Anerik et Altquhore ad prefatas terras spectantibus, in comitatu de Levenax, vic. Striveling ; ac etiam quartam partem piscationis de Lochlowmond, vic. Striveling et Dumbertane, excepta piscatione de Lowchmouth de Lochlowmond ; ac etiam medietatem terrarum de Ardewnan, cum jure patronatus ecclesie earundem, cum molendino, tenentibus, &c., earundem, cum piscatione de Lochtay, in dominio de Dischere et Toyer, vic. Perth; extenden. in integro ad 47 lib. 6 sol. 8 den. annuatim ; — quequidem terre &c., infra vic. Striveling et Dunbertane fuerunt Elizabeth Menteith de Rusky, matris dicti Arch., et per brevia regie capelle partitionis ipsi Eliz. tanquam uni heredum dicti comitatus de Levenax pro una quarta parte proprietatis ejusdem divise et assignate fuerunt ; et que terre de Ardewnane, &c., fuerunt hereditarie dicte Eliz.; et quas eadem Eliz. personaliter resignavit :—RESERVATO libero tenemento dicte Eliz. :—TEST. *ut in carta* 2233. xiii. 272.

2236. Apud Glasgw, 2 Mar.

REX confirmavit cartam Dungalli Maklellane alias Dungalsoun,—[qua concessit GEORGIO GORDOUN, fratri germano Johannis G. de Lochinver,—pro auxilio, consilio, &c.,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Trochane, unam mercatam ant. ext. de Barvorenvye, et unam merc. ant. ext. de Crag, in comitatu de Drumfreis, senesc. Kirkcudbrycht, et dom. de Galwidia :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Geo. quibuscunque, de rege :—TEST. D. Dav. Rede notario publico, Pat. Lacok, presbyteris, Wil. Colvile, Dav. Colvile, et Tho. Symontoun :—Apud civitatem Glasguen., 1 Mar. 1494] :—TEST. *ut in carta* 2232. xiii. 153.

2237. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris servitoris sui Walteri Bertreme, prepositi ville de Edinburgh ac burgensis ejusdem,—[qua—pro salute animarum regis, &c., et quondam D. Wil. Bertreme vicarii de Swyntoun, avunculi sui, et Elizabeth Cant sponse sue, &c.—concessit ad sustentationem unius capellani secularis divina celebraturi ad altare S. Clementis in ECCLESIA FRATRUM MINORUM DE HADINGTOUN, ac pro sustentatione ornamentorum dicti altaris necessariorum, &c.,— annuum redditum 5 lib. de tenemento dicti Walt. in villa de Leythe, ex parte australi aque ejusdem, in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh ; ann. redd. 5 lib. de alio tenemento suo in dicta villa ; ann. redd. 26 sol. 8 den. de tenemento Joh. Thomsoun in villa de Hadingtoun, in via vulgariter nuncupata *le Hardgate ;* ann. redd. 6 sol. de tenemento Wil. Cok in dicta villa, in via vulgariter vocata *le Powdrate* :—TENEND. in puram elemosinam :—TEST. And. Bertrem, Stephano Borthuik, Rob. Bonkill, ballivis burgi de Edinburgh, Joh. Wilyamesone thesaurario, Joh. Fowlar decano gilde, Dav. Crawfurd, Joh. Boncle, Geo. Towris, Joh. Levingtoun, consulibus dicti burgi, Jac. Carnis serjando, Alex. Gray communi clerico, et Hen. Strathachin, notariis publicis : — cum sigillo burgi de Edinburgh :— Apud Edinburgh, 4

Feb. 1494]:—Test. 39. 32. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 190.[1]

2238. Apud Edinburgh, 14 Mar.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam ejusdem Walteri Bertrem,—[qua —pro salute anime Elizabeth Cant sponse sue, &c.,—concessit ad sustentationem unius capellani divina celebraturi ad altare S. Laurentii et S. Francisci in ECCLESIA COLLEGIATA BEATI EGIDII DE EDINBURGH, — annuum redditum 6 merc. de tenemento Walteri Bynnyng in burgo de Edinburgh, ex parte australi vici regii ejusdem; ann. redd. 40 sol. de terra dicti Walt. Bertrem in vico canonicorum ex parte boreali ejusdem; ann. redd. 30 sol. de terra quondam Roberti Lindesay in villa de Leyth ex parte australi aque ejusdem, in baronia de Lestalrig, vic. Edinburgh; ann. redd. 50 sol. de terra quondam Hugonis Bar, in dicta villa; ann. redd. 5 merc. de duobus tenementis ac de fundo eorundem quondam Wil. Towris de Barnetoun, contigue jacen., in burgo de Edinburgh, ex parte australi vici regii ejusdem; ann. redd. 23 sol. 4 den. de terra quondam Tho. Butler in dicto vico; ann. redd. 16 sol. de terra quondam Joh. Tavernar, in dicto vico; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terra quondam Tho. Prestoun in dicto vico; ann. redd. 27 sol. 4 den. de terra dicti Walt. Bertrem in villa de Leyth, ex parte australi aque ejusdem :—Tenend. in puram elemosinam et ad manum mortuam :—Celebrand. dictus capellanus in die obitus dicti Walt. anniversarium per se et alios 16 capellanos chori, quorum cuilibet dedit 12 den. de predictis annuis redditibus, ac etiam 21 capellanis aliis missam eadem die celebrantibus extra chorum privato modo, cuilibet eorum 6 den.; ordinavit etiam 6 sol. pro 4 cereis cere ponderantibus 2 lib., scil., duobus illuminatis super altare et aliis duobus super sepulturam in exequiis; etiam sacriste vel clerico pulsanti campanas 30 den. de dictis annuis redditibus; et campanario pulsanti per villam cum campanis manualibus 4 den.; dedit etiam 4 juvenibus chori cantantibus versiculos, cuilibet eorum 3 den.; et clerico custodienti crucem et candelabra ac ornanti sepulturam 6 den. :—Voluit etiam quod dictus capellanus distribueret 50 portiones pauperum in cibo et potu singulis annis in elemosinam pauperibus in die obitus dicti Walt., et quod quelibet portio haberet 3 den. in pane, 3 in cervisia et 4 in carnibus, piscibus, caseo, vel butyro prout tempus exigeret ad comedendum; quarum portionum 8 dande erant Fratribus Observantie de Edinburgh, 3 portiones leprosis, et 3 domui hospitali in venella S. Marie, cetere autem portiones pauperibus illis in quibus senectus, pauperies et debilitas respective magis occurrerent, &c.; pro quo servitio dedit dicto capellano 41 sol. 8 den.; dedit etiam decano ad visitandum, &c., 18 den., de dictis ann. redd., &c. :—Test. *ut in carta precedente* 2237 :— cum communi sigillo burgi de Edinburgh :—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1494]:—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. *ut in carta* 2237. xiii. 191.[2]

2239. Apud Lanark, 18 Mar.

REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Johannis comitis de Levenax, domini Dernlie,—[qua concessit filio suo JOHANNI STEWART, et MARIOTE SIMPLE ejus sponse, pro benemeritis, &c., —dimedietatem orientalem terrarum de Henristoun, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem :—Tenend. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta

[1] The following names of adjoining proprietors are mentioned in this charter,—in Leith, umquhile Allan Naper, umq. Joh. Lambe, umq. Barthol. Cramby, Abbey of Melros :—in Hadingtoun, umq. Joh. Mudy, Joh. Fary, umq. Rob. Louransoun, umq. Hugh Robynsoun, umq. Adam Spens.

[2] The following names of proprietors of adjacent properties occur in this charter;—umquhile Tho. Aldhoch, Alison of Cristiswell, Joh. Broustare, umq. Pat. Logane of Cotefeild, Rob. of Bertoun, umq. Walt. Spens, umq. Alex. Napare of Merchamestoun knight, umq. Joh. Swyft, umq. Ric. Lambe, Adam Halkarstoun, umq. Wil. Napare, Hen. Cant, umq. Jas. Fyngud, umq. Joh. Bertoun, umq. Joh. Yong, umq. Duncan Ruch, Hugh Bar, Joh. Pilgrame.

infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus suis reversuras : — REDDEND. dicto comiti unum denarium nomine albe firme :—TEST. Geo. Maxwell de Carncelloch, M. Joh. Stewart rectore de Kyrkkynner, Joh. Maxwel de Nether-Pollok, Joh. Maxwell filio et herede apparente dicti Joh. M., Joh. Paris, et Jac. Bell :—Apud Crukistoun, 15 Jul. 1486] : —TEST. 39. 32. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 214.

2240. Apud Air, 24 Mar.

REX confirmavit cartam quondam Alexandri Ramsay domini de Dalwolsy,—[qua confirmavit consang. suo quondam ROBERTO RAMSAY de Edmerisden, heredibus ejus et assignatis, pro consilio, &c.,—terras de Cokpen, in baronia de Dalwolsy, vic. Edinburgh ;—quas idem Rob. personaliter resignavit :—REDDEND. dicto Alex. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Rob. Ramsay de Sewennisdene, D. Dav. Ramsay rectore de Fouldene, Geo. Ramsay de Halhous, avunculis dicti Alex., Arch. Dowglace, Rob. Nesbit, Joh. Ramsay, D. Rob. Ramsay, et D. Wil. Haldastoun :—Apud Dalwolsy, 18 Maii 1481] :—Insuper, licet dicte terre per servitium warde et relevii fuerunt tente, rex, pro singulari favore quem gessit erga familiarem armigerum suum ALEX. RAMSAY filium et heredem dicti Rob., ac pro ejus fideli servitio, &c., concessit dicto Alex. et heredibus ejus quod quotienscunque dictam baroniam de Dalwolsy in manus regis ratione warde et relevii devenire contingeret, prefate terre de Cokpen libere et quiete dicto Alex. essent et heredibus ejus de omni warda et relevio earundem, &c. :—TEST. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36.

xiii. 233.

ANNO DOMINI 1495. ANNO REGNI 7.

2241. Apud Edinburgh, 10 Apr.

REX confirmavit cartam avunculi sui Jacobi comitis Buchanie, domini de Uchtirhous, ac baronie de Kinedward,—[qua concessit consang. suo ROBERTO STEWART — tres partes terrarum de Casteltoun, in baronia de Kinedward, vic. Abirdene,—pro ejus servitiis, et custodia et conservatione castri de Kinedward :—TENEND. dicto Rob., et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus suis legitimis propinquioribus quibuscunque iterum reversuras : — RESERVATIS dicto comiti et heredibus suis baronibus de Kinedward monte castri cum castro ejusdem ac *le Herberrhalch*, et tribus acris terrarum ad sustentationem unius serjandi dicte baronie :—TEST. And. episc. Moravien., Pat. Stewart de Latheris, Joh. Gordoune de Lunger, Wil. Cauldenhed, Quintino Schewill, et Joh. Willelmi, scutiferis, D. Alex. Johnestoun, et D. Joh. Gilgour, presbyteris: —Apud Banff, 7 Mar. 1494] :—TEST. 39. 32. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 149.

2242. Apud Edinburgh, 11 Apr.

REX confirmavit cartam Petri Petblado de eodem,—[qua confirmavit THOME GRUNDISTOUN de Kyngask, et ISSOBELLE SETOUN ejus sponse,—terras de Kyngask, in dominio de Petblado, vic. Fyffe ;—quas idem Tho. in manibus dicti Petri resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Isob. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Tho. quibuscunque, a dicto Petro de rege : —TEST. Magistris Dav. Setoun rectore de Fethircarne, Gilberto Strathauchin, Joh. Setoun de Lothrisk, Pat. Bigholme, et Laurentio Scot :—Apud Edinburgh, 11 Apr. 1495] :—TEST. *ut in carta* 2241.

xiii. 150.

2243. Apud Edinburgh, 11 Apr.

REX concessit JOHANNI SETOUN, filio Johannis S. et Jonete Louthreisk, et heredibus ejus,—terras de occidentali Louthreisk, Cuthland, et Dernok, terras de Orky, cum molendino earundem, nec-

non quartam partem terrarum de orientali Louthreisk, vic. Fiff;—quas dicta Joneta personaliter resignavit :—Reservato libero tenemento dicte Jonete et Joh. S. ejus sponso :—Test. *ut in carta* 2241.
xiii. 151.

2244. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX, ex speciali favore, &c., concessit servitori suo ALEXANDRO IRWIN de Drum, heredibus ejus et assignatis,—terras de Tarlane, vic. Aberdene;—quas Joh. Ruthirfurd de Terlane resignavit :—Test. *ut in carta* 2232. xiii. 154.

2245. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX confirmavit familiari servitori suo WALTERO BERTRAHAME burgensi de Edinburgh, et ELIZABETH (CANT) ejus sponse,—terras et tenementa infra dictum burgum de Edinburgh ex parte australi vici regii ejusdem, inter terras Walteri Bynnyng ex parte orientali, terras quondam Tho. Butlare et *Nudriswynd* ex parte occidentali, terras Francisci Inchcok ex parte australi, et vicum regium ex parte boreali; necnon mansionem et locum habitationis dicti Walt., ex parte occidentali de *le Nudriswynde*, inter terras Joh. Napar, Ade Halkerstoun et Joh. Wrycht ex parte boreali, et terras Tho. Levingtoun, Rob. Ramsay et Joh. Napar ex parte australi, et terras quondam Rob. Lawder, Tho. Steill et Pat. Stallis ex parte occidentali;—quas dicti Walt. et Eliz. resignaverunt :—Tenend. dictis Walt. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Walt. de corpore legitime procreatis, quibus def., And. Bertrahame fratri dicti Walt. et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2232. xiii. 155.

2246. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX confirmavit servitori suo familiari WALTERO BERTRAHAME burgensi de Edinburgh, et ELIZABETH (CANT) ejus sponse,—terras de Normangill, Southwod, et Regalegill, in dominio de Craufurde-Lindesay, vic. Lanark;—quas dicti Walt. et Eliz. resignaverunt :—Tenend. *ut in carta* 2245 :—Test. *ut in carta* 2232.
xiii. 156.

2247. Apud Striveling, 23 Apr.
REX concessit ROBERTO STEWART filio Roberti S. in Abirnethy, et heredibus ejus,—terras de Clauvalg, Contradoun, et Ethirurchill, vic. Invernes et Narne;—quas dictus Rob. senior resignavit :—Reservato libero tenemento dicto Rob. seniori :—Test. *ut in carta* 2232.
xiii. 158.

2248. Apud Striveling, 24 Apr.
REX confirmavit cartam Thome Ros (olim) de Montgrenane,—[qua concessit JOHANNI DOMINO SIMPLE, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Montgrenane, cum turre ac fortalicio et molendino earundem, in dominio de Cunynghaim, vic. Air :—Tenend. de rege tanquam senescallo Scotie :—Test. Hen. Craufurd, Joh. Simpil, M. Tho. Forsith, D. Tho. Forsith, M. Joh. Thorntoun notario publico :—Apud Glasgw, 12 Mar. 1494] :—Test. 39. 32. 42. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36. xiii. 164.

2249. Apud Striveling, 27 Apr.
REX confirmavit familiari armigero suo JACOBO EDMONSTOUN fratri germano Archibaldi E. de Duntreith, et ELENE MURRAY sponse dicti Jac.,—terras et baroniam de Buchquhadrok, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Striveling;—quas eadem Elena resignavit :—Tenend. dictis Jac. et Elene et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2266. xiii. 181.

2250. Apud Glasgw, 2 Maii.
REX concessit ARTHURO STEWART, et heredibus ejus,—terras dimedietatis de Culbeg, et Culmore, vic. Striveling;—quas Agnes Ker mater dicti Arthuri apud Dunbertane resignavit :—Reservato libero tenemento dicte Agneti et Joh. Stewart

ejus sponso pro toto tempore vite eorundem :—TEST. *ut in carta* 2232.

xiii. 157.

2251. Apud Dunbertane, 5 Maii.

REX concessit familiari armigero suo ARCHIBALDO EDMONSTOUN de Duntreith, et heredibus ejus,—terras de Arbeich, Lorne, et Dery, infra senesc. de Straithern, vic. Perth ;—quas Alex. Derynach personaliter resignavit :—TEST. *ut in carta* 2266. xiii. 182.

2252. Apud Newerk-Finlaustoun, 6 Maii.

REX concessit ROBERTO LILE filio et heredi apparenti consiliarii sui Rob. dom. Lile,—capitale messuagium et maneriem baronie de Lile, et 10 libratas terrarum dominicalium, viz., le Ovir-Manys, le Nethir-Manys, le Myltoun cum molendino earundem, le Haltoun-rig, et Colruth, dictis messuagio et baronie de Lile adjacentes ; terras de Duchale, Buchan, terras baronie de Lundy, (exceptis terris de Kingelaw et jure patronatus ecclesie parochialis de Lundy et spatio 5 pedum terrarum circa cimiterium dicte ecclesie proxime adjacentium, sed ante pomarium spatio tantum 2 pedum, Andree domino Gray per regem reservatis) ; ac etiam terras de Dunnerbok et Auchintuerly, cum molendino et piscaria earundem, terras de le Schelis cum molendino earundem, in dominio de Kilbryd, vic. Lanark ; —quarumquidem terrarum de le Schelis superioritas in manibus regis per Adam Douglas de Brouncastell resignata fuit ;—terras de le Mylhill et Byreflat cum molendino earundem, in baronia de Forgund, vic. Perth ; et 5 lib. annui redditus terrarum de Kinpount, vic. Linlithqw ;—quequidem terre de Duchil, Buchan, Lundy, Dunnerbok et Auchintuerly cum molendino, &c., cum dicto annuo redditu, per Jac. II. regem talliate, unite et incorporate fuerunt in una libera baronia de Lile ; quodque capitale messuagium baronie de Lile et alie terre supradicte dicto Rob. dom. Lile seniori per cartam dicti Jac. II. talliate extiterunt ;—quamquidem cartam et talliam rex ratificavit et confirmavit ;—et quas terras de Schelis, Mylhill et Byreflait, cum tenentibus, &c., omnium predictarum terrarum et baroniarum, univit et incorporavit dicte baronie de Lile, vic. Renfrew ;—quas omnes dictus Rob. dom. L. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Geo. Lile fratri dicti Rob. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Nicholao L., fratri ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni L. fratri ejusdem et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni Stewart de Ardgowane et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), arma et cognomen de Lile acceptantibus et gerentibus, quibus def., Petro Houstoun et heredibus ejus masculis inter ipsum et sponsam ejus Mariotam Lile filiam dicti Rob. dom. L. legitime procreatis, quibus def., Jac. Galbraith et heredibus, &c. (*ut supra*) ; proviso tamen quod omnes predicte persone ad predictas terras, &c., succedentes arma et cognomen de Lile acciperent et gererent ; quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Rob. dom. L. quibuscunque, arma capitalia et cognomen de Lile acceptantibus et gerentibus, de rege tanquam senescallo Scotie : — RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. dom. L., et rationabili tertia Margrete Houstoun ejus sponse cum contigerit :—TEST. *ut in carta* 2257. xiii. 204.

2253. Apud Castrum de Meware in Ardmurquhane, 18 Maii.

REX concessit JOHANNI STRIVELING, filio et heredi apparenti Willelmi S. de Kere militis, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Kere cum annexis et dependentiis earundem, unacum tenentibus, &c., earundem, vic. Perth ;—quas dictus Wil. S. senior personaliter resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil. seniori, ac rationabili tertia Margarete Creichtoun ejus sponse cum contigerit:—TEST. *ut in carta* 2266. xiii. 179.

2254. Apud Glasgow, 18 Maii.

REX confirmavit cartam Andree Makdowell de Makerstoun, ac domini baronie de Yethame,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit PATRICIO COMITI DE BOITHUIL,

domino Halis, &c., heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Yethame, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione ecclesie ejusdem, vic. Roxburgh :—TENEND. a dicto And. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. D. Wil. Borthuik rectore de Quhitsum, Joh. Logane, Jac. Congiltoun, Cuthberto Diksoun, et M. And. Cadiou :—Apud Edinburgh, 1 Maii 1494] :—TEST. 39. 32. 84. 20. 40. 37. 38. 36. xiii. 339.

2255. Apud Glasgow, 18 Maii.

REX confirmavit cartam Johannis Scot de Weltoun,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit PATRICIO COMITI DE BOITHUIL domino Halys, heredibus ejus et assignatis, —terras baronie de Weltoune, cum tenentibus, &c., unacum jure patronatus et advocatione ecclesie de Weltoune, vic. Roxburgh : —TENEND. a dicto Joh. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. D. Tho. Turnbull milite, And. Makdowell de Makerstoun, D. Wil. Borthuik rectore de Quhitsum, Joh. Logane, M. And. Cadiou notario publico :—Apud Creichtoun, 3 Maii 1494] :—TEST. *ut in carta* 2254. xiii. 340.

2256. Apud Dunbertane, 7 Jun.

REX—pro singulari favore, &c., —concessit familiari armigero suo et hostiario camere sue ANDREE WOD de Uvir-blaretoun, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—officium tronatoris burgi de Abirdene ;—quodquidem officium idem Andreas prius habuit in vitalem redditum :—TEST. *ut in carta* 2232. xiii. 159.

ANNO REGNI 8. ANNO DOMINI 1495.

2257. Apud Glasgw, 30 Jun.

REX confirmavit cartam Andree domini le Gray vicecomitis de Forfare, magistri hospitii sui,[1]—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit JACOBO SKRIMGEOUR, constabulario de Dunde,—tertiam partem terrarum de Dudep, in baronia de Dunde, vic. Forfare ;—quas idem Jac. in manus dicti And. apud Dunde personaliter resignavit : —TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis inter ipsum et Isabellam Gray ejus apparentem sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jac. cognomen Skrimgeour gaudentibus et arma gerentibus quibuscunque, de rege :—TEST. Wil. Monnorgund de eodem, D. Joh. Spanke rectore de Benvy, D. And. Gray capellano, Rob. Gray, Jac. Skrimgeour, Tho. Gray, et M. Dav. Crale notario publico :—cum subscriptione manuali dicti And. :—Apud Foulis, 27 Apr. 1495] :—NECNON aliam cartam dicti Andree,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit eidem Jacobo Skrimgeour,—illam custumam sibi hereditarie contingentem ex suo officio vicecomitatus de Forfar vulgariter nuncupatam *le colt* et *coltsilver* primarum nundinarum burgi de Dunde annuatim levandam ad festum Assumptionis B. V. M. vulgariter dict. *le Fyrstfaire* :—TENEND. dicto Jacobo et heredibus, &c. (*ut supra*) :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. et cum subscriptione (*ut supra*) :—Apud Foulis, 27 Apr. 1495] :—TEST. 39. 32. 42. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36. xiii. 201.

2258. Apud Glasgw, 1 Jul.

REX concessit familiari suo ALEXANDRO BROIS de Brigheame, militi,—terras et baroniam de Luchris-Monypenny, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Fiffe ; —quas Alex. dom. Monypenny resignavit : —TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Eduardo B. fratri ejus germano et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto B. de Stanehous filio fratris dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Luce B. fratri germano

[1] Archibald Earl of Ergile is also styled "magister hospitii" in the list of witnesses to this charter.

dicti Alex. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Roberto B. fratri germano ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Alex. cognomen et arma de Brois portantibus quibuscunque :—TEST. 39. 32. 42. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 160.

2259. Apud civitatem Glasguen., 1 Jul.

REX—pro gratuito servitio, &c.,—confirmavit BURGO DE IRWIN, ac ballivis et communitati ejusdem,—omnes donationes, libertates, privilegia, et immunitates quascunque per progenitores regis concessas;—ac insuper voluit quod quotienscunque burgenses seu inhabitantes dicti burgi ad itinera justiciarie apud burgum de Air indictari contingerent et arrestari, ipsi ad libertatem dicti burgi replegiarentur et redictarentur, et in eodem per assisam vicinorum suorum jura subirent :—TEST. 30. *et cet. ut in carta* 2223.

xiii. 206.

2260. Apud Glasgw, 2 Jul.

REX concessit ROBERTO DOWGLAS de Lochlevin, et heredibus ejus quibuscunque,—terras dimedietatis terrarum de Dalquheich, cum pendiculis, tenentibus, &c., earundem, vic. Kinros ;—quas Florentius Cokburn de Dalquheich resignavit :—TEST. *ut in carta* 2258.

xiii. 161.

2261. Apud Glasgw, 3 Jul.

REX, pro singulari favore, et pro ejus fideli servitio, concessit familiari suo compotorum rotulatori DUNCANO FORESTARE de Skipinche militi,—terras de Skipinche, cum castro, fortalicio, et loco earundem, extenden. ad 4 mercatas terrarum; terras de Lethourlee et Kilelee, extenden. ad 2 mercatas terrarum; Colintre, extenden. ad 2 merc.; le Altgallereas et Altwowar, extenden. ad 2 merc.; Glenskipinche, extenden. ad unam merc.; Glenrestill, extenden. ad 2 merc. ; Clyneagir, extenden. ad 4 merc.; Orgagir, extenden. ad 4 merc. ; Stronrestill, extenden. ad unam merc.; Garworle, extenden. ad unam merc.; Laganrowok, extenden. ad unam merc.; et Allemor, extenden. ad 12 merc. ; que omnes extendunt ad 36 merc., in dominio de Knapdale, vic. Terbart ;—et quas rex in unam liberam baroniam de Skipinche univit et incorporavit :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 2248.

xiii. 168.

2262. Apud Glasgw, 8 Jul.

REX, tanquam senescallus Scotie, concessit ALANO STEWART de Cardonald, et heredibus ejus,—terras de Montgrenane, cum turre, fortalicio, et molendino earundem, in dominio de Cunynghame, vic. Aire; —quas Joh. dom. Sympill personaliter resignavit :—TEST. *ut in carta* 2248.

xiii. 165.

2263. Apud Glasgw, 8 Jul.

REX, tanquam senescallus Scotie, concessit JOHANNI MAXWELL de Nethirpollok, et heredibus ejus,—terras occidentalis dimedietatis terrarum de Henristoun, vic. Renfrew ;—quas Joh. comes de Levenax, dom. Dernle resignavit :—TEST. *ut in carta* 2248.

xiii. 166.

2264. Apud civitatem Glasguen., 13 Jul.

REX confirmavit cartam proavi sui Jacobi I. regis,—[qua confirmavit quatuor cartas factas per Donaldum de Ile, quondam dom. Insularum, predecessoribus Hectoris Makgilleone de Doward, viz.,—[1] (qua dict. D. concessit nepoti suo HECTORI MAKGILLEONE, domino de Doward, constabulario castri de Karnaborg, et heredibus ejus masculis ejusdem castri constabulariis, —terras 6 marcarum de Tyrvughafeal in insula Cola, — loco victualium, farrine et casei, ab incolis de Tyriage ad custodiam dicti castri constabulario prius annuatim dari consueti : — TEST. Michaele episc. Sodoren. in sacra theologia doctore, M. Malcolmo et M. Nigello rectoribus ecclesiarum S. Columbe de Moyle et de Keneavadean bachallariis in decretis, Lachlanno Makfingane, et Roderico Maknele :—Apud castrum de Ardthoranis, in festo Omnium Sanctorum [1 Nov.] 1409) :—[2] (qua concessit carissimo suo alumno et fidelissimo familiari LOCHLANNO MAKGILLEONE "conservatori presentium," et

heredibus ejus,—terras infrascriptas, necnon custodiam et constabulariam castrorum infrascriptorum, viz., castrum de Doward, cum unciata terra de Torosay, et duabus denariatis terre de Glenkener, et 12 den. cum 3 quadrantibus terrarum de Broglos, ac magnum denariatum terre de Burg, 6 denar. terre cum dimedia in Ardineaganach, Akeawtegan usque ad Ulwalch dictis Keltegan et Ulwalch inclusive in his computatis; dimediam constabulariam castrorum de Dunconail et Dunkerd, cum insulis, viz., Garbealeach, et duabus insulis de Garbealean et Scealda; et duabus denar. terre de Ardlarach in Luyng et denariat. terre de Moylbuyg in Scarba; et superiorem partem terre de Dura; et terras 12 merc. in Morwarn, viz. 6 den. de Achagnaha, et 5 den. de Achagranache, et 3 den. de Achagalain, et 3 den. de Ulgadall, et 2 den. de Dubgaere, et 2 den. cum dimedia Nasrone, et 2 den. cum dimedia de Achagtaeege M'Ruslang :— Insuper omnia jura, libertates, &c., dicto Lachlanno et ejus heredibus quoad redemptionem captivorum et ejus concilium et cetera alia per reverendum patrem suum concessa ratificavit :—Apud Ardthoranis, 12 Jul. 1390) : — [3] (qua concessit dicto Lachlanno Makgilleone et heredibus ejus, —constabulariam et custodiam castrorum de Kernaborg et Isleborg, unacum minutis Floda et Lunga, et 4 den. terre de Godmadray, et 4 den. de Tressones, denar. de Calwogray, den. de Aeneangboge, et obulat. de Bedich; necnon officium *Fragramannach*, et *Armannach*, in insula de Hy :—Apud Ardthoranis, 12 Jul. 1390) :—[4] (qua concessit dicto Lachlanno Makgilleone, et heredibus ejus,—officium ballivatus totarum terrarum de Tyriage cum terris infrascriptis, viz., unciata terre de Mannawallis, et dimedia unciata terre de Hindebollis; necnon officium senescallatus domus dicti Donaldi : — Apud Ardthoranis, 12 Jul. 1390) :—TEST. Joh. Forestarii camerario regis, Walt. de Ogilvy thesaurario, militibus, M. Wil. Foulis preposito de Bothuile sigilli regis privati custode :—Apud Perth, 30 Oct. ann. reg. 26 (1431)] :—TEST. 39. 32. 42. 26. 84. 20. 40. 37. 38. 36.

xiii. 300.

2265. Apud Glasgw, 15 Jul.

REX confirmavit cartam Johannis Maxwel de Nethirpollok,—[qua concessit JOHANNI DOMINO SIMPLE, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus consilio, &c.,—terras de Dikbar, Castelbar, et Mathoubar, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Joh. Simple, Niniano Merschel, Joh. Maxwel, Hugone Maxwel, et D. Jac. Knox capellano :— Apud manerium de Nethirpollok, 15 Jul. 1495] : —TEST. *ut in carta* 2248.

xiii. 167.

2266. Apud Striveling, 7 Aug.

REX confirmavit cartam David Rossy, filii et heredis apparentis David Rossy de eodem,—[qua, cum consensu Isabelle Lichtoun sponse sue, concessit filio suo et heredi apparenti DAVID ROSSY, et JONETE MAXWELL ejus sponse,—terras de Pettarrows, unacum quarta parte de le Manys de Rossy quam Wil. Fergy tunc occupabat, in baronia de Rossy, vic. Forfar ;—pro ejus servitiis, consiliis, &c.:— TENEND. dictis Dav. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus masculis dicti Dav., quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. patris propinquioribus quibuscunque, de rege : —REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. Walt. Lichtoune seniore dom. liberi tenementi de Wllishavin, Walt. Lichtoun juniore de Wllishavin, Joh. Rossy, Tho. Rossy, Walt. Rossy, Joh. Lichtoun, et M. Geo. Striveling de Breky notario publico :—Apud Rossy, 5 Maii 1495] :—TEST. 39. 32. 42. 84. 20. 40. 37. 36.

xiii. 176.

2267. Apud Striveling, 14 Aug.

REX confirmavit cartam Roberti Lundy de Benhame, filii legitimi et carnalis Joh. L. de eodem militis et Isabelle Forestare, ejus sponse,—[qua, cum consensu dictorum Joh. et Isab., vendidit et concessit ISABELLE ERSKIN filie carnali Johannis Erskin senioris de Dun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Tulloch de Benhame, in baronia de B., vic. Kincardine,—pro

certa summa pecunie persoluta:—Tenend. de rege: — Test. M. Rob. Erskin, W°. Dury, Alex. Erskin, And. Liddale, And. Mersare, Joh. Ayersoun, et D. W°. Clerk capellano notario publico:—Apud burgum de Montros, 22 Jul. 1495]:—Test. *ut in carta* 2266. xiii. 177.

2268.[1] Apud Striveling, 15 Aug.
REX dedit literam sub magno sigillo ALEXANDRO MAILVILL clavigero, et ejus assignatis pluribus aut uni, in feodo, ad vitam,—de terris occidentalis quarte partis terrarum dominicalium de Ballincreif, nuncupate le Spittalcrag, vic. Edinburgh infra constabulariam de Hadingtoun; — quas quondam Hector Meldrum claviger prius habuit;—cum potestate eidem Alex. et ejus assignatis dictas terras occupandi vel assedandi, &c. xiii. 169.

2269. Apud Striveling, 16 Aug.
REX confirmavit JOHANNI STROGEITH de eodem, et MARGRETE STEWART ejus sponse,—terras de le Bordland de Strogeith, extenden. ad 5 libratas terrarum antiqui extentus, in senescallatu de Strathern, vic. Perth;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—Tenend. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—Test. *ut in carta* 2266. xiii. 180.

2270. Apud Striveling, 18 Aug.
REX confirmavit cartam Donaldi Maklelane de Borownes,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit THOME MAKLELANE de Bondby, heredibus ejus et assignatis,—duas mercatas terrarum de Garcrego antiqui extentus, in dominio Galwidie et parochia de Balmaklelane: — Tenend. de rege: — Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme: —Test. Wil. Ynglisch, Joh. Maklelane, Tho. Maklelane, et Pat. Maklelane:—Apud Lochfergus, 17 Jun. 1495]:—Test. *ut in carta* 2317. xiii. 242.

2271. Apud Striveling, 22 Aug.
REX confirmavit NIGELLO STEWART de Forthirgill, et ELIZABETH STEWART ejus sponse,—terras de le Bordland de Forthirgill, terras de Tulichmulin, terras de Artraskat, Drummacharry, et Ewquhirblaris, in baronia de Forthirgill, vic. Perth;—quas idem Nigellus resignavit:—Tenend. dictis Nigello et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Nigelli quibuscunque:—Test. *ut in carta* 2266. xiii. 178.

2272. Apud Falkland, 29 Aug.
REX concessit JOHANNI MONCREIF, filio et heredi apparenti Johannis M. de eodem, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Moncreif, cum annexis, tenentibus, &c., vic. Perth;—quas dictus Joh. senior resignavit:—Reservato libero tenemento dicto Joh. seniori:— Test. *ut in carta* 2223. xiii. 207.

2273. Apud Falkland, 6 Sep.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam M. Willelmi Makgarve, vicarii de Pynnigahame, — [qua concessit uni capellano ad altare B. V. M. et S. Niniani per se in ECCLESIA PAROCHIALI S. MACHUTI IN BURGO DE WIGTOUN ex parte australi ejusdem construend., divina celebraturo—terram seu tenementum habitationis sue ex parte australi dicti burgi, inter tenementa Duncani Makee et Simonis Makcristin; et aliud tenementum suum ex parte boreali dicti burgi, inter tenementa quondam Gilberti Makconnyl et dicti Simonis; unam croftam ex parte australi dicti burgi inter terras Affrice filie Makdowel domine de Torhous; unam croftam ex parte boreali ejusdem burgi inter terras Gilberti Makcristyn et Simonis Makcristin; unam croftam ex parte boreali dicti burgi inter terras occupatas per Gilbertum Carpentarii, et terras occupatas per quondam Joh. Makdowel:—Tenend. in puram

[1] As a memorandum in Register.

elemosinam :—donatione vero dicte capellanie sibi pro tempore vite sue, et post suum decessum ad aldermannum, ballivos, &c., dicti burgi de Wigtoun spectatura :—TEST. Pat. Makgee de Camlodane, Uchtredo Makdowell de Mondork, Rankino Mure, et Normando Makculloch de Torhous, laicis, ac dominis Joh. Carpentarii, Pat. Sprot, et Joh. Makkillauche, capellanis et notariis publicis; —cum communi sigillo dicti burgi :—Apud Wigtoune, 8 Aug. 1495] :—TEST. *ut in carta* 2288, *cum* 36. xiii. 195.

2274. Apud Edinburgh, 16 Oct.
REX confirmavit cartam Patricii Crechtoun de Cranstoun-Riddail, domini baronie de Owres, et Katrine Turyng ejus sponse,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendiderunt et alienaverunt WILLELMO COMITI MARISCALLI et domino Keth, heredibus ejus et assignatis,—terras baronie de Owres, cum molendinis, tenentibus, &c., advocationibus, &c., vic. Kincardin :—TENEND. de rege: —TEST. Hugone Ros de Kilrawach, Wil. Mayne, And. Crechtoun, Alex. Wardroppar, Dav. Strethachin de Thorntoun, armigeris, D. Rob. Martyne vicario de Garivok, D. Wil. Lam, et D. Joh. Lam, capellanis ac notariis publicis :— Apud castrum de Edinburgh, 14 Oct. 1495] :—TEST. *ut in carta* 2276. xiii. 171.

2275. Apud Edinburgh, 18 Oct.
REX—quia per decretum certorum judicum arbitralium amicabilium Georgeus comes de Rothes summam 625 lib. 11 sol. 2 den. Patricio com. de Bothuile dom. Halys pro relevio terrarum dicti Geo. in warda tentarum, cum nonnullis tenandriis, solvere tenebatur ;—et dicto Geo. in bonis mobilibus distringibili non existente, vicecomes deputatus de Forfare duas partes terrarum baronie de Dunloppy ac molendinorum earundem, dicto Geo. pertinentes, appreciari fecit ; quas terras dictus Pat. pro dicta summa acquisivit ;—igitur concessit dicto PATRICIO COMITI DE BOTHUILE, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras: —et voluit quod dictus Geo. et heredes ejus haberent liberum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Pat., &c., dictam summam, infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2282. xiii. 184.

2276. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX confirmavit cartam D. Johannis Kynnabir vicarii de Cortoquhy ac portionarii de Glenquharite,—[qua concessit nepoti suo THOME KYNNABIR, heredibus ejus et assignatis,—terras de Estir Glenquharite, vic. Forfar :—TENEND. de rege :—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. D. Joh. Roberti capellano, Joh. Hay, Joh. Davidsoun, Pat. Liall, Rob. Seres notario publico :—Apud Dundee, 12 Oct. 1495] :—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 36. xiii. 170.

2277. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX confirmavit cartam Willelmi Sinclair, domini de Auchingibbart,—[qua concessit nepoti suo et heredi apparenti RICARDO SINCLARE, heredibus ejus et assignatis, —terras de Auchingibbart, vic. Wigtoun ; —pro singulari favore, &c. :—TENEND. de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., ac rationabili tertia Mergrete Gledstanys sponse sue, cum contigerit :—TEST. Hen. Neilsoun de Madynpaupe, Rob. Neilsone filio ejus et herede apparente, Joh. Durame notario publico, Karolo Campbell, Wil. Ahannay, et Joh. Oliphere :—Apud Drumfreis, 20 Jun. 1490]:—TEST. *ut in carta* 2276. xiii. 172.

2278. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REX confirmavit MICHAELI BALFOURE juniori de Montquhanny, et MARJORIE DURY, ejus sponse,—terras de Strathore, in baronia de Montquhanny, vic. Fiffe ;—quas idem Michael personaliter resignavit :—TENEND. dictis Mich. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Michaelis quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2223. xiii. 208.

2279. Apud Edinburgh, 21 Oct.
REX confirmavit cartam Patricii Ogilvy de Kilzhebroy,—[qua, cum consensu filii sui et

heredis apparentis Patricii O., pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO FORBES de Towiis, heredibus ejus et assignatis,—terras quarte partis terrarum de Uvir Towiis, Nethir Towiis, ac Culquhork, et molendinorum earundem, vic. Aberdene :—Tenend. a dicto Pat. de rege :—Reddend. unum denarium nomine albe firme :—Test. Joh. Ogilvy barone de Fingask, Alex. Irwin de Drum, Walt. Ogilvy de Boyne, Pat. Berclay de Garntuly, Dav. Ogilvy de Tolmad, Tho. Ogilvy milite, M. Geo. Strivelyn de Breky, Duncano Thomsoun de Auchinhamparis, Rob. Moncur, et D. Joh. Strivelin presbytero ac notario publico :—Apud Aberdene, 4 Apr. 1495] :—Test. *ut in carta* 2276.

xiii. 174.

2280. Apud Edinburgh, 21 Oct.

REX confirmavit cartam David Ogilvy, domini de Inchmertyne,—[qua,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit ANDREE CHARTERIS de Cuthilgurdy, heredibus ejus et assignatis, — terras de Forgundefny, in baronia ejusdem, vic. Perth :—Tenend. a dicto Dav. de rege :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :—Test. Tho. Blair de Balthyok, Jac. Ogilvy de Balgavy, Pat. Wellis, Jac. Cochrane, et D. And. Ranaldsone presbytero ac notario publico :—Apud Inchmertyn, 23 (*sic*) Oct. 1495] :—Test. *ut in carta* 2293.

xiii. 198.

2281. Apud Edinburgh, 24 Oct.

REX confirmavit cartam Celestini de Insulis domini de Lochalch,—[qua concessit consang. suo ALANO DONALDI DUFF, capitaneo de Clan Camroun,—constabulariam castri de Strome, et terras 12 merc. de Kysryner, in dominio et comitatu Rossie, vic. Invernes,—pro sustentatione ac fideli custodia dicti (castri) :—Tenend. dicto Alano Donaldi et heredibus ejus masculis inter ipsum et Mariotam Angusii de Insulis legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus aliis quibuscunque ipsius Alani, viz., masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., heredibus masculis Eugenii Donaldi prefati Alani fratris germani quondam legitime procreatis, et eorum heredibus masculis legitime procreatis :—Reddend. relevium dict. terrarum tantum : —Insuper voluit quod deficientibus dicto Alano, &c., dicte constabularia et terre sibi reverterentur : — Test. Lachlano juvene Makgilleoun magistro de Doward, Eugenio Donaldi Lachlani de Ardgoir, Hectore Torquelli Negelli constabulario castri Swyne, Donaldo Cristini Makduff, Jacobo de Weik rectore de Kilmure secretario dom. comitis Rossie domini et fratris dicti Celestini : — Apud Inverlocha, 29 Nov. 1472] :—Necnon cartam Alexandri de Insulis de Lochalch,—[qua, unacum consensu concilii sui, concessit consang. suo EUGENIO ALANI capitaneo de Clan Camroun, heredibus ejus et assignatis, — terras hereditarias 14 mercarum in dominio de Lochalch, viz. Achenadariache et Lunde, estimatas ad duas mercas ex antiqua consuetudine, Fairnamore ad duas merc., Culwoyr et Achemoir ad duas merc., Fayrinneagveg et Fudanamine et Acheache ad duas mercas, Achechoynleith et Brayeintraye ad duas mercas, Culthnok et Achenacloich et Blaregarwe et Acheae ad duas merc., Awnernis et Wochterory ad duas merc., in dominio de Lochalch ; ac etiam in Strome, Carranache 20 sol., Slomba 20 sol., quarterium de Doun ad 10 sol., Achinche cum tribus quarteriis ad 30 sol., in dominio Locharran, vic. Rossie :—Tenend. a dicto Alex. pro fideli servitio : —Test. Rodrico Alexandri M'Aleod, Colino Nigelli Gewa, Angusio Mertini, Duncano Mertini et Joh. Duff Duncani :—Apud Collensay, 29 Jul. 1492] :—Necnon aliam cartam dicti Alexandri de Insulis de Lochalch ac de Lochheil,—[qua concessit EUGENIO ALANI DONALDI, capitaneo de Clan Camroun, heredibus ejus et successoribus,—terras 30 merc. de Lochheil, viz. Cray, Salchan, Banwe, Corpoch, Kilmalyhe, Achedo, Anat, Aychetilay, Drumfermalach, Fanmoyrmell, Fassefarne, Corebeg, Owechane, Aychetioldown, Chanlaycheil, Kowilknap, Drumnasall, Clachak, et Clachfyne in Lochheil ; et terras unius marce de Gastormoir, terras 3 merc. de Clanyn, 3 merc. de Mescher-

leith, 3 merc. de Thomecarech, in dominio de Lochabria, vic. Invernes :—Test. Joh. Alani Donaldi, Alex. Hectoris, Martino Duncani, Angusio Duncani, et M. Alex. Auchinlek notario publico : — Apud Insulam de Hie, 26 Aug. 1492]:—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 37. 40. 36.

xiii. 203.

2282. Apud Edinburgh, 27 Oct.

REX concessit DAVID DUNBAR et heredibus ejus,—terras de Durris, Drumdurris, medietatem terrarum de Holme, Dalmegattye, Litilbellicharnok, et Teircherochane, vic. Invernes ; — quas Alex. Dunbar de Westfeild, miles, resignavit : —Test. 21. 32. 26. 42. 20. 37. 40. 36.

xiii. 183.

2283. Apud Edinburgh, 29 Oct.

REX confirmavit cartam Willelmi Martyne de Gibletstoun,—[qua,—pro filiali dilectione, &c., et pro ejus servitiis,—concessit filio suo ALEXANDRO MARTYNE, heredibus ejus et assignatis, — terras de Gibletstoun, vic. Fiffe :—Tenend. a dicto Wil. de rege :—Reservatis libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia sponse sue cum contigerit : — Test. Geo. Strang de Balgasky, M. Rob. Strang rectore de Dyngwell, D. Jac. Haldene capellano, Joh. Mortemare, notariis publicis, Wil. Banys, Wil. Symsoun, capellanis, And. Wardlawe, Wil. Ferry, Rob. Mychell, Walt. Stewart : —Apud Gibletstoun, 20 Oct. 1495] :— Test. *ut in carta* 2276. xiii. 175.

2284. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX confirmavit cartam Willelmi Chawmer de Drumlochy,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit STEPHANO DUDINGSTOUN de Sandfurd, heredibus ejus et assignatis,— terras suas de Sandfurd, extenden. ad sextam partem earundem, vic. Fiffe :—Tenend. a dicto Wil. de rege :—Test. Rob. Bruse de Bynnyng, Edwardo Bruse, Joh. Gourlay, Joh. Kervour, W^o^ Strang, Tho. Scowgale, et Jac. Yong notario publico :—Apud Sandfurd, 30 Oct. 1495] :—Test. *ut in carta* 2282. xiii. 185.

2285. Apud Edinburgh, 8 Nov.

REX confirmavit JOHANNI DOMINO LINDESAY DE BIRIS, et MARIOTE BAILYE ejus sponse,—terras et baroniam de Biris, cum turribus, fortaliciis et manerio earundem, cum molendinis dicte baronie ac eorundem multuris et sequelis, unacum tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, infra vic. Edinburgh, et constabulariam de Hadingtoun ; ac etiam terras de le Dene, cum molendinis, viz. *le Corne Myllis* et *le Walk Myllis* earundem, cum tenentibus, &c., earundem, in baronia de Abircorne, vic. Linlithqw ;—quas idem Joh. resignavit :—Tenend. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2237. xiii. 192.

2286. Apud Striveling, 10 Nov.

REX confirmavit cartam Johannis de Yle, comitis Rossie, et domini Insularum,—[qua, cum consensu concilii sui, concessit fratri suo HUGONI ALEXANDRI DE INSULIS, domino de Slete,—terras 30 mercarum de Skerehowg, 12 merc. de Beanbeacla, denariatum de Gergremynis, 60 merc. ex parte borientali de Wist, 2 denar. de Scolpic, 4 den. de Gremynis, 2 den. de Talawmartin, 6 den. de Orvinsaig, dimed. den. de Waynlis, et dimed. den. de insula Gillegerre, unacum terris 28 merc. de Slete, in dominio suo Insularum :—Tenend. dicto Hugoni et heredibus ejus masculis inter ipsum et Fynvolam Alexandri Johannis de Ardnamurchan legitime sive illegitime procreatis, ac ipsorum legitimis heredibus, quibus deficientibus, heredibus ejus masculis post mortem dicte Fynvole inter ipsum Hugonem et quamcunque aliam mulierem de consilio dicti Joh. necnon consiliis consanguineorum suorum (viz. Donaldi de Insulis dom. de Dunnowaig et de Glynnis, Celestini de Insulis de Lochalche, Lachlanni M'Gilleoin de Doward, et Alex. Johannis de Ardnamurchan), quibus deficientibus vel deficiente, tunc de consilio

ipsorum heredum vel heredis ipsius deficientis electam, de dicto Joh. :—Test. Donaldo de Insulis dom. de Dunnowaig et de Glynnis, Celestino de Insulis de Lochalch fratre dicti Joh., Lachlano M'Gilleoin dom. de Doward, Joh. M'Gilleoin de Lochboyg, Lachlano juvene M'Gilleoin Magistro de Doward, W^o^ M'Loyd de Glennelg, Rodrico M'Leoid de Leoghiis, Alex. Johannis de Ardnamurchan, Joh. Lachlani M'Gilleoin de Colla, et Tho. de Monro secretario dicti Joh. de Yle ac rectore de Kilmanawik :—Apud Aros, 28 Jun. 1409] :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40.

xiii. 186.

2287. Apud Striveling, 12 Nov.

REX confirmavit cartam quondam Alexandri de Yle, domini Insularum, et Magistri comitatus Rossie,—[qua concessit alumpno et armigero suo GILLEOWNAN RODRICI MURCHARDI MAKNEILL, "conservatori presentium," ac omnibus et singulis heredibus ejus masculis de legitimo thoro procreatis,—a dicto Alex., — terras totius insule de Barra,—pro ejus homagiis et servitiis, &c.:—Insuper concessit dicto Gill. et omnibus heredibus ejus masculis,—terras unciate de Baegastallis in Wist, in liberam et perpetuam hereditatem, viz. deficientibus vero ipso Gill. et ipsius legitimis heredibus de ejus corpore procreatis, tunc concessit dictas terras de Barra et Baegastallis diutius viventi de fratribus dicti Gill. inter predictum Rodricum Makneill et filiam Ferchardi Makgilleoin procreatis; et def. omnibus his fratribus, concessit dictas terras dicto Rodrico et ipsius omnibus heredibus, in feodo, &c., modo et forma quibus supra :—Test. D. Angusio episc. Sodoren., M. Nigello Celestini bacallario utriusque juris ac rectore de Killecoman, Lachlanno M'Gilleoin dom. de Doward, Joh. Murchardi Makgilleoin, Terleto Ferchardi Makgilleoin, Nigello Flemyn :—Apud Insulam S. Finlagani in Yle, in vigilia S. Joh. Bapt. 1427] :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40.

xiii. 188.

2288. Apud Strivelin, 20 Nov.

REX—quia Robertus dominus Crechtoun de Sanquhar per regem constitutus curator Herberti domini Herreis de Terreglis, regi in summa 424 merc. 3 sol. 4 den. de firmis et proficuis terrarum et dominii de Terreglis aliarumque terrarum dicti Herb. per dictum Rob. intromissis et detentis, per suas literas obligatorias tenebatur astrictus; —et quia pro dicte summe solutione direxit literas vicecomiti de Perth ad distringend. terras et bona dicti Rob. infra vic. de Perth ;—et dicto Rob. in bonis mobilibus distringibili non existente, idem vicecomes 21 mercatas terrarum de Hiltoun-Malare et Kirktoun-Malare, infra balliam suam, dicto Rob. pertinen. et de rege tentas in capite, appreciari fecit, et regi assignavit ;—igitur vendidit et assignavit easdem terras familiari suo DUNCANO FORESTARE de Skipinche militi compotorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis, pro eadem summa 424 merc. 3 sol. 4 den. :—Et voluit quod dictus Rob., &c., haberent plenum regressum ad dictas terras quandocunque persolverint dicto Duncano dictam summam infra septennium :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40.

xiii. 193.

2289. Apud Perth, 3 Dec.

REX confirmavit cartam Georgii comitis de Huntlie, ac domini de Baidyenach,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit consang. suo, familiari regis armigero, WALTERO OGILVY de Boyne, heredibus ejus et assignatis, — terras de Auchannochquhy, infra forestam de Boyne, vic. Banff, prout se extendebant ad torrentem et terras tunc aratas de Knokdurne ad occident., et terras tunc aratas de le Ordynis cum le Crukshaw ad orient., ac terras tunc aratas de Tullynaucht extenden. ad dictas terras de Knokdurne ad australem, et terras ac limites foreste de Boyne et thanagii ejusdem, viz. le Haghill extenden. ad *le common ford* vulgariter nominat., et intran. in torrente de Knokdurne inter limites dicte foreste et thanagii de Boyne, ad borialem partes, cum silvis et silvarum locis, et specialiter cum silva de Lethnot; necnon terras de Culfyne, cum silvis, &c., et specialiter cum silva de Killantaquhy cum le Rothin extenden. ad quan-

dam marram vulgariter dictam *le Blaklauch* et deinde ex parte altera ad quandam congeriem lapidum, vulgariter dictam *le Stewynnis Carne* super montem ex parte australi torrentis de Boyne et tunc nominat. de Culfyne, infra forestam de Boyne, vic. Banff;—cum potestate libere foreste, &c., et cum eschaetis tenentium et inhabitatorum dictarum terrarum, necnon cum potestate et libertate terras vastas et non prius aratas ex parte australi dicti torrentis de Boyne, &c., colendi;—quas idem Walt. personaliter resignavit:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Ric. Strathaquhyne priore de Monymosk, Pat. Berclay dom. de Grantuly, Jac. Abirnethy filio et apparente herede Geo. Abirnethy de Uggistoune, And. Hay, D. Pat. Grantuly rectore ecclesie de Glas, et D. Joh. Andree vicario ecclesie de Bocarne Moravien. dioces.: — Apud Huntlie, 12 Jan. 1492]:— TEST. *ut in carta* 2288, *cum* 38. xiii. 196.

2290. Apud Monasterium de Cupro, 6 Dec.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam David Ogilvy de Inchmartyn,—[qua—pro salute animarum Jacobi filii sui, &c.,—concessit capellano suo D. Johanni Symonis et successoribus ejus, capellanis in CAPELLA B. V. M. DE CARSGRANGE, in augmentationem servitii, &c.,—duas acras terrarum de le Langlangland de Inchmartyn, in baronia ejusdem, vic. Perth, juxta terras de le Carsgrange, quas duas acras Joh. Murdosoun et Tho. Hany habuerunt ad firmam:—TENEND. in puram elemosinam:—cum subscriptione dicti David manuali:—TEST. Jacobo Ogilvy filio dicti Dav., And. Parkar, Joh. Murdosoun, D. Dav. Parkar, et D. And. Cuke, presbyteris, Rob. Bardner, et D. Tho. Andree presbytero ac notario publico:—Apud Inchmartyn, 22 Nov. 1480]:—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 37. 40. 38. xiii. 417.

2291. Apud Dunde, 8 Dec.

REX confirmavit cartam Johannis Carncors de Balmyschennor,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO CARNCORS, et EGIDIE ejus sponse,—pro ejus servitiis,—terras de Balmyschennor et Terbeg, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Forfare:—TENEND. dictis Jac. et Egidie et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jac. de corpore legitime procreatis, quibus def., dicto Joh. et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis, quibus def., propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de rege:—TEST. Joh. Carncors burgen. de Dunde, Wil. Arbuthnot, Jac. Barne, et M. W^o^ Barre notario publico:—Apud Dunde, 24 Oct. 1495]:—TEST. *ut in carta* 2293. xiii. 199.

2292. Apud Monasterium de Abirbrothok, 11 Dec.

REX,—pro singulari devotione quam habuit S. Thome et S. Fotino patruno ville de Torry, vic. Kincardin, et pro amore, &c., quem gessit erga David abbatem monasterii de Abirbrothok,—necnon pro asiamento et supportatione extraneorum alienorum et legiorum in dicta villa hospitandorum, qui, venientes extra montem versus burgum de Abirdene aliasve boriales regni partes, propter aeris intemperiem aquam de Dee forte pertransire non potuerint,—creavit et fecit dictam VILLAM DE TORRY liberum burgum in baronia;—concessit etiam inhabitantibus potestatem et facultatem emendi et vendendi in dicto burgo, &c.;—et ut essent burgenses,—et cum consensu dicti abbatis et successorum ejus haberent potestatem eligendi ballivos, &c.;—necnon ut tenerent crucem et forum die Veneris singulis ebdomadis et nundinas publicas singulis annis in festo sive die S. Fotini cum quatuor diebus proximo inde sequen.,—cum tholoneis, &c.:—TEST. 30. 32. 26. 84. 20. 38. 43. xiv. 167.

2293. Apud Perth, 14 Dec.

REX confirmavit cartam Andree Charteris de Cuthilgurdy,—[qua concessit nepoti suo et heredi appar. JOHANNI CHARTERIS,—terras baronie de Cuthilgurdy, vic. Perth,—pro singulari affectu et amore carnali, et pro ejus fideli servitio:—TENEND. dicto

Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Andree C. fratri germano dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Gilberto C. fratri germano dicti Andree C. senioris et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus quibuscunque dicti And., de rege in capite in feodo:—cum clausulis irritante et resolutiva:—Reservato libero tenemento dicto And.:—Test. Rob. Merser de Balleif, Alex. Bunche, Walt. Yreland de Burnebane, Joh. Retray de Leichill, Jac. Drummond, Pat. Wellis, Hen. Brisoun, David Blare, Joh. Charteris, Jac. Cochran, Dominis And. Ranaldsoun, Pat. Ray, et And. Elder, presbyteris ac notariis publicis:—Apud Perth, 18 Oct. 1495]:—Test. 30. 32. 26. 42. 84. 20. 37. 40. 38.

xiii. 197.

2294. Apud Dunfermling, 22 Dec.

REX concessit JONETE DOWGLAS filie Archibaldi comitis Angusie dom. Douglas cancellarii Scotie, et heredibus dicte Jonete,—terras et baronias de Terreglis et Kirkgunzane, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Drumfreis; terras dimedietatis baronie de Ur, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrith; terras de Hoddum, Tollirgarth, Lokkirbe, Hutoun, Avaundale, Moffetdale, et Kirkcandris, infra senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis; terras de Fewreull, vic. Roxburgh; terras de Barnwele et Symountoun, vic. Aire; necnon 20 mercas annui redditus terrarum de Skecch, vic. Striveling; unacum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem;—quas Andreas Herreis, filius et heres Herberti domini Herreis de Terreglis, resignavit:—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38.

xiii. 234.

2295. Apud Linlithqwe, 30 Dec.

REX confirmavit cartam Jacobi M'Culloch de Carderneis,—[qua,—pro singulari favore, &c., et pro ejus benemeritis, &c.,—concessit filio suo DAVID M'CULLOCH, et MARGARETE MENZEIS ejus sponse,—5 mercatas antiqui extentus terrarum de Lacovollene, infra dominium Galwidie et senesc. de Kirkcudbrycht:—Tenend. dictis David et Marg. et eorum alteri diutius viventi et eorum heredibus masculis inter eos procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis quibuscunque dicti Dav. de corpore legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque, de rege:—Test. D. Jac. Portare rectore de Pertoune, Wil. Makculloch, et Gilb. Makculloch, et Joh. Loudiane:—Apud Carderneis, 26 Feb. 1494]:—Test. *ut in carta* 2317.

xiii. 239.

2296. Apud Linlithqw, 31 Dec.

REX concessit JOHANNI CUMRY, filio et heredi apparenti Johannis C. de eodem, et heredibus ejus,—terras de Cumry, Kingarth-litill, Keplandy, Glenmayke, Sclouchmonawye, Sclougnatoy, et quartam partem terrarum de Megour, unacum officio mari feodi senescallatus de Strathern, cum crofta de Foulis, viz. *le Mariscroft*, dicto officio spectante, in dicto senesc., vic. Perth;—quas et quod dictus Joh. pater resignavit:—Reservatis libero tenemento dicto Joh. seniori, ac rationabili tertia Margrete Maxtoun ejus sponse, cum contigerit:—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 37. 40. 38.

xiii. 202.

2297. Apud Edinburgh, 15 Jan.

REX concessit familiari militi et compotorum rotulatori suo DUNCANO FORESTARE de Skipinch, et heredibus ejus,—terras de Garden-Sinclare, turrim et fortalicium earundem, in senesc. de Menteth, vic. Perth; necnon terras de Mye, et Fynneich-tennand, in comitatu de Levenax, vic. Strivelin;—quas Walt. Makclery de Garden resignavit:—Test. *ut in carta* 2288, *cum* 38.

xiii. 194.

2298. Apud Edinburgh, 25 Jan.

REX concessit cancellario suo ARCHIBALDO COMITI ANGUSIE domino Dowglace, et heredibus ejus,—pro bono et fideli servitio, &c.,—terras et dominium de Craufurde-Lindissay, castrum et fortalicium de Craufurd et villam ejusdem, cum tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum

earundem, vic. Lanark ;— que in manus regis tanquam domini superioris ratione forisfacture devenerunt pro alienatione per quondam David ducem de Monte-rosarum, comitem Craufurdie et dom. Lindissay facta de dictis terris vel majori parte earundem absque consensu regis :—TEST. *ut in carta* 2294, *excepto* 32. xiii. 235.

2299. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX—pro ejus servitio, ac pro amore et favore, &c., necnon pro utilitate et proficuo corone sue patrimonii et in augmentationem sui rentalis,—concessit consiliario suo JOHANNI DOMINO DRUMMOND, et heredibus ejus,—terras et dominium de Drummond, cum silvis earund., in dominio de Menteith, vic. Striveling ;—que extendebant annuatim ad 40 lib. de firma prout in rentali regis continebatur :—TENEND. in feodifirma, libera baronia et foresta ac hereditate : — REDDEND. 44 lib. feodifirme in augmentationem regii rentalis : —TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 37. 40. 38. xiii. 209.

2300. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX confirmavit JACOBO SLEICH, et ELIZABETH ANDERSOUN ejus sponse, —6 acras terrarum in le Mylnflat, vic. Edinburgh infra constabulariam de Hadingtoun ; —quas idem Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque : — TEST. *ut in carta* 2299, *cum* 20. xiii. 210.

2301. Apud Edinburgh, 18 Feb.
REX confirmavit Magistro WILLELMO ABIRCRUMBY, et JONETE SKRYMGEOURE ejus sponse,—terras occidentalis dimedietatis de Balcrommok, vic. Fiffe ;— quas idem Wil. personaliter resignavit :— TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2299, *cum* 20. xiii. 211.

2302. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX concessit familiari armigero suo ROBERTO LUNDY de Balgony, heredibus ejus et assignatis,—pro ejus servitio, —terram, tenementum et hospitium, cum universis domibus, edificiis, ortis, &c., earundem, in burgo de Edinburgh, ex parte australi vie regie dicte *le Kowgate* inter dictam viam ex parte boreali, et croftam quondam Ade Layng ex parte australi, ac tenementum quondam Alex. Galloway et Joh. Ramsay tinctoris et viam regiam dictam *le Lonyng* prope ecclesiam Fratrum Minorum de Observantia ex parte occidentali, et terram Edwardi Lowrysoun carpentarii ex parte orientali ; — que spectabat Johanni Ramsay olim dom. Bothuile, et postea occupata fuit per quondam familiarem clericum regis M. Alex. Inglis, archidiaconum S. Andree, et regi juridice pertinebat tam per forisfacturam dicti Joh. Ramsay quam per generalem revocationem de donationibus in prejudicium regis qualitercunque datis :—TEST. 30., &c., *ut in carta* 2319. xiii. 223.

2303. Apud Falkland, 4 Mar.
REX confirmavit cartam Johannis domini Lindesay de Byris,—[qua,—pro fraternali dilectione, &c., — concessit fratri suo PATRICIO LINDESAY de Kirkforthir, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wester Merkinch, tam ex australi quam ex boreali partibus aque de Levin existen., unacum molendinis granorum et fullonum earundem terrarum, et eorum sequelis, &c., vic. Fiffe :—REDDEND. 12 denarios nomine albe firme :—TEST. Geo. dom. Setoun, M. Arch. Lindesay canonico Abirdonen., W^o^ Lindesay, Arch. Newtoun, W^o^ Foret et Tho. Inglis :—Apud Edinburgh, 20 Maii 1492] :—TEST. *ut in carta* 2312. xiii. 216.

2304. Apud Cowpar, 9 Mar.
REX confirmavit cartam M. Patricii Stratoun de Rynde, burgensis de Montrois,— [qua—pro certa summa pecunie persoluta —vendidit et alienavit JOHANNI ERSKIN de Dun, heredibus ejus et assignatis,—terras octave partis terrarum de

Crago, in parochia de Logymontrois, vic. Forfare:—TENEND. de rege:—cum subscriptione dicti Pat. manuali : — TEST. Joh. Mortymare, Walt. Caunt, Joh. Ferquhare, burgen. de Montrois, Alex. Erskin, And. Liddaile, D. Alex. Bryce capellano, et D. Walt. Clerk capellano notario publico :—Apud burgum de Montrois, 27 Feb. 1495] : —TEST. *ut in carta* 2311.

xiii. 219.

ANNO DOMINI 1496. ANNO REGNI 8.

2305. Apud Strivelin, 31 Mar.

REX confirmavit cartam David Ogilby de eodem,—[qua concessit nepoti suo et heredi apparenti ALEXANDRO OGILBY —baroniam de Ogilby et terras ejusdem, cum tenendis et tenandriis, vic. Forfare :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Dav. et heredibus suis, de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto Dav., ac rationabili tertia sponse sue cum contigerit :—TEST. Alex. Ogilby, M. Jac. Ogilby, fratribus dicti Dav., Alex. Strathachyn, Dav. Weddirburn, Tho. Luvell, Alex. Ogilby, et Rob. Seres notario publico :—Apud Dunde, 26 Oct. 1495] :—TEST. *ut in carta* 2319.

xiii. 224.

2306. Apud Strivelin, 6 Apr.

REX—pro salute animarum Jac. III regis et Mergarete ejus sponse, quorum corpora in monasterio de Cambuskynneth requiescunt, &c.,—ad manum mortuam confirmavit concessionem et confirmationem factas per quondam Walterum comitem de Menteith et Alexandrum ejus filium et heredem apparentem—pro salute animarum ipsorum et Matilde sponse dicti quondam Alex., ac pro eorum sepulturis in dicto monasterio electis,—in puram elemosinam, MONASTERIO DE CAMBUSKYNNETH et canonicis ejusdem,—de ecclesia parochiali de Kippane, Dunblanen. dioces., et jure patronatus ejusdem, infra comitatum de Menteith ;—que ultra memoriam hominum extra possessionem dicti monasterii extiterant : — Rex etiam de novo dedit et concessit dicto monasterio totum jus, clameum, et juris titulum que et quem habuit ad dictam ecclesiam ac jus patronatus ejusdem tam rectorie quam vicarie quandocunque vacare contigerit per mortem, &c., M. Johannis Malisoun rectoris et possessoris ejusdem :—TEST. *ut in carta* 2336, *exceptis* 38. *et* 36.

xiii. 251.

2307. Apud Edinburgh, 8 Apr.

REX,—quia in causa obtenta per JACOBUM DOUGLACE de Pettindrech, super Alex. Innes de eodem, super 8 lastis et quarterio barilis salmonum, pro injusta detentione piscarie aque de Spey dicto Jac. assedate persolvendis, decretum extitit ;—et literis ad vicecomitem de Elgin et Fores directis, dictus Alex. in bonis mobilibus distringibilis non extitit ;—et villa et terre de Sleltak, in baronia de Innes, vic. Elgin, exceptis victualibus et *le fermez* earundem, extendentes annuatim ad 10 mercas, ad 200 mercas pro dictis 8 lastis et quarterio barilis appreciate fuerunt et dicto Jac. vendite ;—igitur tanquam dominus superior, concessit dicto Jacobo, heredibus ejus et assignatis,—dictas villam et terras :—et voluit quod dictus Alex. Innes et heredes ejus haberent regressum quandocunque persolverint dictam summam infra septennium :—TEST. 30. 32. 42. 84. 20. 40. 38. 36. xiii. 544.

2308. Apud Striveling, 10 Apr.

REX—quia Willelmus dom. Graham in summa 240 lib. de resta majoris summe regi tenebatur astrictus, in qua summa idem Wil. in debitorem devenit et pro solutione ejusdem se per literas suas obligavit pro Elizabeth comitissa Angusie, pro warda terrarum dominii de Balmowto, eidem Eliz. per regem data,—quam summam rex familiari suo Duncano Forestare de Skipinche, militi, compotorum rotulatori, in partem solutionis expensarum circa provisionem domicilii regis per ipsum tempore passagii regis versus Insulas factarum

assignavit;—et literis ad vicecomitem de Striveling directis, dictus Wil. in bonis mobilibus distringibilis non extitit;—et dictus vicecomes 10 merc. terrarum de Sclatristok et 8 merc. terrarum de Sclaferquhare, dicto Wil. pertinen., pro dicta summa appreciari fecit, et regi deliberavit;—igitur concessit dicto DUNCANO FORESTARE, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras: —et voluit quod dictus Wil., &c., haberent plenum regressum quandocunque persolverint dictam summam dicto Duncano, &c., infra septennium:—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40.

xiii. 220.

2309. Apud Strivelin, 28 Apr.

REX confirmavit cartam Thome Somerveile de Braxfeild et Prestwikschawes,—[qua concessit ELIZABEITH CRAUFURD, filie Archibaldi C. de Craufurdland,—terras de Prestwykschawes, in baronia de Kylestewart, vic. Aire,—in vitalem redditum pro omnibus diebus ejus vite in ejus pura virginitate, pro ejus servitiis, &c., ac pro dilectione, amore, &c.:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie:—RESERVATIS dicto Tho., &c., le Towe et piscaria de Welschot et Wchart: —TEST. M. Pat. Petheid notario, D. Rob. Wilsone, capellanis, Joh. Somerveile, Joh. Stewart, Nigello Gammyl, Gilb. Moris, Wil. Reid clerico:—Apud ecclesiam B. Marie de le Grace in Kyle, 7 Aug. 1495]: —TEST. *ut in carta* 2323.

xiii. 228.

2310. Apud Striveling, 5 Maii.

REX confirmavit JOHANNI DOMINO FLEMYNG, et EWFAMEE DRUMMOND ejus sponse,—terras et baroniam de Thankertoun, cum annexis, tenentibus, &c., et advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum, vic. Lanark; —quas idem Joh. apud Drummane personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Euf., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2311.

xiii. 218.

2311. Apud Striveling, 11 Maii.

REX concessit BEATRICI DRUMMOND, filie Johannis dom. Drummond,—terras et baroniam de Hammiltoun, cum castro et fortalicio de H., cum advocationibus et donationibus prepositure, prebendarum et capellaniarum collegii de H.; terras et baronias de Machanschire, Curmannok, Drumschargart, medietatem baronie de Craufurde-Johne, terras de Stanehous, forestam de Boithvile, cum 40 merc. terrarum more de Boithvile, duas le Moffettis, Duncestoun, et Kirklee, cum tenentibus, advocationibus, &c., earundem, vic. Lanark; terras de Fynnarde, vic. Renfrew; terras de Birkinsyd, vic. Berwik; baroniam de Kynnele cum castro et fortalicio ejusdem, et cum annexis, tenentibus, advocationibus, &c., earundem, vic. Linlithqw; —quas Jac. dom. Hammiltoun apud Steryling personaliter resignavit:—TENEND. dicte Beatrici et prolibus masculis inter ipsam et dictum Jac. dom. H. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. cognomen et arma capitalia de Hammiltoun gerentibus quibuscunque:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac.,—exceptis terris et baroniis de Machaneschire, Curmannok et Drumschargart, quarumquidem rex voluit dictam Beat. tam feodum quam liberum tenementum habere et possidere;—advocationibus, &c., tamen omnium ecclesiarum earundem baroniarum et terrarum dicto Jac. dom. H. pro toto tempore vite ejus remansuris;—et post mortem dicte Beatricis prefatios tribus baroniis et terris dicto Jac. et prolibus masculis inter ipsum et dictam Beat. procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis ipsius Jac. quibuscunque, libere reversuris, &c.: —TEST. 30. 32. 26. 20. 37. 40.

xiii. 217.

2312. Apud Striveling, 26 Maii.

REX confirmavit cartam Georgii comitis de Huntle et domini Badyenach,—[qua concessit fratri germano suo ALEXANDRO GORDOUN militi, heredibus ejus et assignatis,—terras baronie de Midmar, infra comitatum de Huntle, vic. Aberdene;—pro fraternali affectione, &c., et pro ejus

servitio ; — quas idem Alex. in manibus dicti Geo. tanquam domini superioris resignavit :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Walt. Ogilvy de Boyne, Wil. Fraser de Philorth, D. Pat. Grantuly rectore de Glas, D. Alex. Masse, D. Wil. Grantuly, presbyteris :—Apud Newark, 26 Mar. 1496]:—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. xiii. 213.

2313. Apud Perth, 1 Jun.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI LINDESAY, et heredibus ejus, —pro servitio, &c.,—terras de le Powis de Erth, cum molendino granorum, viz. *le Cornemyll*, earundem, necnon terras de Cummistoun alias nuncupatas Manwell-rig, cum molendino fullonis viz., *le Walkmyll*, earundem, vic. Striveling,—regi hereditarie jure successionis pertinen. tanquam heredi quondam avie sue Marie regine Scotie :— REDDEND. unam rosam rubeam nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 2336, *exceptis* 38. *et* 36. xiii. 252.

2314. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REX concessit familiari suo DUNCANO FORESTARE de Skippynche militi, compotorum rotulatori, et heredibus ejus quibuscunque, — terras et baroniam de Gibletstoun, terras de Kowbaky, et Langside, cum tenentibus, &c., earundem, vic. Fiffe ;—quarum feodum Mariota Strathhenry sponsa Thome Forestar filii dicti Dunc. (cum consensu dicti Tho.), et liberum tenementum Michael Strathhenry pater ipsius Mariote, resignaverunt :—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 43. xiii. 379.

ANNO REGNI 9. ANNO DOMINI 1496.

2315. Apud Edinburgh, 15 Jun.
REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Alexandri Hammyltoun de Kyntwod (Birntwod),—[qua concessit WILLELMO SCHAW de Polkamet, et MARGARETE CAMPBELL ejus sponse,—terras de Sornbeg, in Kilstewart in dominio de Glastoun (Galstoun), vic. Are ;—quas idem Wil. in manibus dicti Alex. tanquam domini superioris personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque : — REDDEND. unum denarium nomine albe firme : — TEST. Waltero Bertraham, Henrico Achinsoun, Georgeo Campbell de Cesnok, Nich. Dregarne, Joh. Potingar, M. Pat. Craufurd, D. Joh. Schort, capellanis, Petro Merche notario publico, et Joh. Masoun : — Apud Edinburgh, 26 Feb. 1490]:—TEST. *ut in carta* 2312. xiii. 215.

2316. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX,—tanquam senescallus Scotie,—confirmavit familiari suo STEPHANO LOKART de Clegherne, militi, et heredibus ejus,—terras de Clegherne, in baronia de Kilbride, vic. Lanark; — quas idem Stephanus personaliter resignavit :—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36. xiii. 253.

2317. Apud Edinburgh, 19 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabeith Masoun relicte quondam Johannis Skrimgeoure dicti "Jak," burgen. de Dundee,—[qua concessit ad sustentationem duorum capellanorum ad altare Corporis Cristi infra ECCLESIAM PERROCHIALEM B.V.M. DE DUNDE pro perpetuo celebraturorum, viz., primo capellano S. Blasii martiris,—tenementum infra burgum de Dunde in vico de *le Chakkarraw ;* et capellano S. Bartholomei apostoli, —unam peciam terre in dicto burgo infra tenementum quondam Nich. Skrimgeour ex parte australi vici fori, extendendo a gabulo aule nuncupate le Erle David Huntlintoune Haw versus boream usque ad terram anteriorem dicti tenementi, cum occidentali parte clausure seu venelle eidem pecie terre

corresponden.; et aliam peciam terre prope australem partem dicti tenementi inter *le yertland* ejusdem et terram quond. dicti Nich., unacum parte dicte venelle eidem pecie terre corresponden.; necnon 24 sol. annui redditus de terra D. Tho. Fiffe infra dictum burgum, ex parte boreali vici dicti *le Argailsgate;* ac etiam 26 sol. 8 den. ann. red. de terra quondam Rob. Smaw ex parte australi dicti vici; et 5 sol. 4 den. ann. red. de terris quondam Geo. Abirkerdour ex parte boreali dicti vici :—Tenend. in puram elemosinam :—Test. Wil. Monnorgund de eodem, Jac. Skrimgeour, M. Dav. Carrale, notariis publicis, et Hen. Barye :—Apud Dunde, 1 Mar. 1495] :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. xiii. 236.[1]

2318. Apud . . . . . .
REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Henrici Erkle et D. Jacobi Erkle, fratrum, capellanorum,—[qua concesserunt uni capellano divina celebraturo in ECCLESIA PEROCHIALI S. MICHAELIS ARCHANGELI DE LINLITHQW, ad altare S. Trinitatis in eadem per ipsos fundatum,—annuum redditum 15 sol. de quatuor perticatis terrarum Johannis Forest, ad finem orientalem burgi de Linlithqw ex parte australi vici regii; 5 sol. de quadam pecia terra vocata *le Halmer* ibidem; 40 sol. de tenemento Wil. Carnis ex parte australi vici regii dicti burgi; 8 sol. de tenemento Wil. Balty ex parte boreali dicti vici; 10 sol. de tenemento Hen. Kynnell ex parte boreali dicti vici; 10 sol. de tenemento Joh. Schaw ex parte boreali dicti vici; 8 sol. de tenemento Joh. Smawe, in le Myddilrawe; 10 sol. de tenemento quondam Hen. Hamytoun in le Myddilrawe; 4 sol. de tenemento Wil. Jamesone ex parte boreali vici regii; 6 sol. de tenemento quondam Archibaldi Byrd ex parte boreali dicti vici; 4 sol. de tenemento quondam Joh. Coupare ibidem; 4 sol. de tenemento quondam Jac. Taveling ibidem; 3 sol. de tenemento Symonis Weir, ex parte australi ejusdem vici; 3 sol. de tenemento Wil. Hill ibidem; 4 sol. de tenemento quondam Mathei Meldrum ibidem; 6 sol. 6 den. de tenemento orientali quondam Joh. Forest ad finem orientalem ville in le Barony dicti burgi; 4 lib. ex terra D. Jac. Arkill capellani ex parte boreali vici regii :—Tenend. in puram elemosinam :—Test. Jac. Robisoun ballivo burgi de Linlithqw, David Newlandis, Joh. Craufurd, Joh. Denys, Wil. Taveling, Alex. Cornvele, Wil. Ruch, et And. Forest, burgensibus dicti burgi, Dominis Tho. Bartilmo vicario de Carnweth, Pat. Craufurd, Joh. M'Nakk, et Wil. M'Nakk, capellanis, Roberto Foulis notario ac scriba curie dicti burgi, et Joh. Penny serjando:—Apud Linlithqwe, 13 Oct. anno 1496, indictione 14, Alex. VI. Pape 4, ac Jac. IV. regis 9] :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :— . . . . . .
. . (*cetera desunt*). . . . . .
xiii. 237.[2]

2319. Apud Edinburgh, 23 Jun.
REX—quia carte antique fundationis seu infeodationis burgi de Fores per guerrarum insultus, incendia et aliusmodi destructe et combuste extiterunt—cum maturo concilii avisamento, de novo infeodavit et concessit burgensibus et communitati BURGI DE FORES—prefatum burgum de Fores in liberum burgum imperpetuum, cum omnibus libertatibus, &c.;—ac etiam concessit eisdem terras nuncupatas *le Grefship*, *le Bailyeland*, *le Mekil-bog*, cum prato regis alias *Kingis medow*, Lowranstoun, cum le Crachtes, et Raniflat, cum

[1] The following names of proprietors of adjoining tenements occur in this charter;—umquhile Alex. Reide, Joh. Patrisoun, umq. And. Reide, Tho. Seres, Jas. Skrimgeour.

[2] The following are the names of proprietors of lands adjoining those from which the annual rents were drawn;—umquhile Norman Young, Joh. Palmer, Pat. Ka, Wil. Patrisoun, Jas. Balty, umq. Alex. Weir, And. Scot, umq. Jas. Amysfeild, umq. Rob. Costrel, umq. Stephen Robisoun, umq. Joh. Brady, umq. Rob. Litster, umq. Tho. Lokart, Rob. Foulis, Jas. Skougaile, Tho. Todrik, umq. Hen. Buny, Alex. Carnis, umq. Jas. Gillone, umq. Donald Peris, umq. M. Alex. Inglis archdeacon of St Andrews.

communi pastura infra forestas de Drummynde et Tulloch, cum libero introitu et exitu per moram nuncupatam *le Pilmure;* necnon aquam et piscaturam de Finderne a Dunduff usque ad le bank de Finderne, tam in aqua dulci quam salsa;—cum omnibus piscationibus, musculis et *le mussielskawpis,* ac omnibus aliis eorum piscationibus; et cum potestate prefatam aquam assedandi, et super eadem cum cimbis et rethibus piscandi et laborandi, ac portum et navium stationem infra eandem aquam habendi; necnon cum potestate aldermannum, ballivos, &c., eligendi; quos etiam constituit vicecomites infra dictum burgum; et cum potestate habendi crucem et forum die Lune singulis ebdomadis et nundinas publicas singulis annis, incipientes in vigilia S. Laurentii in meridie et per 8 dies proxime sequen. duraturas; cum omnibus tholeoneis:—SOLVEND. regi firmas burgales et servitia debita et consueta, et abbati et conventui monasterii de Kinlos 20 merc. de firmis aquarum et piscationum predictarum, ipsis abbati, &c., de antiqua fundatione concessis:—TEST. 30. 31. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. xiii. 222.

2320. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis Haliburtoun de Gask,—[qua—dilectione filiali—concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO HALIBURTOUN, et heredibus ejus,—terras suas trium partium de Inglistoun, terras, de Knoktoun, de Kyngeile, cum *le yaris* earundem, terras de Crywe, Faynellan, Crwlach, de dimedia parte de Kyntallirgy et piscina ejusdem, de Ardblare, de parte de Faynblare, de duabus partibus de Colmullyne-more, de tribus partibus de Beldrum cum Culmullynebege, de Downegorre, de molendino de Bewfort, cum croftis et brasina, de Dunbailach, cum piscina salmonum, de Kylach, de Cloynbaky, de duabus Arcless, et tenente et tenandria de Inchbary et *le yare* ejusdem; cum tenentibus et tenandriis, &c., predictis terris spectantibus, in baronia de le Arde, vic. Invernes:—TENEND. de rege:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., ac rationabili tertia Elizabeth Rettra sue sponse:—TEST. Jac. Moncur de Balluny, Geo. Blare de Bendachty, Pat. Haldene in Kelor, Tho. Gray, D. Jac. Rettra vicario de Cules, et D. Tho. Andree presbytero, notariis publicis:—Apud Pettin, 22 Jun. 1496]:—TEST. *ut in carta* 2323. xiii. 227.

2321. Apud Edinburgh, 18 Jul.
REX concessit armigero suo PATRICIO HUME de Polwort, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Hetschawe, in ballia de Lawderdaile, vic. Berwik;—quam Joh. Edmonstoun de eodem resignavit:—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. xiii. 231.

2322. Apud Edinburgh, 18 Jul.
REX concessit GEORGEO HUME de Weddirburn, et MARIOTE SINCLARE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Hetschawe, in ballia de Laudirdale, vic. Berwik;—quam Joh. Edmonstoun de eodem resignavit:—TENEND. dictis Geo. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2321. xiii. 232.

2323. Apud Edinburgh, 31 Jul.
REX concessit JACOBO EDMONDSTOUN (filio Johannis E.) de eodem—terras et baroniam de Ednem, molendinum de E., unam tenandriam de E., unacum advocatione et donatione hospitalis de E., vic. Roxburgh; terras de Riselaw, vic. Berwic; tertiam partem terrarum de Hirdmanstoun, Curre, et Nudremerschall, cum tenandria et molendino earundem, vic. Edinburgh;—quequidem fuerunt dicti Johannis, et tertia pars de Nudremerschall cum molendino, &c., ejusdem fuit dicti Joh. et Margarete Mateland ejus sponse in conjuncta infeodatione, et quas terras et tertiam partem terrarum dicti Joh. et Merg. respective resignaverunt:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, David E. ejus fratri et heredibus, &c., (*ut supra*), quibus def., Willelmo E. fratri ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def.,

legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Joh. cognomen et arma de Edmonstoun gerentibus quibuscunque:—REDDEND. pro Ednem unum denarium argenti nomine albe firme; pro ceteris terris, &c., wardas, &c., cum contigerint:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh. ac rationabili tertia ejus sponse cuicunque cum contigerit:—TEST. 30. 31. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. xiii. 225.

2324. Apud Edinburgh, 1 Aug.
REX concessit ROBERTO ERSKYN, filio et heredi apparenti Alexandri domini Erskyn, et ELIZABETH CAMPBELE sponse dicti Rob.,—terras de Nethir-Auchlanesky, vic. Perth,—sibi pertinen. et in manibus suis et in manibus quondam patris sui existen., per forisfacturam quondam Jacobi Dowglas de Ralestoun, militis:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 2316. xiii. 254.

2325. Apud Striveling, 6 Aug.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam quondam M. Tho. de Carmichell, vicarii perpetui ecclesie perrochialis de Striveling,—[qua concessit D. Nicholaio Franche capellano et ejus successoribus capellanis, Deo servituris ad altare S. Michaelis Archangeli in ECCLESIA PERROCHIALI S. CRUCIS BURGI DE STRIVELING apud columpnam ex parte boreali versus altare S. Salvatoris ex parte australi dicte ecclesie,—annuum redditum 10 merc. de tenemento suo infra dictum burgum ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terram Alex. Simsone et communem viam que ducit ad castrum de Striveling:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Matheo Forestare, Duncano Forestare, Alexandro Muschet, Adam Bull, Jac. Reidheuch, Adam Cosour, burgen. dicti burgi, D. Hen. Logane, D. Pat. Murray, et D. Joh. Spens, capellanis:—Apud Striveling, 1 Apr. 1471]:—TEST. *ut in carta* 2336. xiii. 249.

2326. Apud Striveling, 11 Aug.
REX concessit JOHANNI MAILWYL, fratri Willelmi M. de Carnebee, et heredibus ejus masculis,—terras et baroniam de Carnebee, cum tenentibus, &c., earundem, ac terras nuncupatas communem pasturam de Kelle, vic. Fyff;—quas dictus Wil. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento unius annui redditus 20 lib. dicto Wil., et post ejus decessum conjuncta infeodatione ejusdem Elizabeth ejus sponse:—TEST. *ut in carta* 2323, *excepto* 31. xiii. 226.

2327.[1] Apud Edinburgh, 3 Oct.
REX dedit legitimationem LACHLANNO MAKGILLEONE, filio naturali Hectoris M. de Dowarde,—ut libere disponere valeret ad sue libitum voluntatis de omnibus terris, &c., quesitis seu querendis, cuicunque persone vel personis; et ad exercend. omnimodas actiones legitimas in judicio et extra, dignatitibus, &c., gaudend., &c.;—in debita forma cancellarie. xiii. 302.

2328. Apud Edinburgh, 8 Oct.
REX—quia Robertus dom. Lile prosecutus fuit et obtinuit in curia spirituali coram officiali Glasguen. super Thomam Stewart de Barskuyb summam 100 lib., dicto Rob. tanquam assignato filie ejus Margarete Lile (debitam), in partem solutionis summe 780 merc.; et literis vicecomiti de Renfrew directis, et dicto Tho. in bonis mobilibus distringibili non existente, dictus vicecomes terras de Salsarehill cum molendino earundem, et sextam partem terrarum de Huntarhill, extenden. annuatim ad 7 merc. cum dimidia (excepta piscatura dictarum terrarum de Salsarehill dicto Tho. reservata), appreciari fecit; quas dictus Rob. dom. Lile acquisivit;—igitur concessit dicto ROBERTO DOMINO LILE, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras, &c.:—et voluit quod dictus Tho. et heredes ejus

[1] As a memorandum in Register.

haberent regressum quandocunque persolverint dictam summam 100 lib. infra septennium, &c. :—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 40. 37. 38. xiii. 229.

2329. Apud Edinburgh, 8 Oct.
REX concessit LACHLANNO MAKGILLEONE, filio naturali Hectoris Makgilleone de Dowarde,—terras de Toresay cum castro de Dowarde et molendino ejusdem, terras de Browlos, 8 mercatas terrarum in Ardmanach, le Burg, Glenkennir, Gowmodra, Tressines, jacen. in Moyle; Callogary, Enynvay, Calzoch, Lag, Soneboll, Gilzacrest, Peynmore, Arderenis, in Morenys; Mandalon, Crosoboll, Herne, in Tiereig; cum senescallatu omnium terrarum de Tiereig; Carnaborg, cum insulis earundem; Achnaha, Achkalen, Dowgree, Kynloch, Achranych, cum le Straith, le Clasche, et le Claschebrek, Achintadownoll, Owladoll, le Strone, Achtowikrustlik, in le Morwarne; Dunconnyll, cum insulis ejusdem; le Mulvoye in Skarba; Troeg, Owenegeill, Glennamuk, Ardskalanis, Cammys, Ernystill, Ardemenys, in Dura; Downanwltoch, Ranaquhann, Achatamulen, in Knapdale: Inverloquhy, Auchintorbeg, Teirlondy, Drumfowre, Achnadale, Cammyske, Toulik, Dony, Corocoulee, le Sokkach, Auchinquhare, Thomaquharrik, in Lochquhabir; et Torlissay in Ile; cum tenentibus, &c., earundem, et advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem;—quas dictus Hector personaliter resignavit;—et quas rex, pro singulari favore quem gessit erga dictos Lachlannum et Hectorem, in unam liberam baroniam de Dowarde univit et incorporavit :—TENEND. dicto Lach. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Hectori et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Donaldo Makgilleone fratri dicti Hectoris et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hectoris quibuscunque cognomen et arma de Makgilleone gerentibus :—REDDEND. wardas, &c. :—RESERVATO libero tenemento dicto Hectori :—TEST. 30. 32. 42. 84. 20. 40. 38. 36. xiii. 301.

2330. Apud Edinburgh, 16 Oct.
REX confirmavit cartam Johannis Spark in Berthanholme,—[qua,—pro certa summa pecunie premanibus persoluta,—vendidit et alienavit WILLELMO CUNYNGHAME de Craganis, et MARIOTE ACHINLEK ejus sponse,—terras de Bertanholme et Snodgers, in ballia de Cunynghame, vic. Are :—TENEND. dictis Wil. et Mar. in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis, a dicto Joh. de rege tanquam senescallo Scotie :—REDDEND. unam libram piperis nomine albe firme :—TEST. Rob. Mure de Rowallane, D. Wil. Cunynghame capellano, And. Cunynghame, Tho. Allane, Jac. Serjeand, Joh. Ersman, Jac. Hair, And. Reid, D. Joh. Cameren, et D. Alex. Barbour notario publico :—Apud Kilbarchane, 17 Sep. 1496] :—TEST. *ut in carta* 2317. xiii. 241.

2331. Apud Striveling, 17 Oct.
REX—quia Johannes Myretoun nepos et heres quondam Thome M. de Randerstoun, coram dominis concilii apud Perth 3 Jun. 1496, summam 120 merc. pro simplice valore maritagii sui, necnon summam 120 merc. pro duplice valore ejusdem, Isobelle Lauder sponse et assignate quondam Alex. Lesly de Wardris, et Johanni Lesly filio et heredi ac etiam assignato dicti quondam Alex., per donationem Jac. III. eis pertinen., persolvere tenebatur, ex eo quod dictus Joh. preter consensum ipsorum matrimonium contraxit,—et quia Andreas Aitoun vicecomes deputatus de Fiffe, per literas regis, tertiam partem terrarum de Randerstoun de rege tentam, et tertiam partem terrarum de Newtoun de priorissa et conventu monialium de Hadingtoun tentam, extenden. ad 10 merc., pro summa 220 merc. appreciari fecit, et dictis Isobelle et Joh. vendidit;—igitur tanquam dominus superior, concessit dicte ISOBELLE LAUDER, heredibus ejus et assignatis, cum consensu dicti Joh. Lesle, — predictam tertiam partem terrarum de Randerstoun :—et voluit quod dictus Joh. M. et heredes ejus haberent plenum regressum ad dictam tertiam partem terrarum de Randerstoun quandocunque persolverint dicte Isobelle, &c., predictam summam 220 merc., pro integra redemp-

tione dictarum tertiarum partium terrarum de Randerstoun et Newtoun, unacum expensis, infra septennium :—Test. *ut in carta* 2317. xiii. 238.

2332. Apud Falkland, 28 Oct.

REX confirmavit M. WILLELMO SCOT de Flawcrag, et JONETE LUNDY ejus sponse,—terras de Kilgour, infra vic. Fiffe et dominium de Straithmeglo ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—Tenend. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36. xiii. 291.

2333. Apud Linlithqw, 18 Nov.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Henrici de Levingstoun de Middilbynnyng, — [qua — pro salute animarum regis, &c., et Mergarete sponse dicti Hen., David L. fratris sui, &c.,—concessit ad CAPELLAM nove construendam in loco 7 perticarum suarum, ad finem orientalem burgi de LINLITHQW in le Myddilraw inter terram Johannis Forest et terram quondam Normanni Young, cum una DOMO HOSPITALI ELEMOSINE, ad sustentationem unius capellani in dicta capella celebraturi,—tenementum ex parte australi fori burgi de Linlithqw ; ann. redd. 16 sol. de tenemento Pat. Rate ; 4 sol. 6 den. ann. redd. de tenemento quondam Johannis Davidsoun, in dicto burgo ; 6 sol. ann. redd. de terris quondam Patricii Ka in Aula de Myre, et in le Barony, ad finem orientalem dicti burgi ; 2 sol. ann. redd. de terris quondam Pat. Kaa ; 3 sol. ann. redd. de tenemento David Bonyntoun ; 30 den. ann. redd. de tenemento quondam David Breich ; 2 sol. ann. redd. de tenemento Johannis Henrisoun ; tenementum suum in villa et territorio de Blaknes, unacum 5 sol. ann. redd. per se emptis de dicto tenemento a Tho. Boide ; unum perticatum terre campestris vulgariter dicte *le Rig*, in territorio de Blaknes ; tenementum suum in dicto burgo quod quondam fuit Alex. Smyth ; de quatuor tenementis suis que quondam fuerunt Wil. Stele et Joh. Carnbee in burgo de Linlithqw, lucratis per dictum Hen. in defectu solutionis annui redditus non soluti dictorum tenementorum, 13 sol. 4 den. viz. de quolibet tenemento 40 den. ; et 10 sol. duorum tenementorum Joh. Carnbee vendit. per Wil. Steile :— Tenend. in puram elemosinam :—Test. David Newlaund ballivo burgi de Linlithqw sasinam dante, Tho. de Forest, Pat. Kaa, Pat. Rate, Ancelmo Serensandris, Joh. Hoppringil, Jac. Fresale, Rob. Cunynghame, Pat. Hering, David Balony, Joh. Campbes, et Rob. Foullis publico notario ;—cum communi sigillo burgi de Linlithqw :—Apud Linlithqw, 14 Maii 1496] :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. *ut in carta* 2350. xiii. 264.[1]

2334. Apud Hume, 25 Nov.

REX concessit JACOBO EDMONSTOUN filio et heredi apparenti Johannis E. de eodem, et KATRINE HUME sponse dicti Jac.,—terras 20 merc. terrarum de Edname, viz. 40 sol. terrarum per Joh. Leremonth tunc occupatas, 40 sol. terr. per Rob. Pilmure commorantem apud le Kirkstile occupat., 5 merc. terr. per Rob. Pilmure in *le Clayhole* et Tho. Belwort occupat., 5 merc. terr. per Wil. Diksoun et Wil. Hiltstoun occupat., 20 sol. per Tho. Weddell occupat., 20 sol. per Rob. Belwort occupat., et mercatam terr. per Wil. Trewnot occupat., in baronia de Edname, vic. Roxburgh ; necnon 20 merc. terrarum de Riselaw, viz. 6 merc. per Arch. Trotare tunc occupat., 5 merc. per Alex. Trotare occupat., 6 merc. per Jac. Hirdmonstoun occupat., et 3 merc. per Ricardum Tranent occupat., vic. Beruic ; — quarum feodum idem Jac., et liberum tenementum dictus

[1] The following names of proprietors of contiguous lands or tenements occur in this charter—Clement Gray, Tho. Schaw, umquhile Tho. Doby, Joh. of Kincaid, And. Ruch, umq. Tho. Hammyltoun, umq. Joh. Weire, Joh. Baty, Rolland Wilsoun, umq. And. Forest, umq. Joh. Glasfurd, in Linlithgow ;—Alex. Carnis, umq. Ric. Fleschare, Joh. Came, Jas. Jobsoun, in Blackness.

Joh. personaliter resignaverunt :—TENEND. dictis Jac. et Kat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Jac. quibuscunque :—TEST. 30. 32. 42. 84. 20. 40. 38. 36. xiii. 612.

2335. Apud Dunglas, 17 Dec.
REX concessit PATRICIO VAUS de Bernberach, et heredibus ejus,—terras de Kirkdale et Browoch, extenden. annuatim ad 6 merc. terrarum antiqui extentus, senesc. Kirkcudbrycht ;—quas Gilbertus Vaus de Kirkdaile et Joneta Makmechyn ejus sponsa resignaverunt :—TEST. *ut in carta* 2316. xiii. 257.

2336. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REX—pro singulari devotione quam gessit B. V. M. patrone monasterii Vallis Lucis, et pro favore, &c., erga Michaelem abbatem dicti monasterii, et pro hospitatione ligiorum eidem confluen.,—creavit VILLAM DE BALLINCLACH, cum omnibus bondis, &c., ejusdem, pertinen. dicto monasterio, in baronia Vallis Lucis, vic. Wigtoun,—liberum burgum in baronia ;—et concessit inhabitantibus potestatem emendi et vendendi ;—concessit etiam burgensibus ut haberent crucem et forum die Sabbati singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis die nativitatis B. V. M. et per octavas ejusdem, cum theoloneis, &c. : —TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36. xiii. 243.

2337. Apud Edinburgh, 27 Jan.
REX confirmavit cartam Thome M'Lelane de Bondby, — [qua — pro certa summa pecunie persoluta — vendidit et alienavit ROBERTO CARLILL, filio Johannis dom. Carlill, — terras de Glenturk, Kersley, et Chapeltoun, extenden. annuatim ad 40 sol. terrarum antiqui extentus, vic. Wigtoun :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Thome et propinquioribus heredibus suis quibuscunque, a dicto Tho. de rege :—TEST. D. Jac. Allirdes preposito S. Andree, M. Jac. Carlile rectore de Kirkpatrik, Wil. M'Lelane filio dicti Tho. et herede apparente, Joh. Fowlartoun de Carltoun, Rankino Mure burgen. de Wigtoun, Joh. Carlile, Alano M'Lelane, et Jac. Young notario publico :—Apud Edinburgh, 20 Jan. 1496] :—NECNON aliam cartam dicti Tho.,—[qua concessit dicto Roberto Carlile —40 sol. terrarum de Bondby antiqui extentus, in dominio de Galloway, senesc. Kirkcudbrycht,—in specialem warantum terrarum suprascriptarum :—TENEND. dicto Rob. &c. (*ut supra*), de dicto Tho. :—REDDEND. unum den. nomine albe firme : —TEST. *ut supra* :—Apud Edinburgh, 22 Jan. 1496] :—TEST. *ut in carta* 2350. xiii. 269.

2338. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX confirmavit cartam Roberti domini Creichtoun de Sanquhare,—[qua—pro certa summa pecunie premanibus persoluta—vendidit et alienavit familiari regis DUNCANO FORESTARE de Skipinch militi, compotorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis,—terras de Malaris, vulgariter nuncupatas le Hiltoun-Malaris et Kirktoun-Malaris, vic. Perth :—TENEND. de rege :—REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Edwardo Spittaile, Rob. Creichtoun filio et herede apparente Edwardi C. de Kirkpatrik, Jac. Reidheuch, D. Hen. Alane archidiacono Dunblanen., et Joh. Striveling de Cragbernard :—Apud Edinburgh, 26 Jan. 1496] :—TEST. *ut in carta* 2336. xiii. 247.

2339. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX confirmavit cartam Margarete Dunbar relicte quondam Alexandri Lindesay comitis Craufurdie, et domine terrarum de Cokburne et Brigehame,—[qua concessit ARCHIBALDO COMITI ANGUSIE, cancellario Scotie, heredibus ejus et assignatis,—44 terras suas husbandias, cum le Reyweilhauch, in villa et territorio de Brigehame, et orientales terras dominicales de Brigehame, vic. Berwik ;—pro ejus auxiliis, &c., dicte Marg. impensis, et specialiter pro ejus auxiliis, &c., impensis filio dicte Marg., Alex. Lindesay de Ochtirmonse militi in

recuperatione et adeptione aliarum terrarum :—Tenend. de rege :—Test. M. Hugone Dowglace decano Brechinen., M. Pat. Buttirgask notario publico, M. Pat. Petcarne, Jac. Gardin filio et apparente herede Thome G. de Newtoun, Waltero Strang filio et apparente herede Thome S. de Petcorthe, et Tho. Dunbar :—Apud Barclaycarne, 8 Jan. 1496]:—Test. (cum appensione secreti sigilli in majorem securitatem) *ut in carta* 2336. xiii. 244.

2340. Apud Edinburgh, 31 Jan.

REX confirmavit cartam Margarete Dunbar comitisse Craufurdie, domine de Cokburne et Brigehame,—[qua concessit filio suo ALEXANDRO LINDESAY de Ouchtirmonse, militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cokburne, cum molendino, tenentibus, &c., earundem, vic. Berwik,—pro ejus auxiliis, &c. :—Tenend. de rege : —Test. (*ut in carta* 2339);—Apud Barclaycarne, 8 Jan. 1496]:—Test. *ut in carta* 2336. xiii. 245.

2341. Apud Edinburgh, 1 Feb.

REX confirmavit cartam tallie Johannis domini Lindesay de Biris, ac baronis baronie de Erth, —[qua concessit JOHANNI ELPHINSTOUN de Pettindreich—pro ejus servitio, —terras de Pettindreich, quartam partem terrarum de Erthbeg, cum septima parte alterius quarte partis hujusmodi terrarum, in baronia de Erth, vic. Striveling ; — quas idem Joh. in manibus dicti Joh. dom. L. tanquam domini superioris personaliter resignavit :—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro E. fratri germano dicti Joh., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Andree E. de Selmys et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Johanni E. civi Glasguen., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus heredibus masculis dicti Joh. E. hoc cognomen gerentibus quibuscunque, a dicto **Joh. dom.** L. de rege :—Test. Wil. episc. Abirdonen., M. Tho. Bailye rectore de Cultir, Jac. Mure, Wil. Mortoun, Joh. Craigingelt, Jac. Bissate, et Alex. Elphinstoune:—Apud Edinburgh, 21 Dec. 1496]: —Test. *ut in carta* 2336.

xiii. 246.

2342. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Jonete Ramsay domine de Petcruvy ac domine Lindesay de Biris, sponse quondam David domini Lindesay de Biris, —[qua—pro salute animarum regis, &c., et quondam Johannis Ramsay de Petcruvy militis avi sui, Walteri R. de P. patris sui, Domine Isobelle Wemys matris sue sponse dicti Walt., quondam Joh. Lundy de eodem, Andree Lundy de Petlochy, fratrum suorum, D. Joh. Lundy de eodem militis moderni, et Rob. Lundy de Balgony,—concessit D. Thome Fergusoun capellano et ejus successoribus, capellanis divina celebraturis ad altare B. V. M. in insula boreali ECCLESIE PAROCHIALIS DE LARGO,—annuum redditum 5 merc. de terris de Scheithum, ann. redd. 4 merc. de predictis terris de Scheithum et Caldhame, ann. redd. 30 sol. de terris de Banchry, vic. Fife ; ann. redd. 10 sol. de terris et tenementis quondam Johannis Chalmer et Alani Lokkert, in burgo de Cupro, in vico vocato *le Waltargait* ex parte boreali dicti vici, inter terras David Lindesay et Joh. Leith, (quos ann. redd. 30 et 10 sol. D. Joh. dom. Lyndesay de Biris dicte capellanie donavit, juxta tenorem contractus inter se et dictam Jon. desuper initi) ; terras templarias de Straitherlie, in baronia de Lundy, vic. Fiffe :—Tenend. in puram elemosinam :—Test. Florentino Adinulty, D. Wil. Fogo capellano, Joh. Foret, Dav. Foret, Geo. Sympill, Jac. Traill, Joh. Libertoun, Rob. Young :—Apud Petcruvy, 28 Jan. 1496] :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum :—Test. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36.

xiv. 252.

2343. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REX concessit familiari armigero suo ROBERTO LUNDY de Balgony, et heredibus ejus,—terras de Scheithum, Caldhame, molendinum granorum, molendinum fullonis, et le Blakfaldis, cum

tenentibus, &c., earundem, ex boreali et australi partibus aque de Levin, vic. Fiffe ; —quas Tho. Scheithum personaliter resignavit :—REDDEND. unum par calcarium, nomine albe firme :—TEST. 30. 32. 42. 26. 84. 20. 37. 40. 38. 36.

xiii. 273.

2344. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX confirmavit cartam Roberti prioris monasterii Vallis S. Andree de Pluscardin, Ordinis S. Benedicti, Moravien. dioces., et conventus ejusdem,—[qua, cum consensu Andree episc. Moravien. et capituli ejusdem, (ob gratitudines, &c., per Robertum Murray dicto monasterio in conquestu totius baronie terrarum de Foquhabris impensas, viz. Westir Foquhaber, Estir Foquhaber, Ordedarrich, et Aldchais, et precipue quia in conquestu terrarum de Westir Foquhabir, summam 5 lib. eis gratanter debursavit, ac pro redemptione terrarum de Estir Foquhabir, pro 200 merc. impignoratarum, eis dictam summam libere donavit), igitur, indempnitati ejus providere cupientes, concesserunt et ad feodifirmam dimiserunt dicto ROBERTO MURRAY—prefatas terras de Westir Foquhabir et Estir Foquhabir, in dominio Moravie, vic. Elgin: —Tenend. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Andree Harware, burgen. de Perth, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., dictis priori, &c., reversuras:—Reddend. pro Estir Foquhabir 10 merc., et pro Westir Foquhabir 8 merc. annuatim ;—et si contingeret dictum Rob. et heredes, &c., molendinum erigere, extunc astrinxerunt multuram terrarum de Ordedarrich dicto molendino tanquam sequelam propriam de dictis terris ;—et si contingeret terras de Aldchais tunc impignoratas redimi, astrinxerunt multuram earundem dicto molendino, reddendo pro multura terrarum de Aldchais 6 sol. 8 den. :—cum communi sigillo dicti monasterii, unacum subscriptionibus dictorum prioris et conventus et sigillo rotundo dicti episcopi et communi sigillo dicti capituli :—Apud ecclesiam Cathedralem Moravien., 10 Maii 1500]:—Test. *ut in carta* 2522, *cum* 26.

xiii. 395.

2538. Apud Aberdene, 22 Jun.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabeth Masoun relicte quondam Johannis Skrymgeoure, burgen. de Dunde, —[qua concessit ad sustentationem unius capellani ad altare SS. Johannis Ewangeliste, Martini confessoris, Erasmi et Dionisii martirum edificand. in borientali parte ECCLESIE PAROCHIALIS B.V.M. DE DUNDE, divina celebraturi, — annuum redditum 10 merc. 6 sol. 8 den. de terris Joh. Quhite burgen. de Dunde, ex parte orientali venelle *le Skirlingiswynde*, et ex parte occidentali montis castri; ann. redd. 10 sol. de terra quondam Wil. Mychaell in dicta venella; ann. redd. 18 sol. de terra Alex. Ramsay sutoris, ex parte australi vici Ergadie inter terram Joh. Merchell et terram quondam Tho. Cowell; ann. redd. 13 sol. 4 den. de terra Joh. Blare, inter terram Joh. Symsoun et terram quondam Wil. Blak :—Tenend. in puram elemosinam :—Voluit etiam quod quandocunque dictam capellaniam vacare contingeret, presentatio dum viveret ad se, et cum ab hac luce se migrare contigisset, ad Tho. Hay filium quondam Dav. Hay de Sandfurde et heredes ejus, quibus deficientibus, ad heredes Henrici Barre burgen. de Dunde pertineret :—Test. Walt. Drummond, Joh. Drummond, Tho. Boide, D. Jac. Tod, et D. Geo. Culross, capellanis : —Apud Dunde, 10 Apr. 1500] :—Salvis regi orationum suffragiis devotarum : — Test. *ut in carta* 2522. xiii. 396.

2539. Apud Striveling, 30 Jun.

REX confirmavit cartam Archibaldi comitis Angusie, dom. Douglas,—[qua, pro singulari dilectione, concessit KATHERINE STRIVELING, filie Willelmi S. de Keir militis,—terras suas comitatus Angusie, et dominii de Kerymure, liberam regalitatem ejusdem, cum annexis, tenentibus,

&c., earundem, necnon advocationibus, donationibus ecclesiarum, &c., earundem, vic. Forfare :— TENEND. dicte Katherine et prolibus ejus masculis inter se et ipsam procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti comitis quibuscunque libere reversuras, de rege:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. Pat. Wellis preposito et vicecomite burgi de Perth, Walt. Oliphant, Joh. Donyng, Joh. Broysoune, ballivis, And. Charteris de Cuthilgurdy, Rob. Merser de Ballief, Jac. Drummond, Alex. Bunche, Joh. Rettray, M. Rob. Chaumer, Joh. Charteris, M. Hen. Quhite, And. Broun, Joh. Merchell, M. Rob. Erskin rectore de Murtle, D. Rob. Barbour capellano, et Dyonisio Constantyne clerico :—Apud burgum de Perth, 1 Jun. 1500] :—TEST. *ut in carta* 2434.

xiii. 438.

2540. Apud Striveling, 10 Jul.

REX concessit WALTERO OLIPHANT, fratri germano Jacobi O. de Ardquhailze, et heredibus ejus,—terras de Arquhailze, Bauhabram, Elchyok, Ardargy, vic. Perth; ac terras de Wemys, vic. Fiffe;—quas dictus Jac. resignavit :—TEST. *ut in carta* 2458. xiii. 407.

2541. Apud Striveling, 13 Jul.

REX confirmavit DUNCANO MAKKE de Craichlo, et ELIZABETH ADARE ejus sponse,—17 merc. terrarum de Longastir, 16 sol. 8 den. terrarum de Makbane, 13 sol. 4 den. terrarum de Mondibbird, 6 sol. 8 den. terrarum de Drummavernane, et 40 den. terrarum de Crumlew, vic. Wigtoun; —quas idem Dunc. personaliter resignavit: —TENEND. dictis Dunc. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis heredibus dicti Duncani quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2440. xiii. 636.

2542. Apud Striveling, 14 Jul.

REX concessit ALEXANDRO CALDORE, et heredibus ejus,—terras de Sonnahard, vic. Abirdene;—quas Jac. Skrymgeoure de Sonnahard resignavit :—TEST. *ut in carta* 2522. xiii. 398.

2543. Apud Striveling, 22 Aug.

REX concessit WILLELMO DOUGLAS de Drumlanrig, et heredibus ejus,—10 merc. terrarum ville de Dalgarnok antiqui extentus, vic. Drumfreis;—quas Adam Kirkpatrik de Pennersax resignavit :—TEST. *ut in carta* 2458. xiii. 408.

2544. Apud Edinburgh, 24 Aug.

REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo WILLELMO MERSAR, heredibus ejus et assignatis,—terram et tenementum cum orto, infra burgum de Perth, in vico de le Hiegate;—que fuerunt quondam Johannis Gentt tinctoris, et tunc regi pertinebant tanquam ultimo heredi :—TEST. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 45. 38. 43. xiii. 530.

2545. Apud Falkland, 14 Sept.

REX concessit WALTERO STEWART, filio Willelmi S. de Baldorane,—5 merc. antiqui extentus terrarum de Duchlas, in dominio de Rossnethe, vic. Dunbertane;—quas dictus Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Waltero et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Johanni S. fratri dicti Walt. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque : — RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TEST. 30. 44. 42. 26. 84. 45. 38. 43. xiii. 413.

2546. Apud Edinburgh, 20 Sep.

REX concessit JOHANNI DOMINO HAY de Yestir, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Lochorwart, cum molendino de Lochorwart, unacum tenentibus, &c., advocatione et donatione capellaniarum earundem, vic. Edinburgh;—quas Pat. comes de Boithuile dom. Halis personaliter resignavit :—TEST. 30. 44. 42. 26. 48. 84. 45. 38. 43. xiii. 424.

2547. Apud Dunde, 21 Sep.

REX confirmavit cartam David Ogilvy de Inchmartyn,—[qua—amore filiali et pro fideli servitio, &c., cum consensu sponse sue Mariote Hay in judicio prestito,—concessit filio suo JACOBO OGILVY de Balgally,

heredibus ejus et assignatis,—terras de Westir-Inchmartyn, Estir-Inchmartyn, cum turre, fortalicio, et manerie ejusdem, unacum tenentibus, &c., et advocatione ac donatione capellanie capelle B.V.M. infra dictum fortalicium; necnon terras de Petmedil et Cragdaly, cum molendino ejusdem et multuris et ejus sequelis, in baronia de Inchmartyn; ac etiam superioritatem terrarum de Strathardill in baronia de Douny; unacum terris de Balgawy que fuerunt quondam D. Hugonis, in baronia de Insture, vic. Perth :—Tenend. a dicto Dav. de rege :—Reservato libero tenemento dicto Dav., et post ejus decessum dicte Mariote, —salva dicto Jac. et heredibus ejus immediate post decessum dicti David, dicta turre de Inchmartyn unacum 20 merc. terrarum infra baroniam de Inchmartyn, tam in feodo quam in libero tenemento :—Test. Pat. Wellis preposito et vicecomite de Perth, Joh. Brisoun, Joh. Donnyng, Rob. Bonkle, ballivis, D. And. Eldare capellano ac notario publico, Dionisio Constantyn :—Apud Perth, 13 Aug. 1500]:—Test. *ut in carta* 2458, *excepto* 42. xiii. 406.

2548. Apud Lanark, 15 Oct.

REX confirmavit cartam Johannis Lindessay de Cowyntoun,—[qua,—pro ejus gratitudinibus, &c., — concessit MARIOTE CRAWFURDE, et heredibus ejus,—illas 10 libratas terrarum antiqui extentus de Redehewis, infra vic. de Lowdiane et baroniam de Cowyntoun; necnon 10 lib. terrarum antiqui extentus de boreali parte ville de Cowyntoun, in baronia ejusdem, vic. Lanark :—Reddend. regi tres sectas ad tria placita capitalia, necnon trifolium nemoris, Anglice *a clavir*, in festo nativitatis S. Joh. Bap. nomine albe firme :—Test. Joh. Brange, Eugenio Donaldsoun, Tho. Archibaldi, Dav. Kennedy, Dav. Lyndessay: —Apud locum de Halyardis, 11 Feb. 1497]: —Test. *ut in carta* 2546. xiii. 425.

2549. Apud Lanark, 18 Oct.

REX ad manum mortuam concessit D. Willelmo Clerksoun, tunc capellano altaris B.V.M. infra ECCLESIAM PAROCHIALEM DE LANARK, et successoribus ejus, — tenementum terre infra burgum de Lanark, ex parte boreali vici regii ejusdem, inter terras Wil. Blake et Joh. Dikysoun; — quod regi pertinebat per decessum Mariote Frammys, bastarde absque legit. heredibus ejus de corpore defuncte :—Tenend. in puram elemosinam: —Faciend. orationum suffragia devotarum: —Test. 30. 44. 26. 84. 48. 45. 38. 43. xiii. 410.

2550. Apud Lanark, 19 Oct.

REX concessit familiari militi suo PATRICIO HUME de Polwort, et ELENE SAW (Schaw) ejus sponse,—terras de Vigornshalch, cum piscationibus ejusdem super aquis de Tweda et Tyviot, terras de Bradeyardis, cum columbario earundem, terras de Horsemerkat, et unam terram husbandiam in Cesfurde, vic. Roxburgh; —quas Jac. Hog de Foulestruder resignavit :—Tenend. dictis Pat. et Elen. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque:—Test. *ut in carta* 2546. xiii. 427.

2551. Apud Lanark, 22 Oct.

REX confirmavit cartam Johannis Gordoun de Lochinver,—[qua, pro dilectione filiali et pro ejus benemeritis, &c., concessit filio suo carnali WILLELMO GORDOUN, procreato inter ipsum et Elizabeth Lindesay sponsam suam,—4 merc. terrarum de Monhounchoun, unam merc. de Kildarich, unam merc. de Garowzery, 18 sol. de Garowkerow, 18 sol. de Kiltersyn, extenden. in toto ad 6 merc. et bis 18 sol. terrarum antiqui extentus, in baronia de Crachlew, vic. Wigtoun :—Tenend. dicto Willelmo et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Joh. et heredibus suis propinquioribus reversuras:—Reddend. wardam, &c., et unam sectam in curia dicti Joh. capitali annuatim tenend. post festum Pasche : — Reservata una acra terre ex australi parte molendini de Monhounchoun, dicto Joh. &c., ad respondend. capitali domino;—et reservato dicto Joh. libero tenemento dictarum terrarum :—

TEST. Joh. Maklellane de Gilestoun, Joh. Greresoun, Cuthberto Greresoun, Joh. Bell, Tho. Makgee, et D. Joh. Wod notario publico:—Apud Kenmore, 17 Sep. 1500]:—TEST. *ut in carta* 2434. xiii. 437.

2552. Apud Lanark, 6 Nov.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Walteri Ker de Cesfurd et domini de Cavertoun,—[qua, pro salute corporis et anime regis ac anime sue et Roberti Ker filii sui militis nuper defuncti, &c., fundavit perpetuam capellaniam in CAPELLA DE CAVERTOUN,—pro cujusquidem capellani secularis sustentatione concessit annuum redditum 10 lib. de terris dominii de Cavertoun, vic. Roxburgh, et duo cotagia proxime adjacentia occidentalem partem pomarii ejusdem, extenden. ad duas acras terrarum, et pratum vulgariter nuncupatum *le Grymys Medow*, cum communi pastura unius equi et 4 de *le sowmoys* in dicta villa de Cavertoun, unacum mansione et orto in quibus Joh. Prindergest et alius vir vocatus Huchon habitaverunt, et cum focalibus necessariis:—TENEND. in puram elemosinam:—TEST. Rob. abbate monasterii de Calco, Radulpho Ker de Prymsideloch, Geo. Gledstanys, Wil. Gledstanys, Bartholomeo Gledstanys, Jac. Creichtoun, et Joh. Lermonth: — Apud Calco, 2 Nov. 1500]:—SALVIS regi orationum suffragiis devotarum:—TEST. *ut in carta* 2545. xiii. 414.

2553. Apud Edinburgh, 6 Nov.

REX confirmavit cartam Johannis Oliphant de Drone, ac domini de Petcathly,—[qua, pro certa summa pecunie premanibus persoluta, vendidit et alienavit Andree abbati MONASTERII DE LUNDORIS, S. And. dioces., et conventui ejusdem, et successoribus eorum et assignatis,—dimed. terrarum de Petcathly, quod de dom. rege superiori ejusdem in feodifirma tenebat, in baronia de Methven, vic. Perth:—REDDEND. unum denarium nomine albe firme:—TEST. M. Dav. Setoun rectore de Fethircarn, M. Jac. Fentoun thesaurario Dunkelden., Pat. Wellis burgen. de Perth, D. Joh. Lindesay vicario de Creich, et D. And. Eldar, presbyteris ac notariis publicis:—Apud Perth, 9 Nov. 1500 (*sic*)]:—TEST. *ut in carta* 2545. xiii. 416.

2554. Apud Edinburgh, 6 Nov.

REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JOHANNI RAMSAY militi, heredibus ejus et assignatis,—terram et hospitium in burgo de Edinburgh, in venella nuncupata *Forestaris-wynde*, inter terras M. Wil. Fowlar, quondam Joh. Mosman, et Wil. Adamsoun;—que fuerunt quondam David Dalrympill burgensis dicti burgi: — INSUPER rex revocavit omnes alias donationes per se ante suam generalem revocationem factas de dictis terra et hospitio:—TEST. 30. 44. 42. 26. 84. 45. 38. 43. xiii. 419.

2555. Apud Edinburgh, 17 Nov.

REX concessit JOHANNI DOMINO DRUMMOND, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Straithbraun, cum dimedietate molendini earundem, extenden. annuatim ad 23 lib. 16 sol. 8 den., dimed. de Auchinvaid ad 33 sol. 4 den., et dimed. de Glensche ad 13 sol. 4 den., vic. Perth; — quequidem fuerunt thesaurarii regis Roberti Lundy de Balgony militis in feodifirma, et quas dictus Rob. resignavit; —ac etiam rex, pro utilitate et proficuo patrimonii corone, &c., concessit et ad feodifirmam dimisit dicto Johanni, &c., —terras de Terrichhardy, Candloch, et Durebroich, cum piscationibus lacuum earundem, extenden. annuatim ad 4 merc., in dominio de Glencoich, vic. Perth, unacum omnibus silvis et lucis, viz. *le Schawis*, tam ad prefatas terras quam ad alias dimedietates dictarum terrarum et molendini spectan.:—REDDEND. duplicem firmam dictarum terrarum, &c., viz. pro Straithbraun 47 lib. 13 sol. 4 den., pro Auchinvaid 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Glensche 26 sol. 8 den.;—necnon pro Terrichhardy, &c., 5 lib. 6 sol. 8 den.:—TEST. *ut in carta* 2545. xiii. 418.

2556. Apud Edinburgh, 25 Nov.

REX, tanquam senescallus Scotie, concessit JONETE SOMERVELL, et heredibus ejus,—10 lib. terrarum de Prestwikschawis, in ballia de Kyle-stewart, vic. Are;

—quas Tho. Somervell de Braxfeild apud Striveling resignavit :—TEST. *ut in carta* 2554. xiii. 423.

2557. Apud Striveling, 30 Nov.
REX, pro proficuo patrimonii corone, &c., concessit WILLELMO DOMINO RUTHVEN, et heredibus ejus, — dimedietatem terrarum de Strathbraun, cum dimed. molendini earundem, extenden. annuatim ad 23 lib. 16 sol. 8 den., dimed. de Auchynvade ad 33 sol. 4 den., et dimed. de Glensche ad 13 sol. 4 den., vic. Perth; — que fuerunt Pat. Hume de Polwort militis in feodifirma, et quas dictus Pat. resignavit ; —ac etiam rex concessit et ad feodifirmam dimisit dicto Wil., &c., piscationes lacuum unacum silvis et lucis, viz. *le Schawis*, pertinen. dictis terris :—REDDEND. duplicem firmam, viz. pro Strathbraun 47 lib. 13 sol. 4 den., pro Auchinvaid 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Glensche 26 sol. 8 den.: —TEST. *ut in carta* 2554. xiii. 421.

2558. Apud Striveling, 30 Nov.
REX confirmavit cartam Henrici Mundwele de Eggernes,—[qua vendidit et alienavit RANKINO MURE, heredibus ejus et assignatis,— duas mercatas cum dimedia antiqui extentus terrarum de Gatgill-Mundwell in proprietate, et 5 merc. ejusdem extentus earundem terrarum in superioritate, infra senesc. de Kirkcudbrycht :—TENEND. de rege :—TEST. Alano M'Lellane aldermanno de Wigtoun, Macolmo Makgilhauch ballivo ejusdem, Pat. Murdachsoune, Tho. Maklellane, et Gilb. Wricht, laicis, ac D. Joh. Wricht et D. Joh. Makcrekane, capellanis ac notariis publicis : — Apud Wigtoun, 10 Mar. 1497] :—TEST. *ut in carta* 2571. xiii. 522.

2559. Apud Striveling, 2 Dec.
REX, pro bono servitio, concessit ALEXANDRO DOMINO GORDOUN, et heredibus ejus,—terras de Mogomar, duas Rathullachis, Inwergleith, Agherom, Stronabay, duas Blairouris, Ternenadrissiech, Hanchannach, duas Fersenes, Inverlair, Auchaneheithin, Munesse, Elanach, Enche, Kilchonade, Innachane, Braklater, Kilmonyvaig, Lindalle, duas Lanachquhanis, Auchnaschene, Scheane in Auchidrome, Pitmaglassy, Culynros, et Lettirfynlay, unacum forestis et silvis dictis terris spectan., in dominio de Lochquhabir, vic. Invernes ; — regi pertinen. ratione forisfacture Johannis olim comitis Rossie et dom. Insularum et Lochquhabir :—REDDEND. devorias warde, &c., unacum tribus sectis curiarum vic. Inverness :—TEST. *ut in carta* 2554. xiii. 422.

2560. Apud Striveling, 16 Dec.
REX concessit ROBERTO PORTERFEILD, filio et heredi apparenti Johannis P. junioris de eodem, et ISOBELLE MAXWELL sponse dicti Rob.,—terras de Portarfeild, extenden. annuatim ad 40 sol. terrarum antiqui extentus, infra libertatem burgi de Renfrew, vic. ejusdem;—quas dictus Joh. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Isob. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—RESERVATIS libero tenemento dicto Johanni ac rationabili tertia Katherine Necgreger (?) ejus sponse cum contingeret : —TEST. *ut in carta* 2566. xiii. 431.

2561. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Magistri Andree Liell, thesaurarii Aberdonen., — [qua,—tanquam executor bonorum M. Alexandri Lindesay, quondam rectoris de Balhelvy, et pro salute animarum regis, quondam Alex. L. patris dicti Alex., Henrici Kingordin, Symonis et Patricii Kingorn, &c.,—concessit capellanis choristis communia recipientibus in ECCLESIA CATHEDRALI VIRGINIS MARIE DE ABERDONE divina celebrantibus, et eorum successoribus,—annuum redditum 10 merc. de firmis et redditibus terrarum de Angustoun, in dominio de Drum, vic. Aberdone : —TENEND. in puram elemosinam :—TEST. Magistris et Dominis Johanne Lindesay, Jacobo Lindesay, Willelmo Liell, et David Greif :—Apud Aberdene, 31 Dec. 1500]:— TEST. *ut in carta* 2434. xiii. 434.

2562. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit JOHANNI SOMERVEL

de Cambusnethane militi, et heredibus ejus, —10 libratas terrarum antiqui extentus de Prestwikschawis, in Kilestewart, vic. Are; —quas Thomas Somervel de Braxfield resignavit, reservando liberum tenementum dicto Thome ac rationabilem tertiam Elizabeth Crawfurd sponse sue;— post quamquidem resignationem rex donavit predictas 10 lib. terrarum Jonete Somervell et heredibus ejus,—et dicta Joneta, cum consensu Johannis Symontoun sponsi sui, easdem iterum resignavit:—Tenend. de rege tanquam senescallo Scotie:—Test. *ut in carta* 3619.[1] xvii. 104.

2563. Apud Edinburgh, 7 Jan.

REX, pro fideli servitio, concessit familiari suo JACOBO JAKLYN, barbitonsori, et heredibus ejus, — terram et tenementum in burgo de Edinburgh ex parte australi vici regii ejusdem infra tenementum quondam Henrici Libertoun, inter terram dicti Henrici et terram quondam Willelmi Nevyn; — que regi pertinebant tanquam ultimo heredi quondam Johannis Jacob:—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiv. 41.

2564. Apud Striveling, 12 Jan.

REX concessit WILLELMO CARLILL militi, nepoti et heredi apparenti Johannis dom. Carlill, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Carlill, cum castro et fortalicio earundem, vic. Drumfreis; terras de Kynmont, Torduff, et Bengaw, in senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis; terras de Pettynane, vic. Lanark, dictis terris et baronie de Carlill annexatas; unacum tenentibus, &c., advocationibus, &c., ecclesiarum et capellaniarum earundem;—quas dictus Joh. resignavit:—Reservato libero tenemento dicto Joh.:—Test. *ut in carta* 2572, *cum* 45. xiii. 449.

2565. Apud Striveling, 14 Jan.

REX, pro fideli servitio, concessit DUNCANO STEWARTE, filio et heredi quondam Dungalli Stewarte de Appin, pro toto tempore ejus vite,—20 lib. terrarum de Durroure, viz., 7 merc. terrarum de Coule de Durroure, 7 merc. de Ardsell et Lagynhall, 3 merc. de Auchincar, 5 merc. de Auchindarach et Auchinblare, 3 merc. de Bellecaullis; necnon 20 merc. de Glencowyn; extenden. in integro ad 50 mercatas, vic. Perth;—que fuerunt in manibus Johannis Makcoule per donationem regis in minore etate confectam, et iterum regi legitime devenerunt per ultimam generalem revocationem:—Quare rex mandavit ne quis dicto Duncano ejusve subtenentibus aut servitoribus in occupatione dictarum terrarum durante ejus vita impedimentum seu obstaculum faceret, sub omni pena, &c. xiii. 429.

2566. Apud Striveling, 16 Jan.

REX, pro bono servitio, ac pro proficuo patrimonii corone, concessit ROBERTO MENZEIS de eodem, heredibus ejus et assignatis,—20 sol. terrarum de Eddirroull, 4 merc. terrarum de Cammysarnay, unam merc. terrarum de Tolicro, contiguam dictis terris de C., 20 sol. terrarum de Nethir-Mewane quas Donaldus Makqueil inhabitabat, 5 merc. terrarum de Tigirmach, 2 merc. terrarum de Thomtheogle, extenden. annuatim in integro ad 10 lib. terrarum antiqui extentus, in dominio de Apnadull, vic. Perth, unitas et incorporatas in libera baronia de Cammysarnay:—Reddend. triplicem firmam dictarum terrarum, viz. 30 lib. nomine feodifirme:—Test. 30. 44. 42. 84. 45. 38. 43. xiii. 428.

2567. Apud Striveling, 14 Feb.

REX confirmavit ALEXANDRO MAKCULLOCH de Mertoun militi, et MARJORIE SINCLARE ejus sponse,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Ardlare, vic. Wigtoun;—quas idem Alex. personaliter resignavit: — Tenend. dictis Alex. et Marjorie, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Alex. quibuscunque:—Test. 55. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiv. 23.

2568. Apud Perth, 26 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit

[1] This reference is evidently wrong.

cartam Cristine Broune, filie et heredis quondam Joh. Broune burgensis de Perth, et heredis Alex. Browne ejus fratris,—[qua, cum consensu sponsi sui Wil. West burgensis dicti burgi, in puram elemosinam concessit capellanie S. Rochi, et uni capellano ad altare S. Blasii ex parte boreali chori ECCLESIE PAROCHIALIS DE PERTH missas, &c., indies celebraturo, —16 mercas annualis redditus de tribus terris suis in vico boreali dicti burgi; et deficiente una dictarum terrarum, de reliquis duabus; et duabus def. de tertia :—Reservato sibi, et post suum decessum dicto Wil. West, libero tenemento :—Test. Rob. Merser preposito ac vicecomite dicti burgi, And. Charteris de Cuthilgurdy, M. Jac. Fentoun thesaurario Dunkeldensi, Joh. Rettray, Alex. Tiry, et And. Bunch, ballivis de Perth, Alex. Bunch, Joh. Brisoun decano gilde, And. Bunch magistro fabrice, Alex. Blare, Joh. Eyrmare, M. Rob. de Camera, Alex. Lowell, Pat. Murray, Joh. Merschell, Joh. Low, Joh. Harwe, et Geo. Tailyeour, serjandis, Dionisio Constantini dicti burgi clerico, et D. And. Elder presbytero ac notario publico : — cum sigillo Joh. Charteris unius ballivorum sasinam dantis D. Petro Fentoun nomine capellani ad dictam capellaniam presentandi, ymaginem S. Rochi in manibus deferenti :—Apud Perth, 20 Feb. 1500] :—Test. *ut in carta* 2434.

xiii. 440.[1]

2569. Apud Striveling, 2 Mar.

REX ad manum confirmavit cartam Umfridi Cunynghame de Glengarnok militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit D. JOHANNI MYRETOUN canonico ecclesie Cathedralis Dunkeldensis, prebendario de Forgundevinny in eadem, rectori de Duplyn Dunblanensis diocesis, et assignatis ejus, viz. D. Laurentio Oliphant capellano ejus, et ejus successoribus capellanis perpetuis capellanie et altaris S. Katherine in ECCLESIA PAROCHIALI DE FORGUNDEVINNY per dictum Joh. fundati,—dimedietatem terrarum suarum de Kildynne, Archibaldo Cunynghame patruo suo tunc assedatam, in baronia sua de Ouchtirmachne, vic. Perth :—Reddend. dicto Umf. annuatim unum den. argenti, nomine albe firme:—necnon easdem warrantizavit, presertim per terras de Kipkullouch et Cramenane, in comitatu de Levenax, vic. Striveling :—Test. Rob. Glen, Rob. Cunynghame, Walt. Hay, Joh. de Dunde, Joh. Wilsoun, Wil. Hering, et Joh. Perys :—Apud Perth, 24 Apr. 1494] :—Donec et quousque dicta dimedietas redempta esset juxta tenorem litterarum reversionis desuper confectarum: —Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43.

xiii. 442.

2570. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Rob. Blynsele burgensis de Abirdene,—[qua,—pro salute animarum Eliz. Wod sponse sue, quondam Dunc. et Niniani Blynsele filiorum suorum, &c.,—in puram elemosinam concessit doctoribus, magistris, regentibus, prebendariis, studentibus ac pueris chori ECCLESIE COLLEGII UNIVERSITATIS ABIRDONENSIS, et eorum successoribus,—annuum redditum 23 solidorum de terra quondam David Hill, ex boreali parte vici castri infra dictum burgum :—Test. M. David Guthre rectore de Abirdour, M. Tho. Prat, M. Hectore Boyse, M. Wil. Hay, M. Dunc. Cristesoun, Pat. Chyrnside, Jac. Strachin, Geo. Guthre, Wil. Skrymgeour serjando, ac D. Joh. Striveling notario publico :—cum sigillo Joh. Mar unius ballivorum ac datoris sasine:—Apud Abirdene, 20 Aug. 1500] :—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43.

xiii. 483.[2]

2571. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX, tanquam comes de Carrik, concessit JOHANNI BLAIR, et BEATRICI MORTOUN ejus sponse,—2 mercatas 6 solidatas et 8 denariatas terrarum antiqui extentus de Mydil-Achyndrane, in comitatu de

[1] This charter contains the following names of householders in Perth :—umquhile Pat. Malcomstoun, Joh. Merschell merchant, Rob. Davidsoun, umq. Dunc. Millar, and Wil. Brewis.

[2] This charter mentions the following householders in Aberdeen :— Joh. Murray, M. And. Cadiow, and umquhile Joh. Howisoun.

Carrik, vic. Are;—quas Jac. Schaw de Salquhy resignavit:—Tenend. dictis Joh. et Beatrici, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43.

xiii. 520.

2572. Apud Edinburgh, 12 Mar.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Wil. Myrtoun presbyteri S. Andree diocesis,—[qua in puram elemosinam concessit uni capellano divina perpetuo celebraturo ad altare Beati Michaelis Archangeli, in australi parte ECCLESIE PAROCHIALIS DE CRAILE,—5 acras vel circiter terrarum in *le Pottargait* burgi de Craile ex parte boreali ejusdem (ad estimationem) 40 sol., annuum redditum 3 solidorum de ruda terre Johannis Bell versus orientem per pontem et ad boriam, 6 sol. de tota terra Tho. Law in vico australi et ex parte boriali ejusdem, 12 den. de una ruda terre Tho. Balcolmy ibidem, 2 sol. de terra Agnetis Bell ex parte australi ejusdem vici, 12 den. de terra Joh. Daw ibidem, 12 den. de terra Hen. Congiltoun ibidem, 6 sol. de alia terra Hen. Congiltoun ibidem, 6 sol. 8 den. de terra Wil. Broune, 6 sol. de terra Jac. Annell in vico occidentali, 6 sol. de terra Mariote Broys prope portam; unum sanum tenementum jacens prope eandem portam, ad estimationem 16 sol., et solvendo 5 sol. servitio Hugonis Kay; 3 sol. ann. red. de terra Ric. Otter versus occidentem per portam, 6 sol. 8 den. de terra Joh. Masoune ibidem, 5 sol. de terra Joh. Bryde ibidem, 6 sol. de terra Tho. Symsoune in vico occidentali supra crucem, 4 sol. de terra Wil. Watsoune in eodem vico, 5 sol. 4 den. de terra Wil. Crisse versus orientem per rivolum qui ducit ad communia molendina, 6 sol. de terra Michaelis Inglis in eodem vico, 6 sol. de terra Tho. Parke versus pontem et ex australi parte ejusdem, 6 sol. de terra Joh. Fowlare in eodem vico ex eadem parte, 6 sol. de terra Geo. Myrtoun in vico fori ex parte boreali, 4 sol. de terra Tho. Corstrophin in eodem vico ex parte australi; unum sanum tenementum ex parte boreali ejusdem vici, ad estimationem 40 sol. annuatim; 4 sol. ann. red. de terra Tho. Hay in vico australi dicti burgi; 4 rudas terre jacentes in *le Pottargait* ex parte australi ejusdem; ann. red. 10 sol. de duobus tenementis terrarum Wil. Spens, ex parte australi communis fori:—Test. Joh. Cuninghame de Bernys, David Myrtoun de eodem, Joh. Myrtoun de Randelstoun, Joh. Wemys, Jac. Annell, Geo. Kenlochquhy, Wil. Cass, Joh. Cass, Hen. Congiltoun, et M. Symone Campioun:—cum communi sigillo dicti burgi, et sigillis Tho. Wemys et Edw. Spens ballivorum: — Apud Craile, 1 Jun. 1500]:—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. 43. xiii. 444.[1]

2573. Apud Striveling, 15 Mar.

REX confirmavit ANDREE DOMINO AVANDALE, et MARGRETE KENNEDY ejus sponse,—terras de le Overtoun, Nethertoun, et Manys de Strathavane, Gallowhill, Cauldstreme, Over Lethame, Nether L. et Carnduff, in dominio de Avandale, vic. Lanark; — quas idem And. personaliter resignavit: — Tenend. dictis And. et Margrete, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscunque:—Test. *ut in carta* 2572.

xiii. 446.

2574. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX,—pro favore erga Thomam abbatem monasterii Insule S. Columbe, et conventum ejusdem, necnon pro hospitio, &c., ligeorum venientium, tam per terram quam

[1] The following names of householders in Crail occur in this charter:—David Calfhird, Alex. Spens, Alex. Balcomy, Joh. King, Joh. Robertsoune, Wil. Daw, Joh. Balcolmy, Alex. Robertsoune, Joh. Spens, Joh. Cives, Joh. Otter, Wil. Symsoune, Hugh Lyell, umquhile Wil. Deyr, umq. Joh. Broys, umq. Rob. Strang, the laird of Kippo, Joh. Wemys, Tho. Love, Joh. Wilkow, Jas. Calwe, Jas. Wilsoune, Wil. Parke, Joh. Layng, Tho. Yule, Alex. Storour, Tho. Smyth, Geo. Gilruth, Rob. Balcomy, Joh. Bawyn, Edw. Spens, Wil. Dischingtoun, Joh. Cruke, Tho. Balcomy, Joh. Philpe.

per mare, a diversis regni partibus, et illorum presertim qui confluebant ad portum maris nuncupatum *le Quenis Ferry*,—infeodavit et creavit OCCIDENTALEM VILLAM DE ABIRDOUR, dictis abbati et conventui spectantem,—liberum burgum in baronia pro perpetuo ;—concessit etiam inhabitantibus potestatem emendi et vendendi, &c.; et ut essent burgenses, et quod dictus abbas et successores ejus potestatem haberent eligendi ballivos, &c.; necnon inhabitantibus ut haberent crucem et forum die Sabbati singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis die S. Columbe et per octavas ejusdem :—Test. *ut in carta* 2572. xiii. 445.

2575. Apud Edinburgh, 18 Mar.
REX,—quia in causa optenta per Joh. dom. Drummond, contra Joh. dom. Flemyng decretum extitit de 100 mercis persolvendis, —et literis vicecomiti de Perth directis, defectu bonorum mobilium terre subscripte, per dictum dom. Flemyng de rege in capite tente, pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto dom. Drummond vendite ;—igitur concessit dicto JOHANNI DOMINO DRUMMOND, et heredibus ejus,—5 mercatas orientalis dimedietatis terrarum de Dunbullis, vic. Perth, tunc per Walt. Oliphant occupatas ;—et voluit quod dictus dom. Flemyng et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 451.

2576. Apud Edinburgh, 18 Mar.
REX,—quia in causa optenta per Joh. Wallace de Cragy, contra Alex. Guthre de eodem militem decretum extitit de 30 libris persolvendis,—et literis vicecomiti de Forfare directis, defectu bonorum mobilium terre subscripte, per dictum Alex. de rege tente in capite, pro dicta summa appreciate sunt et dicto Joh. vendite ;—igitur concessit dicto JOHANNI WALLACE de Cragy, et heredibus ejus,—2 mercatas 6 solidatas 8 denariatas (sive 30 solidatas) terrarum de Westir Lowry, quas Joh. Dog tunc inhabitabat, vic. Forfare ;—et voluit quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. 43. xiii. 504.

2577. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX confirmavit cartam Joh. Stewart de Cardany,—[qua, pro certa pecunie summa persoluta, vendidit et alienavit GEORGIO BLAIRE commoranti in Bendochquhy, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem de villa de Petty, cum dimedietate molendini, tenentibus, &c., vic. Forfare :—Reddend. annuatim regi unam dimedietatem libre piperis nomine albe firme :—Apud Edinburgh, 22 Mar. 1500] :—Test. *ut in carta* 2434. xiii. 439.

2578. Apud Edinburgh, 22 Mar.
REX confirmavit cartam Pat. Clugstoun de Gass,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI DUNBAR de Mouchrum—omnes terras suas, viz. 3 mercatas terrarum de Gass, 4 merc. de Bordland, 2 merc. de Lochcregach, 1 merc. de Drumdowill et Knokcowill, et 1 merc. de Cragdow, vic. Wigtoun :—Tenend. dicto Joh. et heredibus inter ipsum et Jonetam ejus sponsam, et assignatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—Reddend. regi servitium warde :—Reservando sibi liberum tenementum, et rationabilem tertiam partem uxori sue si contingeret :—Test. Joh. Eklis filio et herede apparente Johannis Eklis de eodem, Geo. Dunbar filio dicti Joh. Dunbar, Geo. Ahannay, Alex. M'Culloch, Arch. Cunyburgh, D. Mauricio Logane, capellanis, et Nigello Maknacht :—Apud Mochrum, 21 Feb. 1500] :—Test. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 491.

2579. Apud Edinburgh, 24 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo THOME BUTLARE, et heredibus ejus,—terram et tenementum in burgo de Edinburgh ex parte australi vici regii, inter terras dicti Thome et terram Hen. Rynd ;—que fuerunt quondam Geo. Knox burgensis dicti burgi in libero tenemento, et Wil. Knox ejus filii in feodo, et tunc regi ratione bastardie dicti Geo. aut tanquam

ultimo heredi dicti Wil. pertinebant :—REDDEND. regi servitium burgi, &c., necnon D. Alex. Coksoun capellano altaris B.V.M. de Pietate in ecclesia collegiata de Edin burgh, et ejus successoribus, 8 mercas annui redditus :—TEST. *ut in carta* 2569. xiii. 443.

ANNO DOMINI 1501. ANNO REGNI 13.

2580. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX confirmavit WILLELMO COMITI EROLIE, et ELIZABETHE LESLY ejus sponse,—terras de Incheschiray et piscariam earundem, in baronia de Eroll, vic. Perth; —quas idem comes resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Wil. secundum tenorem carte tallie prius desuper confecte :—TEST. *ut in carta* 2572. xiii. 447.

2581. Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX confirmavit cartam Georgei com. de Rothes, dom. Lesly super Levyn, ac baronis de Dunloppy,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis ADE HEPBURN de Craggis, heredibus ejus et assignatis,—duas partes terrarum suarum dicte baronie de Dunloppy, et molendinorum earundem, que prius appreciate fuerunt Patricio com. de Bothuile, dom. Halys, &c., vic. Forfare ;—RESERVATA reliqua tertia parte dictarum terrarum, &c., una cum advocatione et jure patronatus ecclesie de Dunloppy ;—quasquidem terras, &c., dictus Geo. tenebat in capite de rege in alba firma :—REDDEND. annuatim dicto Geo. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Wil. Scot de Balwery, Geo. Lawdir de Quhittislaid, militibus, Alex. Lawdir preposito de Edinburgh, M. David Setoun rectore de Fethircarne, David Balfour de Carraldstoun, M. Hen. Quhite rectore de Rothes, M. Pat. Lummysdene rectore de Lonchardy, Jac. Lermonth, Alex. Lermonth, Joh. Ogill, Hectore Lawre, Ric. Mekill et Wil. Clerk notariis publicis :—cum subscriptione manuali dicti Geo.:—Apud Edinburgh, 31 Mar. 1501] :—TEST. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 479.

2582. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Alex. Barcar vicarii de Pettynane,—[qua in puram elemosinam concessit ad sustentationem unius capellani secularis imperpetuum celebraturi ad altare S. Blasii in ECCLESIA PAROCHIALI BEATI EGIDII DE EDINBURGH, — annuum redditum 10 mercarum de terra et tenemento quondam Rob. Aldoch, ex parte australi vici regii burgi de Edinburgh, 5 merc. de terra Walt. Redpeth, ex parte boreali ejusdem vici prope arcum inferiorem, 4 merc. de tenemento David Hoppar burgensis de Edinburgh, ex parte boreali ejusdem vici, 2 merc. de terra David Flucar ibidem :—TEST. Tho. Butlar, Joh. Tavernour, And. Hog, dicti burgi burgensibus, M. Joh. Quhitlaw prebendario de Alitht, Pat. Craufurd et Wil. Broune presbyteris : — Apud Edinburgh, 30 Maii 1486] :—TEST. 30. 44. 42. 26. 84.48. 54. 35. 38. 43. xii. 374.[1]

2583. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REX assedavit et ad firmam dimisit HENRICO SINCLARE, et ejus assignatis pluribus aut uni,—terras et dominia Orcadie et Zetlandie, cum omnibus earum bondis, proficuis, &c., tam per terram quam per mare, cum custodia castri de Kirkwall et fortaliciorum ejusdem; introitu incipiendo ad festum Penthecostes proximum, et per 19 annos duraturo ; cum potestate subtenentes constituendi, necnon officiarios

[1] This charter contains the following names of householders in Edinburgh ;— Umquhile Joh. Lambe, umq. Geo. Grenlaw, umq. Pat. Baroun knight, umq. Rob. Ridpeth father of Walter, umq. Rob. Henrisoune, umq. Joh. M'Fadzeane, And. Herwy, umq. Wil. Carkettill, Jas. Cameroune, umq. James bishop of Dunkeld.

necessarios substituendi:—REDDEND. annuatim 650 mercas, viz. 20 libras pro Insula de Burray, per regem episcopo Orcadensi sub magno sigillo concessa; 90 lib. pro quinquies 20 martis salsis, et quinquies 20 porcis aridis, pretium cujuslibet marte et porci 18 solidos, bonis et sufficientibus pro usu regis, deliberandis compotorum rotulatoribus apud portum de Leith die Lune proximo post Dominicam in Albis nuncupatam *Laif Sonday*; et si contigisset quod marte, &c., non fuissent parate, tunc esset in adoptione regis et compotorum martas, &c., assumere seu pro pretio earundem 90 lib.; et residuum dicte summe ad festa Penthecostes et Ad Vincula S. Petri nuncupat. *Lammes* persolvend. xiii. 448.

2584.[1] Apud Perth, 26 Maii.
REX confirmavit cartam Pat. Hume de Polworth militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DAVID MURRAY, filio Wil. Murray de Tulybardin militis, heredibus ejus et assignatis,—terras suas quarte partis de Megoure, vulgariter nuncupat. le Myddilthrid, alias Treimmaenach, cum parte molendini et tenentibus, tenandriis earundem, in comitatu de Stratherne, vic. Perth :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Alex. dom. Hume magno camerario, dominis Wil. Menteith de Kers, Adam Creichtoun de Ruthven, militibus, Alex. Hume filio et herede apparente dicti Pat., Joh. Murray de Kelach, And. Mathisoun, Mich. Murray, et D. Joh. Broune capellano ac notario publico: —Apud Edinburgh, 29 Mar. 1501]:—TEST. 30. 44. 42. 26. 84. 48. 38. 43.

xiii. 461.

2585. Apud Striveling, 1 Jun.
REX, pro cordiali amore, &c., concessit JONETE KENNEDY DOMINE BOITHUILE, filie Joh. dom. Kennedy,—in vitali redditu quamdiu remaneret absque marito seu alio viro cum regis et suo condilecto filio Jac. Stewarte in castro de Dernway vel alibi prout regi placeret,—castrum de Dernway cum foresta ejusdem, ac terras subscriptas cum earum summis pecunie et granorum aliisque devoriis, viz. Estir Alves, Mannachty, Kyntra, Terres, Balnafery, Balnageith, Mundole, Kyntesok, Kincorth, Estirbyn, Dunduff, Logyhauch, Constablefeld, Colnakevill, Litill Tary cum crofta ejusdem, piscariam de Slewpule, Dovalee cum molendino, Braley, Mekill Tary, Drummynde, Presleye, Logyurwale, le Hauch super Spey, Knoketachenach, Walkmyltoun, Clakmarres, et Litill Brumquhale, in comitatu Moravie, vic. Elgin et Fores :—REDDEND. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme.

xiii. 516.

ANNO REGNI 14. ANNO DOMINI 1501.

2586. Apud Striveling, 12 Jun.
REX, pro paternali amore, &c., concessit JACOBO STEWART, inter se et Jonetam Kennedy filiam Joh. dom. Kennedy procreato,—terras et comitatum Moravie, cum annexis, &c., necnon firmas burgales et custumas burgorum de Elgin et Fores, ac castrum et fortalicium de Dernway, cum foresta, parca et nemoribus ejusdem, et alia castra, turres et fortalicia, ac piscarias aquarum de Speya, Fyndorn, Slewpule, et Lossy, cum tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum, capellaniarum et hospitalium earundem terrarum et comitatus, vic. Elgin et Fores; necnon officium vicecomitatus dicti vic., cum feodis ejusdem :—TENEND. prefato Jac. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreandis, comitibus Moravie in futurum nuncupandis, in libero comitatu, et forestam, &c., in libera foresta et warenna, quibus deficientibus, regi reversuras :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. Elgin et Fores, ac wardam, &c., cum contingerent:—RESERVATIS regi libero tenemento, ac prefate Jonete vitali redditu infra hujusmodi comitatum desuper concesso :—INSUPER concessit dicto

[1] Dated *an. reg.* 14. Either this or the A.D. must be wrong.

Jac. potestatem curias faciendi, deputatos ordinandi, &c. :—TEST. 46. 30. 42. 56. 57. 84. 48. 54. 38. 43. xiii. 517.

2587. Apud Striveling, 12 Jun.

REX, pro paternali amore, etc., concessit JACOBO STEWART, &c. (*ut in carta* 2586), terras—et dominium de Abirnethy, cum annexis, &c., vic. . . . . :—TENEND. prefato Jac. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreandis, quibus deficientibus, regi reversuras :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. . . ., ac wardam, &c., cum contingeret :—RESERVATO regi libero tenemento :— TEST. *ut in carta* 2586. xiii. 518

2588. Apud Edinburgh, 16 Jun.

REX,—pro singulari favore erga Wil. episc. Abirdonen., necnon pro hospitio ligeorum itinerantium in partibus borealibus regni,—infeodavit et creavit VILLAM DE CLAT, vic. Abirdene, dicto episc. pertinentem, in liberum burgum in baronia pro perpetuo ; —concessit etiam inhabitantibus potestatem emendi et vendendi, &c. ;—necnon ut essent burgenses et quod episcopi de Abirdene potestatem haberent eligendi ballivos, &c. ; — necnon ut haberent crucem et forum die Martis singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis die S. Moloci et per octavas ejusdem : —TEST. 55. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. xiii. 482.

2589. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX,—quia in causa optenta per Joh. dom. Drummond, contra David Scot de Petloure decretum extitit de summa 200 mercarum persolvenda,—et literis vicecomiti de Fyfe directis, dictus David in bonis mobilibus distringibilis non erat ;—et And. Lundy de Carnbo vicecomes dictus, per preceptum Hen. Sibbald maro feodi directum, dictum David summoneri fecit ad curiam tenendam apud *lie Welhill* prope Lucheris, 12 Jan. 1500 ; —quibus die et loco, ipso David presente, terre subscripte in ejus manibus tunc existentes et de rege tente in capite, extendentes annuatim ad 10 mercas, pro dicta summa appreciate sunt,—et postea per Hen. Ramsay vicecomitem deputatum dicto Joh. vendite ;—igitur concessit dicto JOHANNI DOMINO DRUMMOND, heredibus ejus et assignatis, — tertiam partem terrarum de Westir-Petloure, vic. Fiffe :—REDDEND. regi wardam, &c., cum contingeret ;—et voluit rex quod dictus David et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiv. 25.

2590. Apud Edinburgh, 20 Jul.

REX confirmavit cartam Wil. Inglis de Langlandhill,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI GORDOUN de Lochinver, heredibus ejus et assignatis,—terras de le Myddilthrid de Kirkcormok, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfres :—REDDEND. annuatim regi unam sectam in curia senesc. de Kirkkcudbrycht proxime post festum Pasche ; ac wardam et relevium cum contingeret :—TEST. Jac. Symontoun filio et herede apparente Joh. Symontoun de eodem, M. Joh. Caldour, Duncano Makkee de Crachlow, Bartholomeo Glendunwyne filio et herede apparente Joh. Glendunwyne de eodem, Wil. Murray, Jac. Monynet, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico :—cum subscriptione manuali dicti Wil. :—Apud Edinburgh, 18 Jul. 1501] :— TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. 43. xiii. 507.

2591. Apud Edinburgh, 21 Jul.

REX confirmavit cartam Joh. Narn de Cromdale,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO FORBES de Tolleis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardmurthach, in baronia de Kyntor, vic. Aberdene :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Joh. dom. Forbes, Geo. Forbes de Auchyntole, David Ogilvy de Tolmad, Joh. Forbes in Dunpersy, D. Tho. Caldoure vicario de Kildrummy, D. Alex. Symsoun capellano, et Alex. Monze :—Apud Kildrummy, 30 Jan. 1499] :—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. xiii. 477.

2592. Apud Edinburgh, 6 Aug.

REX, cum avisamento concilii sui, ratificavit

et confirmavit cartam patris sui Jacobi III. regis, —[qua concessit ROBERTO CHARTERIS de Amysfeld, et heredibus ejus,—4 mercatas terrarum de Polincree, &c. (*ut in carta* 1714) [1]]:—TEST. *ut in carta* 2496. xiii. 513.

2593. Apud Edinburgh, 15 Aug.
REX,—quia quondam Alex. Harkers de Kirkforthir alias alienavit quondam Johanni Wricht, pro tempore constabulario castri de Falkland, terras subscriptas, tenendas de comite de Fiffe sub reversione quandocunque persolveret 100 libras;—quiquidem quondam Joh. convictus erat de proditoria traditione et forisfactus tempore proavi regis, Jacobi I., unde dicte terre fuerunt eschaeta regi;—tunc vero Walterus Heriot de Lathone, assignatus dicte reversioni, cum regis compositoribus composuit pro firmis et devoriis dictarum terrarum a tempore dicte forisfacture, et dictas 100 libras regi persolvit;—igitur concessit dicto WALTERO HERIOT, et heredibus ejus,—terras de Burnturk, in comitatu de Fiffe, vic. ejusdem:—REDDEND. annuatim regi tres sectas ad tria placita capitalia apud burgum de Cupro, et 6 denarios stirlingorum nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 2619. xiii. 485.

2594. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX concessit PATRICIO HUME de Polworth militi, et ELENE SCHAW domine de Dirltoun ejus sponse,—terras de Castellaw, le Estraw, le Miltoun, molendinum earundem, le Wodehouseleye, et le Murehouse, vic. Edinburgh, extendentes annuatim ad 46 libras 13 solidos 4 denarios:—TENEND. dictis Pat. et Elene, eorumque alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. quibuscunque:—REDDEND. annuatim regi 93 lib. 6 sol. 8 den. pro duplici firma, in augmentationem rentalis regii, nomine feodifirme:—TEST. *ut in carta* 2628. xiii. 501.

2595. Apud Striveling, 6 Sept.
REX concessit JASPERO LAWDIR, filio naturali quondam Gilberti Lawdir in Quhitslade, — terras, &c., infra burgum, territorium et burgagium de Lawdir, vic. Berwic, viz. 2 terras nuncupatas Buttiscroft, juxta terram Rob. Lawdir nuncupat. *le Folowing*; 4 terras contigue jacentes juxta terram dom. Borthwic nuncupatam Catkunyslandis; aliam terram; tenementum terre et croftam nuncupatam Poldrat, ex parte australi vici regii, extendentem ad ecclesiam parochialem, inter le Kirkmyre et terram nuncupatam Gibsonisland; tria alia tenementa; unum tenementum ex parte orientali fabrice, viz., *le smyddy*, et ex parte occidentali vici regii; annuum redditum 10 solidorum terre Wil. Schele, 9 sol. de terra Joh. Riddale, 7 sol. de terra Tho. Young, 7 sol. de terra Karoli Murray; tenementum terre 6 solidatarum et 8 denariatarum; ann. red. 7 sol. de terra Joh. Scot, et de terra et tenemento nuncupato Rannaldisyarde, 11 sol. 6 denariorum de terra Wil. Joly, 6 sol. 8 den. de terra Geo. Riddale, 10 sol. de terra Laurentii Corry, 10 sol. de terra Joh. Riddale ex parte occidentali vici regii, 40 den. de terra Wil. Weddirhede, 5 sol. de terra Alani Weddirhede, 8 sol. de terra Pat. Turnour, 10 sol. de terra Karoli Murray, 12 sol. de terra Geo. Cruke, 10 sol. de terra Eliz. Jowsy, 6 sol. 8 den. de terra Mariote Chyne juxta terram nuncupatam Langlandisland, 10 sol. de terra Will. Weddirhede, 10 sol. de terra Mariote Pase, 10 sol. de terra Alex. Dun, 13 sol. 4 den. de terra Jac. Lichtbody, 12 sol. de terra Rob. Hoppringill, 13 sol. 4 den. de terra Wil. Gill, 13 sol. 4 den. de terra Jac. Dun, 13 sol. 4 den. de terra Laur. Fyrth, 13 sol. 4 den. de terra Wil. Broune, 10 sol. de terra Wil. Hoppringill in vico regio, 6 sol. de terra Tho. Monylawis, 6 sol. de alia terra Tho. Monylawis, 6 sol. de terra Rob. Gibsoun, 6 sol. de terra Rob. Hoppringill, 10 sol. de terra Wil. Diksoun,

[1] The list of witnesses omits two there given (Nos. 125 and 115), and adds the names of Wil. Earl of Eroll, &c. (No. 71) and Joh. lord Carlile (No. 102). The numbers are those of the list of witnesses to the charters of James III.

juxta terram nuncupatam Quhitlawisland; — quequidem fuerunt quondam Rob. Lawdir filii dicti Gilberti, bastardi nati et absque legitimo herede defuncti, et regi devenerunt ratione bastardie :—TENEND. dicto Jaspero et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, David Lawdir fratri ejus, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Geo. Lawdir fratri ejusdem, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti quondam Gilberti quibuscunque :—REDDEND. annuatim regi firmam burgalem, &c. :—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 455.[1]

2596. Apud Striveling, 6 Sept.

REX concessit GEORGIO WEDDIRHEDE burgensi de Lawdir, et heredibus ejus, — terras subscriptas infra dictum burgum, territorium et burgagium, viz. terram nuncupatam Quhitehediscroft, terras de Grublaw, juxta terras nuncupatas le *Folowing*, terras nuncupatas Boweyshill, Boweyshalch, Walkmylhalch, Mylhewch, Gardinarisyard, le Sowflattis, et croftam infra le Wetelandis, quas dictus Geo., Alex. Jardane, Karolus Murray, Rob. Young, Alanus Weddirhede, Laurentius Corry, et Joh. Riddale tunc habebant in assedatione, extendentes in integro ad 10 mercas annuatim;—que fuerunt quondam Rob. Lawdir filii carnalis quondam Gilberti Lawdir in Quhitslaide, et regi devenerunt ratione bastardie :— REDDEND. annuatim firmam burgalem, &c. :—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 459.

2597. Apud Striveling, 6 Sept.

REX concessit THOME BORTHUIK de Gammylstoun, et heredibus ejus,—terram et tenementum in burgo de Lawder ex parte australi vinelle que ducit ad ecclesiam parochialem, quas Karolus Murray tunc in assedatione habebat, extendentes annuatim ad 10 mercas 10 solidos; necnon duas terras inter terram nuncupatam Greiffisland, terram Wil. Broun, terras nuncupatas Irelandisland, et le Serjandisland, quas Geo. Weddirhede, Wil. Hoppringill, Wil. Scheill et Tho. Spens tunc habebant in assedatione, extendentes in integro ad 10 mercas annuatim;—quequidem fuerunt quondam Rob. Lawdir, &c. (*ut in carta* 2596) :—REDDEND. annuatim firmam burgalem, &c. :—TEST. *ut in carta* 2596. xiii. 460.

2598. Apud Striveling, 9 Sept.

REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit JOHANNI DOMINO SYMPILL, et MARGARETE COLVILE ejus sponse, —terras, parcam, turrim et fortalicium de Lochcunyeoch, et terras de Westir Cassiltoun, extendentes in integro ad 12 mercatas terrarum antiqui extentus, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem;—quas idem Joh. personaliter resignavit :— TENEND. dictis Joh. et Margarete, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 43. xiii. 463.

2599. Apud Striveling, 24 Sept.

REX, — quia Pat. Robertsoun et Don. Johnnesoun de Lude amerciati fuerunt in summa 100 mercarum in itinere justiciarie apud Perth, defectu introitus cujusdam Gilfillane Raware ad subeundam legem,— et literis Wil. Ruthven, vicecomiti de Perth pro tempore, directis, defectu bonorum mobilium, 2 mercate 6 solidate 8 denariate terrarum occidentalis partis de Balnagrew, per dictum Don. de rege tente in capite per servitium warde et relevii, pro 50 mercis, et 2 mercat. 6 solidat. 8 denariat. terrarum orientalis partis de Invervak, per dictum Pat. eodem modo de rege tente, pro 50 mercis appreciate fuerunt et regi in scaccario coram auditoribus assignate,—qui auditores easdem terras dicto Wil. vendiderunt;—igitur concessit dicto WILLELMO RUTHVEN, heredibus ejus et

[1] This charter contains the following additional names of owners of adjoining tenements;—Geo. Lawdir, Tho. Borthuik, Wil. Gib, Joh. Alane, Gilbert Lawdir, Joh. Lawdir, Pat. Mure, Tho Atkinsoun, Tho. Dewar, Rob. Atkinsoun, Wil. Mortoun.

assignatis,—dictas terras, vic. Perth :—et voluit rex quod dicti Pat. et Don., heredes eorum et assignati, haberent regressum, quilibet ad suam partem, quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2584. xiii. 468.

2600. Apud Striveling, 4 Oct.

REX,—quia in causa obtenta per Beatricem Dunbar dominam de Crethmont, contra Alex. Innes de eodem decretum extitit de summis 600 mercarum et 40 librarum persolvendis,—et literis directis familiari regis servitori Kyntire signifero, vicecomiti in eisdem literis specialiter constituto, terre subscripte, per dictum Alex. de rege tente in capite per servitium warde et relevii, pro dictis summis 3 Sept. 1501, appreciate fuerunt et vendite familiari regis clerico M. Gilb. Hay, filio, cessionario et assignato dicte Beatricis : — igitur concessit dicto M. GILBERTO HAY, heredibus ejus et assignatis, — terras et baroniam de Kilmalamak, viz. terras de Petgony, Sanctandros-kirktoun, Bareflathillis, et Dunkempty, extendentes annuatim ad 22 mercatas, (exceptis 40 mercis annui redditus dicte Beatrici annuatim solvendis nomine feodifirme), appreciatas pro 440 mercis, necnon terras de Cottis cum antiquis pasturis, &c. earundem usitatis et consuetis tempore quo Berardus Innes, tunc commorans in Haltoun, easdem occupavit et laboravit, extendentes ad 11 mercat., appreciatas pro 220 mercis, in baronia de Innes, vic. Elgin;—et voluit quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocumque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2584. xiii. 469.

2601. Apud Striveling, 4 Oct.

REX, — juxta suorum progenitorum, ECCLESIE COLLEGIATE REGIEQUE CAPELLE B.V.M. prope civitatem S. ANDREE fundatorum, intentionem, — voluit quod quotienscunque prebendas de Kinkell, Dura, Lammelethin, Kinglassy, et prebenda que intitulatur de 10 mercis terrarum de Kynnald et Kirnes, seu ipsarum aliquam deinceps vacare contingeret, neminem ad hujusmodi prebendas preposito dicte ecclesie pro ordinaria collocatione presentaret nisi personam qualificatam, et habilem presbyterum per viros doctos examinandum, et cantorem condignum, et qui continuam faceret residentiam et divinis obsequiis cotidie insisteret. xiii. 551.

2602. Apud Striveling, 8 Oct.

REX, — cum sacro federe matrimonii hostilitates quamplurime inter reges et regna tolluntur, pax atque caritas radicantur, et bona innumerabilia consequuntur et firmantur ; — igitur amorem ac sanguinis necessitudinem erga Henricum regem Anglie matrimonii vinculo ostendere preoptans, ex deliberatione concilii, de fidelitatibus, &c., subscriptorum quamplurimum confidens, constituit ROBERTUM ARCHIEPISCOPUM GLASGUENSEM, PATRICIUM COMITEM DE BOITHUILE Dominum Halys magnum admirallum regni ac gardianum occidentalium merchiarum ejusdem, et ANDREAM POSTULATUM ECCLESIE CATHEDRALIS MORAVIENSIS,— suos commissarios, oratores, ambassiatores, legatos, procuratores, deputatos et nuncios speciales et generales conjunctim et divisim; —et concessit eis et eorum cuilibet plenariam potestatem nomine suo cum rege Anglie ac principissa Margareta ejus primogenita filia, eorumve commissariis, tractandi et finaliter concludendi de re uxoria et sponsalibus per verba de futuro seu matrimonio per verba de presenti, prout esset conventum, inter se et dictam principissam, eademque sponsalia seu matrimonium cum effectu celebrandi ; ac de dote, dotalicio et donatione propter nuptias, necnon de auro, &c., promissis et promittend., eaque qualitate, quantitate, terminis, locis et modis solutionum, de tempore quo dict. principissa moram faceret cum suo patre, et quibus forma et tempore ad dictum regem Jac. venire deberet, conveniendi; concordata quantum dictum regem Jac. tangerent securitate legitima firmandi, similem securitatem ab ipsis recipiendi ; dotem petendi et recipiendi, de receptis quittantiam dandi, ac etiam instrumenta necessaria petendi, &c., et cetera faciendi que tanti negotii qualitas cum ejusdem circumstantiis requisivit, et

que rex ipse faceret aut facere posset si personaliter interesset, etiam si talia forent que mandatum magis exigerent speciale: —promittens in verbo regio et sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum, se rata habiturum quecumque per dictos commissarios aut eorum aliquem acta, gesta, pollicita, procurata, stabilitave fuissent in premissis.

xiii. 464.

2603. Apud Striveling, 8 Oct.

REX constituit ROBERTUM ARCHIEPISCOPUM GLASGUENSEM (et alios *ut in carta* 2602), de eorum fidelitatibus, &c., quamplurimum confidens, suos commissarios, procuratores, factores et deputatos; —cum potestate eis et eorum cuilibet cum Henrico rege Anglie ac principissa Margareta ejus primogenita filia, eorumve procuratoribus, de sponsalibus ac matrimonio inter se et dictam principissam secundum sacros canones contrahendis; ac de dote, dotaliciis et donationibus propter nuptias, conveniendi; tempusque, &c., pro hujusmodi dote, &c., appunctuandi, ejusdemque possessionem petendi; necnon de tempore, modo et forma traductionis dicte principisse in regnum Scotie conveniendi; locaque et tempora pro dicta traductione et dotis sive donationis propter nuptias solutione statuendi; ac etiam de ulterioris solutionis summarum sibi per regem Anglie nomine dotis ad terminos ad hoc assignandos solvendarum, in casu quo ipsa principissa absque prole ante aliquem terminum solutionum obire contingeret, cessatione appunctuandi; necnon securitates nomine suo deliberandi; et insuper quascumque bullas apostolicas super minore etate ejusdem principisse ac de consanguinitate et affinitate, quibus ipse et dicta principissa quarto et quarto gradibus conjuncti sunt, acceptandi; ac cuicumque beneficio tam juris et facti, quod dictum matrimonium impedire posset, in scriptis renunciandi; securitatesque ab Anglie rege ejusque filia Margareta exigendi, ceteraque faciendi que circa premissa necessaria forent seu quomodolibet oportuna, ac etiam si talia forent que mandatum magis exigerent speciale:—Promittens in verbo regio se ratum habiturum quicquid per dictos commissarios in premissis factum esset.

xiii. 465.

2604. Apud Striveling, 8 Oct.

REX constituit ROBERTUM ARCHIEPISCOPUM GLASGUENSEM (et alios *ut in carta* 2602), fidelitatibus, &c., eorum quamplurimum confidens, commissarios, oratores, &c.;—cum plenaria potestate eis et eorum cuilibet pro se cum Henrico rege Anglie ejusque commissariis, tam de firma pace atque concordia, quam de treugis et guerrarum abstinentiis, &c., conveniendi, necnon subditos suos malefactores juxta leges et consuetudines marchiarum regni puniri permittendi, necnon rebelles ab Anglia in Scotiam fugientes tradendos consentiendi, necnon leges pro hujusmodi malefactorum punitione de novo statuendi, ac [illegible] bullis apostolicis pro meliore conservatione premissorum per se impetrandis, cum clausulis excommunicationis in se ac interdicti in regnum, si pacem violaret, tractandi, &c.: Promittens bona fide et verbo regio, omnia que per dictos commissarios conclusa essent rata habiturum.

xiii. 466.

2605. Apud Striveling, [illegible] Oct.

REX,—pro singulari favore erga [illegible]gum de Striveling, et pro communi commodo ejusdem, necnon pro servitio sibi per subscriptos personas impenso,—concessit deposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE STRIVELING, et eorum successoribus,— officium vicecomitatus de Striveling infra dictum burgum, territorium et libertates ejusdem,—cum omnibus libertatibus, privilegiis, proficuis et devoriis dicti officii;—quodquidem officium fuit Alex. Cunynghame de Polmays militis, vicecomitis de Striveling, per donationem ejusdem ei et uni heredi proxime successuro factam; et quod idem Alex. resignavit:—TEST. *ut in carta* 2612.

xiii. 475.

2606. Apud Striveling, 14 Oct.

REX, pro bono servitio, &c., concessit THOME DOMINO FRASERE DE LOVATE, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Kynnell, cum tenentibus, &c.,

vic. Forfare ;—que regi devenerunt ratione forisfacture, ex et pro eo quod quondam Hugo, dom. Frasere de Lovate, qui eas de rege tenuit in capite per servitium warde et relevii, easdem alienavit sine consensu desuper obtento:—Test. *ut in carta* 2612. xiii. 474.

2607. Apud Striveling, 17 Oct.
REX confirmavit JOHANNI MONCREIF de eodem, et BEATRICI FORMAN ejus sponse,—terras de Tynewinmore, extendentes annuatim ad 4 mercatas terrarum, terras de Culdermore ad 4 merc, vic. Perth ; — quas idem Joh. personaliter resignavit: — Tenend. dictis Joh. et Beatrici, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—Test.[1] *ut in carta* 2931. xiv. 191.

2608. Apud Abbirbrothok, 21 Oct.
REX confirmavit cartam Georgii episc. Dunkeldensis,—[qua, cum consensu capituli sui, concessit ANDREE HERING de Glasclune, et heredibus ejus quibuscunque, —terras de Kyrkhil de Megill, in baronia de Dunkeld, vic. Perth ;— pro renunciatione terrarum ville de Cluny cum lacu et insula ejusdem, Concragy, Adamstoun, Burroustoun, Myltoun de Concragy, Ovir Cardeny, Myddil Cardeny, cum molendino de Cardeny:—Reddend. annuatim unum denarium argenti nomine albefirme:—Reservand. liberum tenementum Jacobo Hering de Tullebole, patri dicti And., et rationabilem tertiam Elizabeth Oliphant matri dicti And., si contingeret :—Test. Rob. Lawdre filio et herede apparente Rob. Lawdre de Bas, Alex. Bannerman de Watterstoun, Joh. Hering de Wormot, D. Pat. Oliphant capellano, Tho. Keir, Finlao Symsoun, et Alex. Mylne scriba dicti episc., notariis :—Apud Dunkeld, 19 Oct. 1501, consecrationis sue 18] :—Test. 55. 30. 42. 57. 84. 48. 54. 35. 38. 58. xiii. 488.

2609. Apud Abbirbrothok, 23 Oct.
REX ad manum mortuam concessit GEORGIO EPISCOPO DUNKELDENSI, et successoribus ejus,—terras de Cardeny inter lacus vulgariter nuncupatas *betuix the Lowes*, Nethir Cardeny, et Estir Cardeny, cum lacubus, maresiis et silvis, vic. Perth ; — quas idem episc. personaliter resignavit ; — terras de Cardeny-inches ;—quas Joh. Stewart filius et heres quondam Walt. S. de Cardeny resignavit ; — terras de Ovir Cardeny, Myddil Cardeny, molendinum de Cardeny, Concragy, Adamstoun, Burroustoun, le Myltoun, molendinum et le Brewland de Concragy, terras et villam de Cluny, cum lacu, insula, prato et monte castri ejusdem, cum superioritate toftarum et croftarum dicte ville et tenendriarum earundem, vic. antedicto ;—quarum feodum And. Hering de Glasclune, et ejus pater Jac. Hering de Tullebole, liberum tenementum resignaverunt ; et quas omnes rex, pro speciali devotione et pro singulari favore, univit baronie de Dunkeld :—Test. 55. 30. 42. 84. 48. 54. 35. 38. 58. xiii. 489.

2610. Apud Montrose, 28 Oct.
REX confirmavit cartam Thomé dom. Frasere de Lovate,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit consanguineo suo DAVID LYOUN de Balmady, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westir Braky, necnon dimediam partem terrarum de le Haltoun de Kynnell, una cum integro molendino ejusdem, infra baroniam de Kynnell, vic. Forfare :—Tenend. de rege in feodo :—Test. Alex. Crawmond de Aldbar, M. Wil. Lyoun, Tho. Tulloch, Tho. Lyoun, Joh. Lyoun, et Bernardo Merschale capellano ac notario publico :—cum subscriptione dicti Tho. manuali :—Apud Glammys, 28 Oct. 1501]:—Test. *ut in carta* 2612. xiii. 472.

2611. Apud Montrose, 31 Oct.
REX confirmavit cartam Thome dom. Frasere de Lovate,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit GEORGEO LYOUN DOMINO GLAMMYS, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Balnawis, una cum dimedia parte terrarum de le Haltoun de Kynnell, infra

[1] This reference is not to be depended upon.

baroniam de Kynnell, vic. Forfare:—TENEND. de rege in feodo:—TEST. et cum subscriptione (*ut in carta* 2610):—Apud Glammys, 31 Oct. 1501]:—TEST. *ut in carta* 2612. xiii. 473.

2612. Apud Invernes, 4 Nov.
REX concessit familiari suo JACOBO CREICHTOUN de Frendraucht militi, et heredibus ejus, — terras de Kirkpatrik-Irnegray, cum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Drumfreis; — que fuerunt Geo. Herys de Terrachty in libero tenemento, et Rob. Herys ejus filii in feodo, et regi appreciate fuerunt pro 600 mercis in partem solutionis majorum summarum, pro amerciamentis quibus Geo. et Rob. ejus plegius adjudicati fuerunt in itinere justiciarie apud Drumfreis; quam summam dictus Jac. factoribus regis solvit;— et voluit rex quod dicti Geo. et Rob., heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocumque dict. summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. 55. 30. 42. 84. 48. 54. 35. 38. xiii. 470.

2613. Apud Invernes, 9 Nov.
REX confirmavit ALEXANDRO GORDOUN de Mydmar militi, et heredibus ejus,—terras de Abiryeldy et Estoun, vic. Aberdene;— quas idem Alex. resignavit; et quas rex, pro speciali favore, incorporavit in unam liberam baroniam de Abiryeldy:—TEST. *ut in carta* 2612. xii. 471.

2614. Apud Invernes, 17 Nov.
REX confirmavit THOME DOMINO FRASERE DE LOVATE, et JONETE GORDOUN ejus sponse,—terras de Dalcorse, tres Leis, duas le Dalcoleis, Ballebraid, Lanach, et Mukky, in baronia de Aberterf, vic. Invernes;—quas idem Tho. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Jonete, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2680. xiv. 73.

2615. Apud Dernway, 21 Nov.
REX confirmavit ANDREE FRASER de Stanywod, et MURIELLE SUTHIRLAND ejus sponse,—terras de Mekle Clynterta et Litil Clynterta, una cum bina parte terrarum de Weltoun, in baronia de Stanywod, vic. Aberdene;—quas idem And. personaliter resignavit:— TENEND. dictis And. et Murielle, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus legitimis dicti And. quibuscumque:—TEST. *ut in carta* 2616. xiii. 556.

2616. Apud Edinburgh, 7 Jan.
REX concessit ALEXANDRO HORSBRUKE de eodem, et ELIZABETHE MURRAY ejus sponse,—terras de Huchonfeld, extendentes annuatim ad 40 solidatas terrarum antiqui extentus, vic. Peblis; — quas Wil. Dikesoun de Huchonfeld resignavit: — TENEND. dictis Alex. et Eliz., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 552.

2617. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX concessit HENRICO RERIK, filio Fergusii Rerik de Ryis, et heredibus ejus, —3 mercatas terrarum de Ryis antiqui extentus, in parochia de Suthek, senesc. Kirkcudbrycht;—quas dictus Fergusius resignavit:—TEST. 30. 44. 42. 26. 57. 84. 48. 45. 38. xiv. 196.

2618. Apud Edinburgh, 9 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Georgei Inglis de Lochend, consanguinei et heredis quondam M. Alex. Inglis archidiaconi S. Andree, — [qua, pro salute animarum dicti sui patrui, quond. Rob. Inglis de Lochend patris sui, &c., in puram elemosinam concessit uni capellano divina imperpetuum celebraturo ad altare S. Salvatoris in insula que vocatur insula S. Salvatoris infra ECCLESIAM COLLEGIATAM S. BAE DE DUNBAR, per dictum patrem suum edificata,—annuum

redditum 10 librarum de terris subscriptis, viz. de occidentali dimedietate orti quondam David de Dalrympill, una cum domo edificata super eandem dimedietatem, ex parte australi de *le Cowgate* dicti burgi (Edinburgh ?); de terra anteriori tenementi Alex. Galloway, una cum terra posteriori et orto ejusdem, ex parte orientali transitus dicti tenementi in *le Cowgate;* ac de terra arabili prope et juxta ecclesiam B. V. M. de Campo dicti burgi :—TEST. M. Wil. Wawane, M. Arch. Heriot, M. Bartholomeo Wawane, D. Alex. Robertoun et D. Gilberto Qwynt :—Apud Edinburgh, 17 Nov. 1501] :—TEST. *ut in carta* 2634.
xiii. 512.[1]

2619. Apud Striveling, 20 Jan.
REX confirmavit cartam Petri Marser de Inchebrekky,—[qua, pro quadam summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO DOMINO GRAHAME, heredibus ejus et assignatis,— terras de Inchebrekky, in senesc. Strathern, vic. Perth :— REDDEND. annuatim regi unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. M. Alex. Muncreyf rectore de Menmure, Joh. Grahame, Pat. Grahame, D. And. Grahame vicario de Creyff, D. Wil. Johnesoun, capellanis, et D. Joh. Broun capellano ac notario publico:—Apud oppidum de Kincardin, 4 Dec. 1501] :—TEST. 55. 30. 42. 48. 84. 54. 35. 38. 58. xiii. 484.

2620. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX,—nolens aliquod prejudicium And. Orchadensi episc. inferri per ultimam suam generalem revocationem,—pro singulari favore et pro ipsius fideli servitio, &c., ad manum mortuam confirmavit dicto ANDREE EPISCOPO ORCHADENSI, et successoribus ejus, — terras, redditus et possessiones quascumque, ecclesie Cathedrali Orchadensi in proprietate aut tenandria spectantes, necnon terras et glebas ecclesiarum et capellaniarum ad plenariam collationem dicti episcopi spectantium ubicumque infra regnum,—in libera regalitate seu regalia :—TEST. *ut in carta* 2628.
xiii. 499.

2621. Apud Coupar, 6 Feb.
REX,—quia in causa optenta per quondam And. episc. Moravien., executorem quondam Jacobi com. de Buchane ejus fratris germani, contra Alex. Innes de eodem de summa 300 mercarum persolvenda decretum extitit, —et literis vicecomitibus de Banf, Elgin et Fores directis, defectu bonorum mobilium terre subscripte, de rege in capite tente, per Wil. Hay marum feodi vic. Elgin, de mandato Alex. Urquhard de Burrisyardis tunc vicecomitis deputati de Elgin et Fores, pro dicta summa appreciate sunt et M. Joh. Spens succentori Moraviensi, nomine et ex parte dicti episcopi, tunc ejus factori et procuratori vendite,—et dictus episcopus obiit ante literarum levationem ;—ideo conconcessit dicto M. JOHANNI SPENS, transferendo jus in ejus personam tanquam executoris dicti episc., heredibus ejus et assignatis, — terras de Stanewellis, in baronia de Innes, vic. Elgin, extendentes annuatim ad 15 mercatas terrarum ;—et voluit quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocumque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2619. xiii. 486.

2622. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX concessit familiari servitori suo DAVID MENZEIS burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—3 croftas et 2 rigas terre infra libertatem dicti burgi et bondas ejusdem ;—quequidem regi pertinebant ratione bastardie per decessum quondam David Irwin bastardi absque legitimis heredibus ;—que crofte et rige extendebant annuatim ad seminationem unius celdre ordei aut infra ;—ac etiam concessit eidem bona mobilia dicti quondam David, et debita que ei debebantur :—TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 534.

2623. Apud Striveling, 17 Feb.
REX, tanquam comes de Carrik, concessit DAVID KENNEDY, filio et heredi apparenti Johannis dom. Kennedy, et heredibus ejus,—terras et baronias de Cassillis et Dunwre, cum castris, fortaliciis, annexis, tenentibus, &c., jure

[1] This charter contains the following names :— Jas. Liddall of Halkerstoun knight, Joh. Craufurd, umquhile Joh. Dalrympill, Jas. Lamb, umq. Wil. Towris of Inverleith, umq. Jas. Reid.

patronatus, advocatione et donatione prepositure ecclesie collegiate de Maybole et prebendarum ejusdem; necnon terras de Girvane et Glennop, in comitatu de Carrik, vic. Are;—quas dictus Joh. resignavit:—RESERVATO libero tenemento prefato Joh.:—TEST. *ut in carta* 2609. xiii. 492.

2624. Apud regis palatium juxta Edinburgum, 22 Feb.

REX,—licet alias inter seipsum per Pat. com. de Boithuile dom. Halis magnum admirallum regni ac gardianum occidentalium marchiarum ejusdem tanquam suum procuratorem, et Dominam MARGRETAM Henrici regis et Eliz. regine Anglie filiam primogenitam, sponsalia per verba de presenti matrimonium inducentia ante festum Purificationis contracta fuissent;—quia tamen inter suos commissarios (*in carta* 2602 *nominatos*) ab una, ac Henricum Cantuarien. archiepisc., Ricardum episc. Wintonien., et Thomam com. de Surrey regis Anglie thesaurarium, commissarios speciales, ab altera partibus, inter cetera conventum extitit, quod dicta Domina ante 1 Sept. 1503 ex causa solempnizationis dicti matrimonii vel alia causa quacunque nullo modo tradi peteretur,—quod rex ipse per literas magno sigillo et propria manu munitas promisit;—tunc per literas patentes dicta promissa confirmavit.

xiii. 514.

2625. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam M. Joh. Spens, ecclesie cathedralis Moravien. succentoris, ac executoris quondam Andree episc. Moravien., — [qua, secundum dispositionem dicti And.,—pro salute animarum quondam Jac. Stewart militis, Jacobi olim com. Buchanie et Johannis com. Atholie ejus filiorum, M. Jac. Lindesay olim decani Glasguen., et Joh. Montgumry rectoris de Eklissem, canonicorum Glasguen., &c.,—in puram elemosinam concessit uni capellano pro perpetuo ad altare S. Martini in ECCLESIA CATHEDRALI MORAVIENSI celebraturo,—10 libratas terrarum de Stanewellis, in dominio de Innes, vic. Elgin;—dicto Joh. appreciatas, &c. (*ut in carta* 2621):—TEST. D. Jac. Broun vicario de Cromdall, D. Joh. Ricardi vicario de Laggane, Math. Stanely burgensi de Edinburgh, Laurentio Kingorn, Joh. Wacheman, et Malcomo Diksoun:—Apud Edinburgh, 21 Feb. 1501]:—TEST. *ut in carta* 2619. xiii. 487.

2626. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REX confirmavit cartam Hugonis dom. Montgumry,—[qua, pro dilectione filiali, &c., concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI MONTGUMRY, et ELIZABETHE EDMONSTOUN ejus sponse,—terras de Bonyntoun et Piltoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Joh. et Eliz., et eorum alteri diutius viventi, in vitalem redditum, et post eorum decessus sibi et propinquioribus heredibus suis masculis reversuras, de rege:—TEST. Joh. Montgumry de Corscrag milite, Joh. Kennedy de Culzeane, Joh. Montgumry filio et herede apparente Geo. M. de Skelmorle, M. Adam Culquhone, Wil. Edmonstoun filio et herede apparente Arch. E. de Duntreith militis, Jac. Stewart de Garthell, et Joh. Dog:—Apud Edinburgh, 5 Mar. 1501]:—TEST. *ut in carta* 2628. xiii. 502.

2627. Apud Striveling, 7 Mar.

REX, pro speciali favore et pro bono servitio, concessit preposito, ballivis, consulibus, et communitati BURGI DE STRIVELING, et ipsorum successoribus,—jus patronatus, advocationem et donationem capellanie altaris S. Laurentii infra ecclesiam parochialem de Striveling:—TEST. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiii. 594.

2628. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX concessit HUGONI DOMINO MONTGUMRY, et heredibus ejus,—annuum redditum 4 celdrarum farrine avenatice, et unius libre piperis, de terris de le Stane et Buretreis, in dominio de Cunynghame, vic. Are;—quas Joh. Knox de eodem resignavit, in excambium pro terris nuncupatis le Manys, in dominio de Estwod, vic. Renfrew:—REDDEND. regi tanquam senescallo Scotie unum par calcarium deauratorum, vel 12 denarios argenti,—ex et pro eo quod 10 Dec. 1363 dictus ann.

red. concessus est per Robertum quondam senescallum Scotie comitem de Strathern et dominum de Cunynghame, quondam Alexandro Blare et heredibus ejus pro dicto servitio :—Test. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. 58. xiii. 498.

2629. Apud Edinburgh, 11 Mar.
REX ratificavit et confirmavit concessiones factas per suum avum et patrem quondam Johanni dom. Ross de Halkhede militi, avo JOHANNIS DOMINI ROSS de Halkhede militis moderni, et heredibus ejus,—in alba firma pro uno denario argenti, —de insula infra aquam de Clyde prope burgum de Renfrew, vulgariter nuncupata *the Kingis Inche*:—Test. *ut in carta* 2609. xiii. 490.

2630. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX confirmavit WALTERO PORTARE de Blakat, et heredibus ejus,—9 mercatas terrarum antiqui extentus de Blakat, cum tenentibus, &c., et 5 mercat. terrarum de Lag ant. ext., cum molendino earundem, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht;—que fuerunt dicti Walteri hereditarie :—Reddend. annuatim communem sectam ad curias senesc. de Kirkcudbrycht, necnon wardam, &c., cum contingeret:—Insuper, quia dicte terre tene bantur in alba firma ultra memoriam hominem, et tunc defectu antique carte novam cepit infeodationem tenend. per servitium warde, rex igitur ratificavit omnes alienationes earundem factas tempore quo fuerunt in usu albe firme :—Test. *ut in carta* 2609. xiii. 493.

2631. 2632. 2633.[1]

2634. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REX confirmavit cartam Dungalli Makclellane alias Dunguelsoun,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit GEORGEO GORDOUN de Trochane, heredibus ejus et assignatis,—3 mercatas terrarum de Blarynne antiqui extentus, in parochia de Balmaclellane, senesc. Kirkcudbrycht:—Tenend. de rege: —Test. Tho. Makdowell filio et apparente herede Uchtredi M. de Garflone, Geo. Greirsoun, Joh. Schawe, Alex. Gordoun de Achinreoch, et D. Maknod notario publico :—Apud Kenmore, 11 Jan. 1501]:—Test. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 54. 35. 38. 58. xiii. 508.

ANNO DOMINI 1502. ANNO REGNI 14.

2635. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX confirmavit cartam Wil. Scot de Balwery militis,—[qua, cum consensu Jonete Lundy sue sponse, pro una summa pecunie nomine suo regi persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI LUNDY de eodem militi, et ejus assignatis,—annuum redditum 12 mercarum de terris suis medietatis de Dempstartoun, vic. Fiffe, sibi et dicte sue sponse in conjuncta infeodatione pertinentibus;—cum licentia dictas terras defectu solutionis distringendi, &c. :—Reddend. annuatim regi unum denarium nomine albe firme:—Test. Andrea abbate de Lundoris, M. David Setoun rectore de Fethirkerne, D. Joh. Lindesay vicario de Creich, Wil. Dovery, D. Joh. Gourelay capellano, et David Greg notario publico :—Apud palatium de Falkland, 11 Feb. 1501]:—Test. *ut in carta* 2725. xiii. 591.

2636. Apud Edinburgh, 29 Mar.
REX confirmavit cartam Geo. Hereis de Terrauchty,—[qua vendidit et alienavit JOHANNI MUREHEDE de Bulleis,

[1] These are the charter of the barony of Auchinlek, and the precept and instrument of sasine following thereupon, in favour of Wil. Cunynghame of Craganis and Marion Auchinlek his spouse, already printed in the note to 288 *supra*. The precept of sasine (2632) is addressed to Wil. Craufurd, Jas. Douglas, Joh. Cunynghame and Tho. Smythe, and witnessed by Edmund Hert, Joh. Glen, Joh. M'Cubbe and Alex. Hunter. The instrument of sasine (2633) runs in the name of John Cunynghame, son of umquhile Arch. C. of Walterstoun, and bailiff of Sir Joh. Auchinlek of that ilk, knight; and is witnessed by Tho. Merschall, Edw. Hert, Tho. Smyth, Joh. Glen and Joh. Makcumbyne.

heredibus ejus et assignatis,—4 mercas annui redditus de terris de Skeoth, Bareskeoch, et Dowkerffe, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun; una cum jure suo ad superioritatem earundem, que regi devenit ob non introitum D. David Hereis militis: —Test. M. Wil. M'Garwy vicario de Pennyghame, Joh. Makculloch ballivo de Wigtoun, D. Joh. Wrycht et D. Joh. M'Crorkane capellanis et notariis publicis: —Apud burgum de Wigtoun, 22 Apr. 1501]:—Test. *ut in carta* 2643. xiii. 506.

2637. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam indentatam Jac. Fothringhame burgensis de Dunde,—[qua, pro animabus patris sui et matris sue, et Isabelle Spalding sponse sue, &c., in puram elemosinam concessit religiosis Sororibus Jonete Blare et Mariote Oliphant, nomine reliquarum SORORUM RELIGIOSARUM ORDINIS S. FRANCISCI, nuncupatarum Penitentium, et earum successoribus,—capellam suam fundatam in honore S. Jacobi apostoli, cum crofta adjacente, ad occidentalem finem dicti burgi versus portam de *A[r]gilisgait*, inter terram arabilem Wil. Blare, vias regias, ac terram communitatis dicti burgi, pro loco perpetuo dictis Sororibus habitaturis et in eodem divina celebraturis:—Test. Hen. Barry, Jac. Haye, Tho. Spalding, Rob. Weddirburne, And. Barry, M. David Caraill, et Rob. Seres, notariis publicis:—Apud Dunde, 8 Mar. 1501]:—Test. *ut in carta* 2628. xiii. 500.

2638. Apud Edinburgh, 2 Apr.
REX,—quia decretum extitit 300 mercas per Wil. Carnys de Orchartoun pro valore ejus maritagii sibi persolvi debere,—et literis Geo. Ahannay vicecomiti deputato de Wigtoun directis, defectu bonorum mobilium terre subscripte, de rege tente in capite, pro dicta summa appreciate fuerunt,—pro qua Hen. Carnys cum thesaurario composuit; —igitur concessit dicto HENRICO CARNYS, et heredibus ejus,—terras de Cultis, extendentes ad 5 mercatas terrarum antiqui extentus, vic. Wigtoun;—et voluit quod dictus Wil. et heredes ejus haberent regressum quandocumque dict. summam, &c., persolverent infra septennium:—Test. *ut in carta* 2571. xiii. 528.

2639. Apud Striveling, 9 Apr.
REX confirmavit cartam Rob. Cunynghame de Cunynghamehed, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO SCHAW de Polkemmet, heredibus ejus et assignatis,— 8 solidatas 4 denariatas terrarum suarum de Brouncastell antiqui extentus, quas tunc occupabat et ad feodifirmam habebat Wil. Mak, alias Brouncastell, vic. Lanark: —Reddend. annuatim dicto Rob. unum denarium nomine albe firme:—Test. Jac. Chaumir de Fyntalach, Joh. Gray, Joh. Gordoun, Gydone Cunynghame, Joh. Crosar, Alex. Young, et Jac. Young notario publico:—Apud Edinburgh, 24 Jan. 1501]: —Test. *ut in carta* 2702. xiii. 576.

2640. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX concessit DAVID LINDESAY, nepoti Alex. L. de Dunrod, et heredibus ejus,—terras dominicales de Kilbride, extendentes ad 100 solidatas terrarum, Rogertounys ad 4 mercat., medietatem de Kittokside ad 6 mercas, Philloppishill ad 100 solidos, Thorntounys ad 8 merc., Bogtoun ad 4 merc., Broustarelandis ad mediam mercam, le Corshill ad 12 merc., antiqui extentus, vic. Lanark; et terras de Dunrod et molendinum earundem, ad 10 libras ant. ext., vic. Renfrew;—quas dictus Alex. resignavit:—Reservato libero tenemento prefato Alex.:—Test. (xiii. 511) *ut in carta* 2634; (xiii. 526) *ut in carta* 2571. xiii. 511. et 526.

2641. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REX,—quia prebendarii et capellani ECCLESIE COLLEGIATE S. TRINITATIS PROPE EDINBURGH, ex conquestu quondam sue avie Marie regine Scotie ipsorum fundatricis, in possessione extiterunt terrarum de le Powis de Erth cum molendino granorum earundem, et terrarum de Cummystoun alias nuncupatarum Manwell-riggis cum molendino fullonum earundem, vic. Striveling,—et quia carte mortificationis tunc inveniri nequiverunt;

— igitur, in corroboratione laudabilis intentionis prefate sue avie, sic ut dicti prebendarii, &c., deinceps fierent securiores, annullavit omnes cartas quibuscumque aliis personis desuper confectas; et predictas terras, &c., ad manum mortuam confirmavit dictis prebendariis, &c., et eorum successoribus :—Test. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiv. 15.

2642. Apud Edinburgh, 19 Apr.

REX confirmavit cartam David Foulartoun de Kynnabir,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO DOMINO GRAHAME, heredibus ejus et assignatis,—orientalem dimedietatem terrarum suarum de Kynnabir, ac terras suas de Charltoun, una cum piscariis omnibus dictis terris de K. pertinentibus,—reservato molendino dictarum terrarum de K. cum ejus proficuis,—vic. Forfare :—Faciend. regi servitium warde et relevii :—Test. Joh. Erskin de Dun, M. Rob. Erskin rectore de Fernne, Wil. Strathauchin, D. And. Grahame capellano, Hen. Strathauchin notario publico, et Jac. Monynet :—Apud Edinburgh, 18 Apr. 1502] :—Test. *ut in carta* 2628.

xiii. 503.

2643. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX confirmavit ALEXANDRO DOMINO ERSKIN,—terras et baroniam de Alway, cum castro, fortalicio et molendino earundem, terras de Galbarstoun, cum insula que vocatur insula de Clakmannane, una cum particula parci de Clakmannane adjacente terris de Galbarstoun ab occidentali parte aque de Litil Dovane, vic. Clakmannane; terras vocatas le Brewhauch infra forestam de Clakmannane, et totam dictam forestam, cum molendino ejusdem, terras de Ferytoun, pratum de Clakmannane, et particulam parci ejusdem jacentem ex parte orientali dicte aque de Litil Dovane, vic. antedicto; una cum annexis, &c., tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum dictarum terrarum et baronie;—quas idem Alex. resignavit :—Tenend. dicto Alex. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, heredibus ejus quibuscumque, in liberis regalitate, baronia et foresta : — Reddend. annuatim par calcarium deauratorum nomine albe firme, ex et pro eo quod quondam David Scotorum rex, de data 6 Aug. anno regni sui 35, predecessoribus dicti Alex. concessit quod ipsi et heredes liberi forent imperpetuum de omnibus wardis, releviis maritagiisque earundem :—Test. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiii. 505.

2644. Apud Edinburgh, 7 Maii.

REX, tanquam senescallus Scotie, concessit magno camerario suo ALEXANDRO DOMINO HUME, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ovir Thorntoun, Nethir Thorntoun, Estir Akingall, Westir Akingall, Creichnois, et Monynet, cum turre, fortalicio et molendino earundem, ac omnes annuos redditus et feodifirmas, cum tenentibus, &c., dictis terris spectantibus, in constabularia de Hadingtoun, vic. Renfrew; — quequidem regi devenerunt ratione escheate et forisfacture propter alienationem de tenandria dictarum terrarum seu majoris partis earundem factam per Joh. Montgumry olim tenentem ipsarum absque consensu superioris :—Test. 55. 30. 42. 26. 48. 38. 58.

xiii. 515.

2645. Apud Edinburgh, 7 Maii.

REX confirmavit cartam Walteri Forstare de Torwod militis, domini feodi terrarum subscriptarum, — [qua, — cum consensu patris sui Duncani Forestare de Skipynch militis, domini liberi tenementi earundem, —concessit ROBERTO MERSAR de Balleif, assignato Roberti dom. Creichtoun de Sanquhare et Kynnoul, heredibus ejus et assignatis,—terras de Kirktoun-Malaris et Hiltoun-Malaris, vic. Perth;—quas dictus dom. Creichtoun dicto Duncano pro certa summa pecunie alienavit, reexhibita dicto dom. reversione ad dictas terras redimendas, una cum litera regressus regis sub testimonio signeti; quam summam Rob. Mersar, (assignatus dicti domini vigore litere assignationis pergamino scripte sub testimonio sigilli dicti dom. rubea cera albe impressa sigillat.) dicto Waltero persolvit:—Tenend.

de rege in feodo:—TEST. Wil. dom. Grahame, Geo. Grahame de Kalendar, M. Alex. Muncreif vicario de Menmure, D. And. Grahame vicario de Foulis, et Alano Mane: —Apud Striveling, 12 (*sic*) Maii 1502]:—TEST. *ut in carta* 2646. xiii. 523.

2646. Apud Edinburgh, 16 Maii.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Roberti Mane rectoris de Monyabrach, Glasguensis diocesis,— [qua,—pro salute animarum regis Jacobi III., Margrete regine ejus sponse, Jacobi IV., Jacobi dom. Hammiltoun, Marie sponse ejus, D. Jacobi Hammiltoun eorum filii, M. Gawini Hammiltoun prepositi de Boithuile, Pat. Hammiltoun de Kincavill militis, &c.,—in puram elemosinam concessit uni capellano divina imperpetuum celebraturo in ECCLESIA BEATI MICHAELIS ARCHANGELI BURGI DE LINLITHQW, ad altare Omnium Sanctorum,—tenementum terre infra dictum burgum ex parte australi vici regii, et aliud tenementum in villa de Blaknes, annuum redditum 12 solidorum de terra Joh. Corswell in burgo de Linlithqw ex boreali latere ejusdem, 12 sol. de tenemento Jac. Schaw, 20 sol. de tenemento Joh. Rannald in le Myddil-raw dicti burgi, 20 sol. 4 den. de tenemento Tho. Listoun cum le *Mader-yard* ejusdem, 6 sol. 4 den. de tenemento Joh. Nicholsoun in le Kirkgait dicti burgi, necnon unam acram terre arabilis ad finem orientalem dicti burgi:—TEST. Gilberto Hammiltoun de Lochous, Wil. Hammiltoun de Bathcat, Angusio Heraldo, Rob. Fawhop de Lochous, Jac. Johnestoun, Joh. Hammyltoun, et Joh. Gray:—Apud burgum de Linlithqw, 1 Maii 1502]:—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 521.[1]

2647. Apud Edinburgh, 19 Maii.
REX concessit JOHANNI BYKKERTOUN, filio et heredi apparenti Alex. Bykkertoun de Casche, et heredibus ejus,— terras de Casche, cum molendino granorum et molendino fullonum earundem, vic. Fiffe;—quas dictus Alex. personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiv. 9.

2648. [2]Apud Edinburgh, 19 Maii.
REX confirmavit cartam Mathei com. de Levenax, dom. Dernle,—[qua, pro servitiis sibi impensis, confirmavit servitori suo WALTERO LOGANE de Gartconwell, et heredibus ejus masculis quibuscunque, — 5 libratas antiqui extentus terrarum de Gartconwell-Logane, terras de Balweys-Logane extendentes annuatim ad 4 mercatas terrarum ant. ext., una cum dimedietate capelle S. Kessogi et orti ejusdem, jacen. infra dictas terras, in comitatu de Levenax, vic. Dunbartane; —quas idem Walt. personaliter resignavit infra ecclesiam parochialem de Dunbertane: — REDDEND. annuatim unum denarium nomine albe firme:—TEST. D. Pat. Hammiltoun milite, Joh. Hammiltoun, fratribus Jacobi dom. Hammiltoun, Pat. Culquhone de Glen, Jac. Hammiltoun, Joh. Lindesay, Tho. Simple, Gilberto Logane, Rob. Stut, D. Joh. Findelaysoun capellano, et Rob. Watsoun, notariis publicis:—Apud burgum de Dunbertane, 6 Jan. 1501]:—Necnon aliam cartam ejusdem, — [qua, ob easdem causas, confirmavit eidem Waltero Logane, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—terras de Fergustoun-Logane, Ladcameroch-Logane, Bannachtane-Logane, Cammeroun-Logane, Boquhyning-Logane, et Camquhill-Logane, in comitatu de Levenax, vic. Striveling et Dunbertane;— quas idem Walt. eodem modo resignavit: — FACIEND. annuatim dicto comiti wardam, &c., et communem sectam in curia dicti comitatus:—TEST. *et de data ut supra*]:—TEST. "*ut supra.*" xvi. 34.

[1] This charter contains the following names of adjoining proprietors in Linlithgow;—Joh. Denys, Jas. Knollis, And. Scot, Joh. Costrel, Jas. Robertsoun, umquhile Joh. Cowpare, Rob. Brady, Joh. Carnys, umq. Joh. Galbaith, Wil. Cowane, Joh. Cowpar, Pat. Kaa, Jas. Hammiltoun; and in Blakness, Jas. Levingstoun and Joh. Landellis.

[2] Dated *anno regis* 15; either this or the *annus domini* must be wrong

2649. Apud Edinburgh, 20 Maii.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit ALEXANDRO CRAUFURD, et heredibus ejus, — dimedietatem terrarum de Spango et molendini earundem, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem;—quas Eliz. Park sponsa Geo. Striveling filii et heredis apparentis Joh. S. de Cragbernard, et Margreta Park sponsa Alex. Cunynghame filii et heredis apparentis And. C. de Drumquhassill, cum consensu dictorum suorum maritorum, resignaverunt, — in excambium pro terris de Kilwynnet, in comitatu de Levenax, vic. Striveling, dictis Geo. Striveling et Eliz. ejus sponse concessis :—TEST. (xiii. 510) *ut in carta* 2634 ; (xiii. 527) *ut in carta* 2571.

xiii. 510. et 527.

2650. Apud Edinburgh, 20 Maii.
REX concessit ADE NESBIT, filio et heredi apparenti Phillippi Nesbit de eodem, et LUCIE RUTHERFURD sponse dicti Ade,—terras de Auchinhay, extendentes ad 6 mercatas 6 solidatas 8 denariatas terrarum antiqui extentus, in senesc. Kirkcudbrycht ;—quas dictus Phil. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Ade et Lucie, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Phil. quibuscunque :—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 531.

2651. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX confirmavit cartam Finlayi Ower de Fynglen,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI MURRAY de Keloch, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Fynglen, cum pendiculo terre de Fynglen jacente apud ecclesiam parochialem de Tulichiddill, in senesc. Strathern, vic. Perth :—REDDEND. annuatim regi unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. Pat. Murray, Tho. Johnestoun, And. Johnestoun, D. Joh. Rogy capellano perpetuo de Pettinteane, D. Joh. Quhite curato ecclesie parochialis de Tulichiddill, et D. Mauricio Johnestoun curato eccl. par. de Monyvard ac notario publico :—Apud Strowane, 10 Dec. 1501]: —TEST. *ut in carta* 2674.

xiii. 568.

2652. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX concessit ROBERTO FALCONAR, filio et heredi apparenti David Falconar de Ballandro,—terras de Ballandro, vic. Kincardin ;—quas dictus David personaliter resignavit :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti David quibuscumque :—RESERVATIS libero tenemento dicto David, et rationabili tertia ejus sponse cuicunque cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 2589.

xiv. 31.

ANNO REGNI 15. ANNO DOMINI 1502.

2653. [1]Apud Striveling, 12 Jun.
REX dedit literam ALEXANDRO BRUSE de Birgeame militi, sub magno sigillo,—super 40 libris in feodo, pro servitio regi impendendo, pro tempore ejus vite, de thecis regis per thesaurarium annuatim persolvendis,—introitu incipiente ad festum S. Martini proxime sequens.

xiii. 537.

2654. Apud Striveling, 15 Jun.
REX confirmavit cartam Gawini Dunbar de Litill-Spot,— [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit PATRICIO MATHOSOUN, constabulario de Temptallone, et heredibus ejus quibuscunque,—12 mercatas terrarum suarum de Litill-Spott, vulgariter nuncupatas le Nukis, in territorio de Litill-Spot, comitatu de March, constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; viz. inter terras de Mekill-Spott ex orientali, et le Greyndike ex occidentali, et aquam de Brok ex australi, et terras de Howdanehed et Bowrhowsis ex boreali partibus:

[1] As a memorandum in Register.

—Reddend. annuatim unum denarium nomine albe firme;—et si contingeret dictum Pat., heredes aut assignatos ejus molestari, dictus Gawinus obligavit se et heredes suos ad reddendum tantas terras tanti valoris infra villam et territorium de Litill-Spott:—insuper personaliter dedit corporalem sasinam:—Test. Rob. Browstar, Jac. Tempill, Jac. Forest serjando, Tho. Andersoun, Alex. Romannes notario pub., Geo. Dunbar, et Jac. Dunbar:—Apud maneriem de Litill-Spot, 7 Maii 1498]:—Test. *ut in carta* 2702. xiii. 577.

2655. Apud Striveling, 2 Jul.

REX confirmavit cartam Johannis com. Atholie,—[qua, pro cordiali dilectione, concessit filio suo et apparenti heredi JOHANNI STEWART magistro Atholie,—terras thanagii, abnathie sive *le thandome* de Glentelt, viz. Blarewauchtir, Inverslane, Auchmerkmore, Auchmerkbeg, Auchgoule, Dalgorris, Campsymore, Campsybeg, Kincragy, Thereny cum molendino et bruerio earundem, Molichmore, Molichbeg, Litill Monydy, Litill Lude, Toldauf cum bruerio earundem, Pittincre, et Drummacreich;—quas Finlayus Toschoch thanus de Glentelt, non vi aut metu ductus prout constabat per suum corporale juramentum tactis Evangeliis prestitum, resignavit:—Tenend. dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, And. fratri germano dicti Joh. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque:—Reddend. unum denarium nomine albe firme:—Reservato libero tenemento dicto F.:—et voluit dictus com. quod assedatio prius facta de dict. terris Mariote Sinclare pro ejus vita, in suo robore maneret:—Test. M. Hen. Wod, M. Geo. Caunt, M. Joh. Laycok, thesaurario ac canonicis ecclesie cathedralis Dunkelden., Joh. Stewart, Tho. Keir, et D. Hen. Walkar, notariis publiciis:—Apud Dunkeld, 30 Maii 1502]:—Test. *ut in carta* 2646. xiii. 524.

2656. Aprud Striveling, 11 Jul.

REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Esplani Kennedy de Corrauchbey,—[qua, pro consilio et auxilio, concessit JONETE BARDE, sorori germane Gilberti Barde de Kilquhenze, pro tempore ejus vite,—2 mercatas terrarum suarum antiqui extentus de Clouchruchre, 20 solidatas de Knocnegarnere et Auchingonacht, mercat. de Auchingarne, dimediam mercat. de Chapell, et dimed. mercat. de Dunmorane, in comitatu de Carrik, vic. Are:—Reddend. annuatim unum denarium nomine albe firme:—Test. Jac. Bard, Joh. Bard rubeo, Joh. Makcorwis, et Eugenio Makqwhyad:—Apud ecclesiam collegiatam de Mayboyll, 25 Apr. 1485]:—Test. *ut in carta* 2571. xiii. 529.

2657. Apud Striveling, 11 Jul.

REX concessit familiari armigero suo MICHAELI BALFOURE de Burlee, et MARGRETE MUSCHET ejus sponse,—terras de Mochastir, Duletter, Portbank, insulam de Lochbanchare, cum lacu et piscatione ejusdem, in dominio de Strogartnay, vic. Perth;—quas Robertus Balfoure de Bochopill resignavit:—Tenend. dictis Michaeli et Margrete, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Michaelis quibuscunque:—Reddend. feodifirmam debitam et consuetam:—Reservato dicto Rob. libero tenemento:—Test. *ut in carta* 2650. xiii. 538.

2658. Apud Edinburgh, 16 Jul.

REX,—quia in causa per Robertum Carlile de Pettynnane optenta, contra Mariotam Kessok sororem et heredem quondam Pat. Kessok burgensis de Kirkcudbrycht, et Thomam Kennedy de Littil Dunrod dicte Mariote sponsum, de summa 100 mercarum, per dictum Pat. Johanni dom. Carlill debita, quam dictus Joh. dicto Rob. filio suo assignavit, persolvenda decretum extitit;—super cujus executionem David Tempilman nuncius vicecomes regis in hac parte 2 mercatas cum dimedia terrarum de Littil Dunrod, in senesc. de Kirkcudbrycht, pro dicta summa appreciavit, et dicto Rob. vendidit;—igitur, tanquam

dominus superior, concessit dictas terras dicto ROBERTO CARLILE, heredibus ejus et assignatis;—et voluit quod dicti Mariota et Thomas et heredes eorum haberent regressum quandocunque dict. summam, &c. persolverent infra septennium:—Test. *ut in carta* 2650. xiii. 533.

2659. Apud Edinburgh, 17 Jul.
REX confirmavit cartam Gawini Dunbar de Westir-Spott,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ROBERTO LAWDIR de Base militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westir-Spott, Gryndanehede, et le Newkis, cum tenentibus, &c., in comitatu Marchie, constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—Reddend. annuatim regi unum denarium nomine albe firme:—Reservato sibi libero tenemento:—Test. Alex. Sidserf de eodem, Kentigerno Hepburn de Lufnos, Hen. Congiltoun de eodem, Wil. Todrik, et D. Hen. Lausoun capellano:—Apud le Crag, 12 Jul. 1502]:—Test. *ut in carta* 2646. xiii. 525.

2660. Apud Edinburgh, 28 Jul.
REX,—quia terre de Drummane, in dominio de Lesly, vic. Fiffe, a Georgio comite de Rothes de se tente in capite, sibi pro summa 200 librarum a dicto comite debita appreciate et Andree Lundy de Balgony vendite fuerunt;—igitur, tanquam dominus superior, concessit dicto ANDREE LUNDY, et ejus heredibus,—dictas terras;—et voluit quod dictus comes et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium:—Test. *ut in carta* 2650. xiii. 532.

2661. Apud Edinburgh, 13 Aug.
REX,—quia terre de Symontoun cum firmis, &c., in manibus suis extiterunt, ob non introitum Wil. Colvile de Uchiltre militis, immediate tenentis earundem, per 13 annos a decessu Rob. Colvile de Uchiltre militis ejus patris, quas firmas rex concessit familiari suo Roberto Colvile de Hiltoun, directori cancellarie,—et defectu bonorum mobilium terre subscripte pro 446 libris 7 solidis appreciate fuerunt et dicto Rob. vendite;—igitur, tanquam senescallus Scotie et dominus superior, concessit dicto ROBERTO COLVILE, heredibus ejus et assignatis,—terras de Symontoune prefato Wil. in proprietate pertinentes, quas Joh. Davidsoun in le Murehous, Joh. Lindesay serjandus, Cudbertus Rudeman et Jac. Wallace tunc occupabant, extendentes annuatim ad 3 lib. 15 sol., 2 bollas et 2 ferlotas ordei, et appreciatas pro 99 lib. 17 sol. 8 den.; terras de S. subscriptas dicto Wil. in tenandria pertinentes, viz. binam partem terrarum de Stafloure, appreciatam pro 132 lib. 4 sol. 8 den.; tertiam partem de Dawkaith, appreciatam pro 49 lib.; binam partem de Knokindaill, Hectori Stewarte et Georgio Tait pertinen., appreciat. pro 52 lib.; 2 mercatas cum dimedia de Quhitehill-Wallace, appreciat. pro 34 lib. 13 sol. 4 den.; 16 solidatas et 8 denariatas de Byrehill, appreciat. pro 26 mercis; binam partem de Hoilhous, Jac. Chaumir et Joh. Bawle pertinen., appreciat. pro 6 lib. 10 sol.; unum quarterium terrarum ville de Goldring, appreciat. pro 14 lib. 11 sol.; quintam partem terrarum ville de Elyntoun, domino de Colyane pertinen., appreciat. pro 34 lib. 13 sol. 4 den.; et tertiam partem terrarum de Crukesyde, appreciatam pro 8 merc. 3 sol. 8 den.; infra balliam de Kile, vic. Are;—et voluit quod dictus Wil. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium:—Test. *ut in carta* 2667. xiii. 547.

2662. Apud Striveling, 27 Aug.
REX confirmavit cartam Joh. domini Simpill,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis armigero JOHANNI ELPHINSTOUN de Erth,—terras de le Myddilthrid de Cragrossy, Adamo Schaw impignoratas; necnon superioritatem tenandrie partis occidentalis de Cragrossy, quam Joh. dominus Ross de Halkhede in feodo habuit, in villa et territorio de Cragrossy, in senescallatu de Strathern, vic. Perth:—Tenend. prefato Johanni heredibusque ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Alex. Elphinstoun fratri dicti Joh. germano et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Andree

Elphinstoun de Selmys et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. Elphinstoun filio avunculi dicti Joh., et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis cognomen et arma de Elphinstoun gerentibus quibuscunque, de rege in feodo: —TEST. Joh. Simpill fratre dicti dom., Joh. Simpill in Corsfurd, Alano Simpill, Wil. Mure, Alex. Levingstoun, Rob. Callendare, et David Hendersoun:—Apud Edinburgh, 12 Aug. 1502]:—INSUPER, pro favoribus, &c., dict. terras univit baronie de Erth-chaumerlane; et voluit servitia prius in curiis senesc. Strathern facta, postea fieri in curiis vic. Perth:—TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 543.

2663. Apud Striveling, 31 Aug.
REX concessit DAVID SKRYMGEOUR, nepoti et heredi apparenti David S. de Fardill, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Fardill cum molendino, —excepta quarta parte, viz. le Nethirquarter nuncupata le Ard, — ac terras de Litilgurdy, vic. Perth; — ac etiam concessit dicto David et MARGARETE ABIRCRUMMY ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti David quibuscunque,—predictam le Ard;—quas omnes terras dict. David senior resignavit:—RESERVATIS dicto David seniori libero tenemento trium quarteriorum ville husbandie de Fardill, molendini earundem, et terrarum de Litilgurdy; et Alisone Ferne ejus sponse libero tenemento quarti quarterii dicte ville husbandie, una cum rationabili tertia ceterarum terrarum, &c., cum contingeret:—TEST. *ut in carta* 2667. xiii. 546.

2664. Apud Striveling, 1 Sept.
REX, pro servitio sibi impenso, et pro proficuo patrimonii corone, ad feodifirmam dimisit ROBERTO MENZEIS de eodem, et heredibus ejus,—terras de Rannach, viz. Downane, Kinclauchtir, duas Cammysirochtis, Ardlarach, Kilquhonane, Larane, Ardlair, Laragane, insulam de Lochrannach, lacus de Rannach et Irochty, ac omnes lacus et insulas infra dictas terras, extenden. in integro ad 20 libratas terrarum, una cum custodia forestarum infra easdem, vic. Perth; —et easdem incorporavit in liberam baroniam de Rannach:—REDDEND. 30 libras annuatim nomine feodifirme: — TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 535.

2665.[1] Apud Striveling, 3 Sept.
REX, pro servitio sibi impendendo, dedit literam DAVID SINCLARE militi, sub magno sigillo,—super 50 mercis in feodo, pro tempore ejus vite, de thecis regis annuatim persolvendis:—introitu dicti David ad festum S. Martini proxime sequens incipiente. xiii. 536.

2666. Apud Striveling, 5 Sept.
REX confirmavit cartam Wil. Aysoun de Fornocht,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori et senescallo JACOBO REDEHEUCHE, burgen. de Striveling, heredibus ejus et assignatis,—terras de Tulychhedhile, vulgariter nuncupatas Culturagane, in comitatu de Strathern, vic. Perth:— REDDEND. annuatim dicto Wil. 6 denarios nomine albe firme:—TEST. Alex. Bunch, Umfrido Murray, Pat. Wellis, And. Duchle, D. Pat. Brisoun capellano ac notario publico:—Apud Perth, 26 Oct. 1496]:—TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 542.

2667. Apud Striveling, 6 Sept.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI FORMAN, et heredibus ejus, —terras de Sleltak, in baronia de Innes, vic. Elgin;—que fuerunt Jac. Douglace de Pettindrech armigeri, ratione appreciationis (exceptis *le Fermez* earundem remansuris cum Alex. Innes de eodem), et quas dict. Jac. personaliter resignavit:—TEST. 55. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 545.

2668. Apud Strivelin, 7 Sept.
REX, pro servitio sibi impenso et pro commodo patrimonii corone, ad feodifirmam dimisit familiari armigero suo DUN-

[1] As a memorandum in Register.

CANO CAMPBELE de Glenurquha,—terras de Glenlioun, viz. 2 mercatas 6 solidatas 8 denariatas terrarum de Gallyn, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Meggarne, 2 merc. de le Myltoun, 2 merc. de le Brandvoy, 2 merc. de Keroclauchy, 2 merc. de Cragilk, terras de Invermuke, Glenmarane, Glencalich, et Regill extendentes ad 5 merc. 6 sol. 8 den., 20 sol. de le duabus Moris, 8 merc. de Ard, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Crageny, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Slattich, 2 merc. de Laganecassy, 40 sol. de Ruskich, 4 merc. 6 sol. 8 den. de le 2 Inverbarris, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Carnbayne, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Inveringlass, 5 libratas de Sestill, et 40 sol. de Derycammys, extendentes in integro ad 58 mercatas terrarum antiqui extentus, vic. Perth;—et easdem incorporavit in liberam baroniam de Glenlioun:—Tenend. dicto Duncano pro tempore vite ejus, et post ejus decessum Arch. filio ejus et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Pat. fratri dict. Duncani et heredibus ejus &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. fratri dict. Duncani et Patricii, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Duncani, arma et cognomen de Campbele gerentibus quibuscunque:—Reddend. annuatim regi apud Striveling 60 libras nomine feodifirme:—Test. *ut in carta* 2650. xiii. 539.

2669. Apud Striveling, 12 Sept.

REX concessit ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE, dom. Campbele et Lorne, magistro hospitii sui,—terras de Skipynch, cum castro, fortalicio et loco earundem, extendentes ad 4 mercatas terrarum, terras de Lathourling et Kilpenny ad 2 merc., Colintre ad 2 merc., le Altgallorcas et Ariwoware ad 2 merc., Glenskipale ad 1 merc., Glenrestill ad 2 merc., Clynaig ad 4 merc., terras de Orgaig ad 4 merc., Stronerestill ad 1 merc., Garweile ad 1 merc., Laganerowok ad 1 merc., et terras de Arymore ad 12 merc., extendentes in integro ad 36 mercatas terrarum, in dominio de Knapdaile, vic. Tarbart;—quas in liberam baroniam de Skipinch per regem incorporatas, Duncanus Forestare de Skipinch miles personaliter resignavit:—Tenend. dicto Archibaldo et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Duncano Campbele de Glenurquha et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Archibaldi arma et cognomen de Campbele gerentibus quibuscunque:—Reddend. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme:—Test. *ut in carta* 2667.

xiii. 548.

2670. Apud Striveling, 12 Sept.

REX concessit familiari militi suo WALTERO FORESTARE de Torwod, filio et heredi apparenti Duncani Forestare de Skipinch militis, et heredibus ejus,—5 mercatas terrarum antiqui extentus de Mundoy, ac 5 merc. terrarum ant. ext. de Uvirglenny, in senesc. Menteith, vic. Perth;—quas Arch. comes de Ergile personaliter resignavit:—Reservato dicto Duncano libero tenemento:—Test. *ut in carta* 2667.

xiii. 549.

2671. Apud Striveling, 14 Sept.

REX ad manum mortuam concessit canonicis et vicariis chori ECCLESIE CATHEDRALIS ABIRDONENSIS, divina inibi celebraturis,—annuum redditum 3 librarum de terris de Fynlatir, et 12 solidorum de terris de Inchdrewir et Culbirny, vic. Banff;—pro anniversario et exequiis pro se die obitus sui, et pro solempni missa cum nota in crastino et privatis missis annuatim, et interim in crastino diei S. Andree;—necnon ann. red. 3 lib. de terris de Natherdule, vic. Banff, et 12 sol. de dictis terris de Inchdrewir et Culbirny,—pro alio anniversario et exequiis pro Wil. episc. Abirdonen. custode secreti sigilli, die ejus obitus, et pro solempni missa, &c. (*ut supra*), et interim in crastino diei S. Macharii;—quos redditus Hen. Mersar de Mekillour resignavit:—Test. *ut in carta* 2667.

xiii. 550.

2672. Apud Striveling, 15 Sept.

REX confirmavit cartam Joh. Liddale de Creich,—[qua, pro certa summa pecunie

persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori DAVID BETOUN filio quondam Joh. Betoun de Balfoure, heredibus ejus et assignatis,—terras de Creich, vic. Fiffe :— REDDEND. annuatim regi wardas, relevia, homagia et maritagia cum contingerent, una cum tribus sectis ad tria placita capitalia vic. de Fiffe :—TEST. Wil. Scot de Balwery milite, Rob. Colvile de Hiltoun, And. Aytoun, Joh. Quhite vicario de Bathkat, et Joh. Balfour :—Apud Striveling, 14 Sept. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 540.

2673. Apud Striveling, 15 Sept.
REX confirmavit cartam Wil. Drummond de Auchrek,— [qua, pro benemeritis, supportationibus et auxiliis sibi impensis, concessit JACOBO HALDANE de Glenegase militi, heredibus et assignatis ejus,— terras de Auchrek, in senesc. Menteith, vic. Perth, extendentes ad 10 mercatas antiqui extentus :—TENEND. de rege in feodo :— TEST. Geo. Haldane fratre germano dicti Jac., Jac. Menteith, Arch. Lindesay, David Lindesay, Alex. Haldane, Tho. Gillane, Rob. Hommyll, Wil. Masoun :— Apud Lanark, 16 Jan. 1501] :—TEST. *ut in carta* 2650. xiii. 541.

2674. Apud Strivelin, 17 Sept.
REX concessit familiari servitori suo JOHANNI MURRAY, filio et heredi apparenti Johannis M. de Fawlohill, heredibus ejus et assignatis,—terras de Battis, Haddirle, le Kingiscroft, una cum omnibus terris infra burgum de Selkirk que pertinebant Ric. Kene de Haddirle, et regi pro 80 libris appreciate et dicto Johanni vendite fuerunt :—TEST. 55. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58. xiii. 557.

2675. Apud Edinburgh, 18 Oct.
REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Alex. Hammiltoun de Byrntwod,—[qua—pro certa summa pecunie persoluta—vendidit et alienavit WILLELMO SCHAW de Polkemmet, heredibus ejus et assignatis,—2 mercatas terrarum antiqui extentus de Ovirlangside et Nethirlangside, per Bernardum Richemont et Rob. Bordland inhabitatas, ac unam mercatam terrarum ant. ext. de Dundywayn per eosdem inhabitatam, in Kilestewart, infra dominium de Galstoun, vic. Are :—TENEND. de senescallo Scotie :—TEST. Arch. Lokert, Rob. Lokert, Joh. Gordoun, Joh. Redpeth capellano, et And. Wod :— Apud Sornbeg, 6 Aug. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2702. xiii. 575.

2676. Apud Linlithqw, 21 Oct.
REX,— quia pro summa 200 nobilium aureorum vocatorum *le angell-nobillis* monete Anglie, per Geo. Douglace Magistrum Angusie filium et heredem apparentem Archibaldi com. Angusie solvenda executoribus quondam familiaris regis militis Rob. Ker, (ob non introitum Symonis Scot de Arkyn vel unius sociorum ejus dicte summe valentis infra aulam manerii de Halydene dicto quond. Roberto ad relevandum servitorem ejus Anglicis in plegium datum propter dictum Symonem pro restitutione ablatorum per eum,) terre subscripte appreciate fuerunt et Radulpho Ker de Prymsideloch, executori dicti Rob., vendite;—igitur, tanquam dominus superior, concessit dicto RADULPHO KER, et heredibus ejus,— 10 libratas terrarum antiqui extentus de Fawside, in dominio de Jedworthforest, vic. Roxburgh;— et voluit quod dictus Georgeus et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :— TEST. 55. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58. xiii. 553.

2677.[1] Apud Jedburgh, 12 Nov.
REX dedit literam ANDREE EPISCOPO MORAVIENSI, commendatario de Pettinweme et Cottinghame in Anglia, et JOHANNI FORMAN ejus fratri germano, et eorum alteri diutius viventi, conjunctim et divisim, et eorum assignatis pluribus aut uni, —super warda omnium terrarum, reddituum et possessionum in regis manibus existentium ratione warde sive nonintroitus legitimorum heredum quondam Jac. Ruthirfurd de eodem, seu quondam Ric. Ruthirfurd, dicti Jac. nepotis,—pro tempore warde sive nonintroitus earundem; una

[1] As a memorandum in Register.

cum maritagiis Katrine et Elene Ruthirfurd neptium et heredum dicti Jac., ac sororum et heredum dicti Ric., quibus decedentibus non maritatis, maritagiis heredum masculorum vel feminarum ad dictorum hereditates succedentium;—cum potestate dictis And. et Joh. et assignatis eorum ad disponendum super dictis warda, nonintroitu et maritagiis. xiii. 563.

2678. Apud Striveling, 4 Dec.
REX ad manum mortuam concessit ad sustentationem misse cotidiane et unius capellani in CAPELLA S. ROCHI per ipsum fundata juxta australem finem pontis DE STRIVELING,—terras de le Wynschelhalch, extenden. ad 8 acras vel eocirca, in le Roploch prope castrum de Striveling; necnon 15 mercas annui redditus de terris de Row, in senesc. Menteith: —Test. *ut in carta* 2707. xiv. 55.

2679. Apud Striveling, 21 Dec.
REX,—quia carte primeve fundationis BURGI DE LAWDIR per guerrarum insultus, incendia et aliusmodi distructe sunt et combuste, unde mercantizandi usus cessavit in grave burgensium dispendium, ac in dampnum regis non modicum penes regias custumas firmasque legales et devoria,—igitur, cum avisamento concilii sui, de novo infeodavit et confirmavit burgensibus et communitati dicti burgi,—prefatum burgum in liberum burgum pro perpetuo;—cum omnibus terris, annuis redditibus, et possessionibus quibuscunque eidem pertinentibus;—cum potestate terras eorum communes frangendi et arandi, necnon ballivos, &c., annuatim elegendi, crucemque et forum singulis ebdomadis die Sabbati, et nundinas publicas in festo S. Martini in hieme et per octavas ejusdem habendi, cum tholoneis, &c.: — Reddend. annuatim firmam burgalem et alia devoria debita et consueta:—Test. *ut in carta* 2674.
xiii. 559.

2680. Apud Strivelin, 22 Dec.
REX concessit familiari suo militi ALEXANDRO SETOUN de Tulchfresall, et heredibus ejus,—terras de Burncastell, cum tenentibus, &c., in dominio de Lawdirdale, vic. Berwik;—quas Wil. Furd resignavit: —Test. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.
xiv. 71.

2681. Apud Abirbrothok, 28 Dec.
REX ad manum mortuam confirmavit concessionem factam per quondam Wil. Hay de Ury, de certis croftis infra villam de Cowy, viz. le Langcroft alias Brounisland, le Batehalch, Maldiscroft, le Smiddycroft de Cowy, et le Abbottiscroft; necnon concessionem factam per quondam M. Gilbertum Hay de Ury, de 40 solidis annui redditus de terris ville de Magra, prope dictam villam de Cowy; necnon concessionem factam per quondam Alex. Strathachin de Dulliwarde, de crofta vocata le Tempilcroft, prope villam de Cowy, vic. Kincardin;—ad sustentationem unius capellani perpetui in CAPELLA VIRGINIS MARIE ET S. NAUTHLANI prope villam de Cowy: —Test. *ut in carta* 2676. xiii. 554.[1]

2682. Apud Dundee, 9 Jan.
REX concessit M. JOHANNI SKRYMGEOUR,—terras de Edinkip, in dominio de Strathern, vic. Perth;—quas Katrina Lyne sponsa Jac. Guthre, Agnes Lyne sponsa Joh. Annand, Margreta Lyne sponsa Joh. Lyndesay, et Elizabetha Lyne, cum consensu suorum maritorum resignaverunt:—Tenend. dicto Johanni et heredibus masculis de corpore ejus procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis ejusdem quibuscunque:—Test. *ut in carta* 2641.
xiv. 16.

2683. Apud Perth, 9 Jan.
REX concessit FYNLAIO MAKNAB de Bowane, et heredibus ejus,—terras de Yhewire et Lerakene, extendentes annuatim ad 4 mercas, in baronia de Glendochare, vic. Perth;—quas Pat. Maknab de Monzhe resignavit:—Test. *ut in carta* 2641. xiv. 17.

2684. Apud Edinburgh, 17 Jan.
REX confirmavit cartam Alexandri com.

[1] The following names of owners of adjoining lands occur in this charter:—Alexander Menzeis, Joh. Carmak, Alexander Duthvy, Thomas Hukar.

Buchannie, — [qua, — pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit WILLELMO DOMINO DE RUTHWEN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Glencuthill, et baroniam ejusdem, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—TEST. Pat. Wellis preposito et vicecomite de Perth, And. Charteris de Cuthilgurdi, Rob. Mersare de Balleif, David Kynneir de eodem, Jac. Kynneir, Joh. Ruthven de Cragyngaw, Rob. Dammahoy, et D. And. Eldar presbytero ac notario publico :—cum subscriptione manuali dicti Alex. :—Apud Perth, 24 Sept. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2723.

xiii. 599.

2685. Apud Edinburgh, 18 Jan.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Ricardi Hoppar burgensis de Edinburgh,—[qua concessit ad sustentationem unius capellani imperpetuum divina celebraturi ad altare B. V. M. et ejus Visitationis, et S. Rochi confessoris, per ipsum edificandum in ECCLESIA COLLEGIATA B. EGIDII DE EDINBURGH, in nova insula S. Thome martiris,—annuos redditus subscriptos ex terris et tenementis in burgo de Edinburgh, viz. 6 mercarum de tenemento quondam Joh. Baty, in clausura quondam Joh. Barkar ex parte boreali vici regii; 6 merc. de tenemento Tho. Turnour, ex parte australi vici regii; 5 merc. de tenemento quondam Joh. Coupland, ex parte boreali vici regii in clausura quondam Jac. Townis; 13 sol. 4 den. de terra Wil. Macolme; 7 merc. de tenemento quondam Alex. Levingstoun, ex parte australi vici regii; 13 sol. 4 den. de tenemento dicti Joh. Baty in clausura dicti Ric. Hoppar :—TEST. Alex. Lauder preposito, Wil. Curmichell, Tho. Kerkatill, Wil. Totherik, ballivis, Wil. Scheresmyth thesaurario, Joh. Fowlar decano gilde, Geo. Towris, Rob. Rynd, Wil. Bothuile, Joh. Bissate, Walt. Cant, consulibus et burgensibus dicti burgi, M. Jac. Henrysoun communi clerico, M. Hen. Strathachin, notariis publicis, Alex. Gray alias Edinburgh nuncio, And. Grahame, Alex. Fausid, Wil. Patonsoune, Rob. Carmichell, Tho. Lawdir, et Joh. Huntare, serjandis;—cum communi sigillo dicti burgi :—Apud Edinburgh, 17 Jan. 1502] :—TEST. 61. 30. 42. 53. 57. 84. 48. 38. 58.

xiv. 65.[1]

2686. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REX confirmavit cartam Wil. Meldrum de Fivee,—[qua concessit filio suo et apparenti heredi, GEORGIO MELDRUM de Petcarry, heredibus ejus et assignatis,—terras de Qwiltis, cum piscariis, vic. Abirdene :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Walt. Berclay de Tolly, Rob. Gordoun de Fothirleddir, Alex. Crukschank, Alex. Blindesele, et Wil. Chawmer :—Apud Abirdene, 22 Aug. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2674.

xiii. 566.

2687. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REX concessit THOME SPALDING, burgensi de Dunde, heredibus ejus et assignatis,—terras de Balhedmond, in dimedietate baronie de Nauchtane, vic. Fiffe;—quas And. Kynnard de eodem resignavit:—TEST. *ut in carta* 2674.

xiii. 558.

2688. Apud Edinburgh, 29 Jan.

REX confirmavit cartam Alex. Wintoun de Andate,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori JACOBO REDEHEUCHE, heredibus ejus et assignatis,—terras de Tulichiddill, in senesc. Stratherne, vic. Perth :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Joh. Elphinstoun de Erth, And. Elphinstoun de Selmys, Rob. Bruse seniore, Joh. Cosour, Joh. Cumry, Joh. Kynloch, et Alex. Elphinstoun :—Apud Edinburgh, 28 Jan. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2674.

xiii. 569.

2689. Apud Edinburgh, 30 Jan.

REX confirmavit cartam Joh. Narne de Cromdale, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Gordoun et Baidyenach, heredibus ejus et assignatis,—terras de Inverrowris, Inverlochy et Fothirlettir, vic. Banf :—

[1] The following names of owners of adjoining tenements occur in this charter :—Tho. Stanelie, umquhile Joh. Andersoune, umq. Edward Lambe, Rob. Vaus, umq. Geo. Fische, umq. And. Hidsoune.

TENEND. de rege in feodo :—TEST. Walt. Ogilvy de Boyne, Alex. Gordoun de Mydmar milite, Wil. Gordoun de Schevez, Joh. Dempstare de Uchtirles, Dunc. Thomsoun de Auchinhampar, Rob. Innes de Invermerky, M. And. Cadiow et Tho. Wallace alias Donaldi notariis publicis :—Apud Edinburgh, 26 Jan. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2674. xiii. 560.

2690. Apud Edinburgh, 30 Jan. REX concessit et quitteclamavit GEORGEO MELDRUM, filio et apparenti heredi Wil. Meldrum de Fivee, et heredibus ejus, —terras et baroniam de Formertyne, cum tenentibus, &c., castrum et fortalicium de Fivee, villam et burgum de Fivee cum firmis burgalibus et annuis redditibus ejusdem, terras et molendinum de Mekle Gurdess, Blachree, Badichale, terras foreste de Kynnavale, finem silve vulgariter *le Wodend*, Litill Gurdess, le Commoun Lone, Haldaw, Derley, Petty cum molendino, *le Stratht* et brasina ejusdem, dimedietatem de Park de Fivee, Jakstoun, le Estir-toun, Sauchak cum molendino, vic. Abirdene ;—quas dictus Wil. resignavit :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. Abirdene, una cum wardis cum contingerent : — RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento, et rationabili tertia Elizabeth Berclay ejus sponse cum contingeret :—TEST. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 583.

2691. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX, tanquam comes de Carrik, confirmavit cartam Tho. Kennedy de Bargany, —[qua concessit filio suo et heredi apparenti ALEXANDRO KENNEDY, et MARIOTE DUNBAR ejus sponse,— 5 libratas terrarum de Letirpyn, 40 solidatas de Peynmanach, 40 solidat. de Balmakessagum, 20 solidat. de Clonlach, 2 mercatas de Drummuk, et 40 solidat. de Dowpyn, antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air :—TENEND. dictis Alex. et M., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Tho. et heredibus suis quibuscunque, de comite de Carrik :—TEST. D. David Kennedy ballivo de Carrik, Joh. Kennedy de Knokreoch, Tho. Kennedy de Kirkmichell, Wil. Colvile de Ravinniscrag, Geo. Kennedy de Balmaclanachane, Joh. Hammiltoun, et D. Joh. Raith capellano :—Apud Bergany, 2 Jan. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2702. xiii. 572.

2692. Apud Edinburgh, 31 Jan. REX concessit JOHANNI DUNBAR, filio et heredi apparenti Cuthberti Dunbar de Blantyre, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Blantire, cum tenentibus, &c., extendentes ad 40 libratas terrarum antiqui extentus, vic. Lanark ;— quas dictus Cuthbertus resignavit :—REDDEND. annuatim monile aureum oneris nobilis Henrici (secundum antiquas evidentias et rotulos scaccarii) nomine albe firme :—RESERVATO dicto Cuthberto libero tenemento :—TEST. *ut in carta* 2702. xiii. 579.

2693. Apud Edinburgh, 1 Feb. REX concessit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Gordoun et Baidyenach, et heredibus ejus masculis,— terras de Rymiltounlaw, in dominio de Gordoun, vic. Berwik ;—quas, prius unitas baronie de Huntlie, postea appreciatas quondam M. Alexandro Inglis, Geo. I. de Lochend heres dicti Alex. resignavit :—TEST. *ut in carta* 2702. xiii. 580.

2694. Apud Edinburgh, 2 Feb. REX concessit ARCHIBALDO CRAUFURD, ROBERTO FOWLIS, GAWINO WILSOUN, JOHANNI CAINE, JACOBO NICHOLAII, ARCHIBALDO DOUGLAS, PATRICIO KAA, JOHANNI LISTOUN, JACOBO PARRY, JOHANNI HOPPRINGILL, JOHANNI SCOT, JOHANNI KINCADE, burgensibus de Linlithqw, et MARIOTE WEIR hereditarie ; ac etiam capellanis subscriptis et eorum successoribus, viz. D. Thome Bartilmew altaris S. Brigide, D. Petro Hill altaris B.V.M., D. Andree Logane altaris S. Katrine, infra PAROCHIALEM ECCLESIAM BURGI DE LINLITHQW per predecessores regis mortificat. ; ac etiam

D. Patricio Craufurd capellano CAPELLE B.V.M. ad finem orientalem dicti burgi per regem mortificat.,—terras de Magdalenesid, continentes 6 acras arabiles, juxta terras quondam Normanni Young;—in excambium pro una pecia 6 acrarum arabilium, juxta hospitium D. Jac. Erkill capellani, quam dicte persone resignaverunt :—TENEND. dictis burgensibus et Mariote in libero burgagio, et dictis capellanis in puram elemosinam : — REDDEND. annuatim dicti burgenses et Mariota regi unum denarium argenti nomine albe firme, et dicti capellani pro rege et successoribus ejus orationum suffragia devotarum :—TEST. *ut in carta* 2674. xiii. 562.

2695. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Arch. Wauchop de Nudrymerschale, —[qua, cum consensu Eufamie Skowgall sponse sue, in puram elemosinam concessit uni capellano, viz. D. Wil. Werrok, et ejus successoribus divina pro perpetuo celebraturis ad magnum ALTARE SANCTE CRUCIS per se constructum infra villam suam et territorium DE NUDRYMERSCHALE,—annuum redditum 12 mercarum de terris de Pylmure, quas tunc occupabant Joneta Perry et Joneta Gordoun, in baronia de Nudrymerschale, parochia de Curry, vic. Edinburgh; necnon terram edificatam, plantatam et vastam in dicta villa et territorio, quam tunc occupabat Dunc. Campbell, et orientalem acram crofte nuncupate le Scotispatis-croft, in dicta villa, &c., juxta acram quam tunc occupabat Joh. Carnys, pro gleba et mansione dicti capellani; una cum gramine et pastura 2 vaccarum in communia dicte ville:—TEST. Joh. episc. Rossen., M. Joh. Matelland, Rob. Sleich, Arch. Skowgale, Wil. Blaky, et Jac. Monynet notario publico :—Apud Nudrymerschale, 5 Jun. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2725. xiii. 590.

2696. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX concessit armigero suo JOHANNI DUNBAR de Mochrum,—8 mercatas terrarum de Glasnok antiqui extentus, in baronia de Cumnok, vic. Are ;—quas Jac. Dunbar de Cumnok miles resignavit :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus inter ipsum et Jonetam Stewart ejus sponsam legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. Are, una cum wardis, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2674. xiii. 561.

2697. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit cartam Jac. Stewarte de Garthill,—[qua concessit GEORGEO MAXWELL de Carnsallach, heredibus ejus et assignatis,—australem dimedietatem terrarum de Boisfeld, in baronia de Kilbride, vic. Lanark;—in excambium pro dimed. terrarum de Garthill, in comitatu de Levenax, vic. Striveling :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Alano Stewart de Cardonald, Adam Blacader, Adam Stewarte, Wil. Maxwell, David Congiltoun, And. Leslye, et Joh. Heriot :—Apud Edinburgh, 7 Feb. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2674. xiii. 564.

2698. Apud Edinburgh, 15 Feb.
REX confirmavit ALEXANDRO ELLEM de Butterden, et ELENE HUME ejus sponse,—terras de Westirborthik, in comitatu Marchie, vic. Berwik ;—quas dictus Alex. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Elene, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2589. xiv. 30.

2699. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REX confirmavit cartam Rob. Corsby de Oulcotis,—[qua,—pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit ANDREE CHAWMIR, servitori Johannis dom. Maxwell, heredibus ejus et assignatis,—terras de Sark, alias Natoun de le Mure, super aquam de Sark, in senesc. Vallis Anandie :—REDDEND. annuatim regi unum denarium argenti apud castrum de Lochmabane, in festo Assumptionis B. V. M., nomine albe firme :— TEST. Joh. dom. Maxwell, Adam Johnestoun de eodem,

Joh. Carutheris de Holmendis, Rob. Charteris de Amysfeld, Nicholayo Makbraire, Tho. Haliday de Melchamhous, et Jac. Charteris :— Apud Edinburgh, 2 Aug. 1502] :—Test. *ut in carta* 2674.

xiii. 567.

2700. Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX confirmavit familiari armigero suo JOHANNI STEWART de Mynto, et JONETE FLEMYNG ejus sponse,—terras et baroniam de Mynto, vic. Roxburgh; ac terras de Busby, vic. Lanark ; — quas idem Johannes personaliter resignavit :—Tenend. dictis Joh. et Jonete et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2702.

xiii. 582.

2701. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX confirmavit cartam Geo. Maxwell de Carnsallach, — [qua, — pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit ALANO STEWART de Cardonald, heredibus ejus et assignatis,—terras de Boysfeld, in baronia de Kilbride, vic. Lanark :—Tenend. de rege in feodo :—Test. Pat. Culquhone de Glen, Geo. Lindesay filio et herede apparente David L. de Dunrod, Jac. Hammiltoun, Wil. Logane, Joh. Parys, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico : —Apud Edinburgh, 24 Feb. 1502] :—Test. *ut in carta* 2674. xiii. 565.

2702. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX confirmavit cartam Joh. Stewart de Ardgowane, —[qua concessit NINIANO STEWART, vicecomiti de Bute, heredibus ejus et assignatis,—40 libratas terrarum antiqui extentus de le Tenpennylandis, Kildonane, Twa Furlingis, Dupennylandis, cum tribus le Largis, duabus Keskedelis, Glenasdasdale, et Clachane, in insula de Arane, vic. Bute,—in excambium pro terris, &c. (*in carta* 2703 *contentis*) :—Tenend. de rege : — Test. Arch. comite de Ergile, Math. comite de Levenax, Joh. Elphinstoun de Erth, David Betoun, Alex. Bannantyne, Moricio Maknachtane, Joh. Patonsoun, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico :—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1502] —Test. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiii. 570

2703. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX confirmavit cartam Niniani Stewart, vicecomitis de Bute, —[qua concessit JOHANNI STEWART de Ardgowane, heredibus ejus et assignatis,—20 libratas terrarum antiqui extentus de Ballochscheane et Auchinquharne, necnon annuum redditum 24 mercarum de terris baronie de Abirnethy, vic. Perth ;—in excambium pro terris (*in carta* 2702 *contentis*) :—Reddend. annuatim regi (pro dicto annuo redditu) unum denarium argenti apud Perth in festo Pentecostes, nomine albe firme : —Apud Edinburgh, 24 Feb. 1502] :—Test. *ut in carta* 2702.

xiii. 571.

2704. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX,—quia sibi et dominis concilii clare constabat per antiquas cartas perlectas, quod terre de Kirkmichell, infra territorium burgi de Dunbertane, vic. ejusdem, de rege tenebantur in capite, — ideo decrevit ROBERTUM SYMPILL de Fowlwod suum tenentem, tanquam legitime intratum ad easdem ; et de novo concessit dicto Roberto et heredibus ejus dictas terras :— insuper voluit nullum prejudicium dicto Roberto aut heredibus ejus inferri per quasdam resignationes factas per quondam Joh. Simpill de Fowlwod, patrem dicti Roberti :—Test. *ut in carta* 2702.

xiii. 574.

2705. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX confirmavit cartam Jac. domini Haliburtoun,—[qua concessit familiari regis militi JACOBO SCHAW de Sauchy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Auchingouny, in baronia de Forguntdeny, vic. Perth ;—quas Joh. Creichtoun, filius et heres quondam Lawrentii Creichtoun de Rossy, resignavit :—Reddend. annuatim dicto domino unum denarium nomine albe firme :—Test. Pat. Hume de Polworth, David Hume de Weddirburn, militibus, Alex. Jardin de Apilgirth, And. Mathysoun,

Ric. Nicholsoun, Rob. Wod, Geo. Sinclare, Math. Spreule, et Jac. Young notario publico :—Apud Edinburgh, 2 Feb. 1502]: —TEST. *ut in carta* 2589. xiv. 27.

2706. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Alani Stewart de Cardonald, —[qua,—pro certa summa pecunie persoluta,—vendidit et alienavit JOHANNI DOMINO ROSS de Halkhed, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dikbar, Castelbar, et Mathewbar, vic. Renfrew :— REDDEND. annuatim regi, tanquam senescallo Scotie, unum denarium argenti apud locum castri de Renfrew nomine albe firme :— TEST. Rob. Sympill de Fowlwod, Rob. Wallace de Johnestoun, Rob. Bruse de Bynnyng, Geo. Stewart de Barskub, Joh. Edmonstoun, Florymundo Sympill, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico :— Apud Edinburgh, 30 Jul. 1502] :—TEST. *ut in carta* 2702. xiii. 573.

2707. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX confirmavit WILLELMO DRUMMOND, filio et heredi apparenti Joh. domini Drummond, et MARIOTE FORESTARE sponse dicti Willelmi, et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Wil. quibuscunque, — terras de Collocht, Cowstre, Dargraw, et Auchlawy, in baronia de Kincardin, senesc. Menteith, vic. Perth ;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—TEST. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiv. 52.

2708. Apud Edinburgh, 23 Mar.
REX—pro servitio sibi impenso—concessit familiari suo servitori PATRICIO SINCLAR — tenementum terre infra burgum de Linlithqw, ex parte australi vici regii, inter terram Libre Parklee sponse Rob. Knollis, et terras Rob. Brisoun et Wil. Craufurd ;—quod pertinebat Rob. Parklee, filio et heredi quondam Patricii Parklee bastardi, et illo absque legitimis heredibus mortuo in regis manibus devenit;—una cum ejusdem Rob. bonis mobilibus :—TEST. *ut in carta* 3003.[1] xiv. 333.

ANNO DOMINI 1503. ANNO REGNI 15.

2709. Apud Edinburgh, 25 Mar.
REX concessit familiari suo servitori JOHANNI LINDESAY, et MARIOTE BONKLE ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Redehewis, extendentem ad 5 libratas terrarum, jacentem per annexationem in baronia de Colbyntoun, vic. Edinburgh, Alexandro Lawder assedatam ; —quam Joh. Lindesay de Colbyntoun resignavit:—TENEND. dictis Johanni et Mariote, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—REDDEND. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme : —TEST. *ut in carta* 2761. xiv. 8.

2710. Apud Edinburgh, 27 Mar.
REX concessit ARCHIBALDO WAUCHOP de Nudrymerschale, et heredibus ejus,—2 terras husbandrias, nominatas Boggisland et Lumliesland, in dominio de Gilmertoun, vic. Edinburgh, extendentes annuatim ad 4 libras ;—que pertinebant Pat. Hering, et ab eo alienate fuerunt, Boggisland dicto Archibaldo, et Lumliesland M. Georgeo Congiltoun rectori de Mailvile, qui easdem de dicto Pat. in libera tenandria tenuerunt ; et dicte terre regi pertinere adjudicate sunt, una cum aliis terris dicti dominii cum quibus ipse Pat. et predecessores ejus intromiserunt per spatium 60 annorum elapsorum :— TENEND. de rege, donec dicta summa 4 librarum annuatim per dictos 60 annos, extendens ad 240 libras, dicto Arch. per dictum Pat. aut heredes ejus persoluta foret :—REDDEND. annuatim wardas, &c., cum contingeret ; ac unam sectam pro terris de Nudrymer-

[1] This reference is extremely doubtful.

schale et dictis terris husbandriis, in curiis vic. Edinburgh :—Test. *ut in carta* 2726.
xiii. 606.

2711. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX confirmavit cartam Mathei comitis de Levenax,—[qua concessit et confirmavit regis familiari JOHANNI STRIVELING de Cragbernard, compotorum rotulatori,—terras de Cragbernard, cum turre, fortalicio et manerie earundem, ac cum tenentibus, &c., necnon terras de Kilwinnet cum molendino, in comitatu de Levenax, vic. Striveling ;—quas terras de Cragbernard, &c., idem Joh. resignavit ; et quas terras de Kilwinnet, &c., Georgeus Striveling, filius et heres apparens dicti Joh., et Elizabetha Park ejus sponsa resignaverunt ; —quas omnes terras, prius de dicto comite tentas per servitium warde, nunc pro singulari favore concessit de se tenendas in alba firma :—Tenend. prefato Joh. et heredibus ejus masculis, viz. dicto Georgeo et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Wil. Striveling fratri germano dicti Georgei, et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—Reddend. annuatim dicto comiti unum denarium argenti nomine albe firme : —Reservato libero tenemento terrarum de Kilwinnet cum molendinis, dictis Geo. et Elizabethe :—Test. Magistris Waltero Abirnethy preposito de Dunbertane, Wil. Lindesay rectore de Auldhame notario publico, Joh. Murray notario publico, Math. Forsith, D. Waltero Logane notario publico, Jac. Hamiltoun, David Lindesay, Petro Beynstoun, et Tho. Cathkin :—Apud Edinburgh, 18 Mar. 1502] : — Necnon aliam cartam ejusdem comitis,—[qua concessit dicto Johanni Striveling, et MARGRETE ABIRNETHY ejus sponse, —terras de Qwilt, et quartam partem de Mukdok vocatam Mukdokmichell, in comitatu de Levenax, vic. Striveling ;—quas terras de Qwilt, tentas in alba firma, dicti Joh. et Margreta resignaverunt ; et quas terras de Mukdokmichell, tentas per servitium warde, Eliz. Park supradicta cum consensu dicti Geo. resignavit ;—et voluit dict. comes dictas terras teneri per servitium warde :— Tenend. dictis Joh. et Margrete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis dicti Joh., &c., *ut supra* :—Reddend. annuatim dicto comiti unam communem sectam in curiis comitatus de Levenax, ac wardas, &c., cum contingerent : — Reservato libero tenemento terrarum de Mukdokmichell dicte Elizabethe :—Test. *et de data ut supra*] :—Insuper, non obstante quod comitatus de Levenax cum tenentibus, &c., tenebatur de rege per servitium warde, concessit dicto Johanni Striveling et heredibus ejus, pro servitio sibi impenso,—wardas, &c., terrarum in cartis suprascriptis contentarum, quotiescunque idem comitatus regi deveniret :—Test. *ut in carta* 2702.
xiii. 578.

2712. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit JACOBO RAMSAY, filio et heredi quondam Rob. Ramsay de Swynisdene, et heredibus ejus, — dimediam partem terrarum dominicalium de Gilmortoun, molendinum de Gilmortoun cum terris, domibus et aqueductu ejusdem, vic. Edinburgh ;—que dictis Jac. et Rob. aliisque occupatoribus pertinebant, et tunc in manibus regis et predecessorum ejus, comitum de Strathern et superiorum earundem, per 40 annos existebant,—extendentes annuatim ad 21 mercas cum dimedia, regi per decretum dominorum concilii adjudicatas persolvi per dictum Jacobum :—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. Edinburgh :—Test. *ut in carta* 2726.
xiii. 607.

2713. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REX,— quia per autentica sasinarum instrumenta et retornatus clare constabat quod terre de le Pulterlandis, in et juxta villam de le Dene, vic. Linlithqw, de rege per quondam Alex. Napar de Merchamstoun militem, et Joh. Napar de Merchamstoun, avum et patrem Archibaldi Napar de Merchamstoun, necnon per ipsum Archibaldum, et per ipsorum predecessores ultra memoriam hominum, tente fuerunt pro 5 solidis et servitio officii pultrie annuatim

nomine albe firme ;—igitur, cum avisamento dominorum concilii, et pro servitio sibi impenso, confirmavit dicto ARCHIBALDO NAPAR, heredibus ejus et assignatis, dictas terras ; una cum officioregie pultrie per ipsum, ejus heredes et eorum deputatos, temporibus affuturis exercendo : —REDDEND. annuatim 5 sol. et servitium dicti officii nomine albe firme :—TEST. (xiii. 603) *ut in carta* 2723 ; (xiv. 271) *ut in carta* 3008. xiii. 603. et xiv. 271.

2714. Apud Edinburgh, 2 Apr.

REX concessit PATRICIO HERING, et heredibus ejus,—20 libratas terrarum de Gilmortoun, vic. Edinburgh,—regi appreciatas pro summa 20 librarum annuatim per 60 annos per dictum Pat. et antecessores ejus intromissa, dum dict. terre regi pertinebant :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. Edinburgh: —TEST. *ut in carta* 2761. xiv. 35.

2715. Apud Striveling, 13 Apr.

REX confirmavit cartam Alex. Hammiltoun de Byrntwod,—[qua, pro auxiliis, &c., concessit NICHOLAYO DRIGARN de Dalloy, heredibus ejus et assignatis,—2 mercatas terrarum de Glenneyardis antiqui extentus, per Johannem Wily inhabitatas, in dominio de Galstoun, infra balliam de Kilestewart, vic. Are ; cum una *ly rowme* in petario de Cokmos ad excolendum glebas et cespites in eodem, cum libero introitu et exitu :—REDDEND. annuatim dicto Alex. unum denarium nomine albe firme :—TEST. D. Joh. Chaumyr de Gaitgirth milite, D. And. Makcormyll vicario de Stratoun, D. Geo. Symontoun presbytero, Wil. Powa, D. Adam Drigarn vicario de Torboltoun, Tho. Drigarn, et And. Makcormyll clerico :—Apud Are, 18 Jan. 1495] :—TEST. *ut in carta* 2641. xiv. 22.

2716.[1] Apud Striveling, 21 Apr.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam M. Walteri Stratoun, rectoris de Drumnotir,—[qua, pro salute anime quondam D. Alex. Rait, &c., in puram elemosinam concessit uni capellano divina pro perpetuo celebraturo ad altare S. Sebastiani martiris infra ECCLESIAM PAROCHIALEM BURGI DE MONTROS, — terras et annuos redditus subscriptos infra dictum burgum, viz. tenementum in le Murraystreit, ex orientali parte, 3 quarteria unius rude continens; annuum redditum 5 solidorum de terra sive tenemento quondam Jac. Lunger, ex orientali parte dicti vici ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento David Chaumir de Newbiggin, ibidem ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento Joh. Langer in eodem vico ; ann. red. 10 sol. de tenemento Wil. Scot in eodem vico ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento quondam David Logy senioris in eodem vico ; ann. red. 8 sol. 4 den. de tenemento Walteri Cant et quondam David Logy junioris, ibidem ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento Joh. Yong in eodem vico ; ann. red. 8 sol. de tenemento quond. Joh. Auchlow et And. Schiphird in eodem vico ; ann. red. 8 sol. de tenemento David Rugby in vico castri ex occidentali parte ; ann. red. 20 den. de tenemento Joh. Stratoun ibidem ; ann. red. 13 sol. 4. den. de tenemento D. David Pathonsoun capellani ibidem ; ann. red. 3 sol. de tenemento Pat. Skall, in le Murraystreit ex occidentali parte ; ann. red. 8 sol. de tenemento David Cirice in eodem vico ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento Joh. Inchmedan in eodem vico ; ann. red. 5 sol. 10 den. de tenemento quondam Joh. Rugby in eodem vico ; ann. red. 4 sol. 8 den. de tenemento quondam Geo. Byrs in eodem vico ; ann. red. 8 sol. de tenemento Joh. Joly in eodem vico ; ann. red. 10 sol. de tenemento Alex. Machy in eodem vico ; ann. red. 5 sol. de tenemento Joh. Perth ibidem ; ann. red. 6 sol. 8 den. de tenemento Mariote Rugby ibidem :—TEST. Wil. comite Maras-

[1] The following names of proprietors in Montrose occur in this charter:—umquhile Symon Chaumyr, Sir David Cant chaplain, Wil. Nudry, Joh. Rede, Tho. Perth, Walt. Lorymar, umq. David Errot, umq. Wil. Brokas, Hen. Bety, umq. Joh. Mathy, umq. Joh. Cragy, Joh. Patre, Pat. Panter, Joh. Chapman, umq. David Wellem, Wil. Young, umq. David Richartson, umq. Wil. Makky, Margaret Stronocht, Joh. Byrs, Rob. Lorymar, umq. Tho. Marex, Tho. Hendersoun, umq. Tho. Perth, Janet Rugby, umq. Pat. Synger.

calli dom. Keith, Rob. Keith fratre ejus germano, Jac. Arbuthnot filio et herede apparente Rob. A. de eodem, D. Rob. Martyn vicario de Garvok, Alex. Keith, Jac. Keith, Geo. Sibbald, scutiferis, Dav. Lyell, et D. Joh. Striveling notario publico: —Apud ecclesiam de Dunnottir, 19 Oct. 1502] :—Test. *ut in carta* 2723.

xiii. 600.

2717. Apud Striveling, 26 Apr.
REX confirmavit cartam Joh. domini Drummond, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DUNCANO CAMPBELE de Glenurquha, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Fynlarg, cum molendino, extendentes ad 10 mercatas terrarum antiqui extentus, in dominio de Glendochart, vic. Perth :—Tenend. de rege :—Test. Dunc. Forestare de Garden, Waltero Forstare de Torwod, militibus, Wil. Stewart de Baldorane, Malcomo Drummond in Kilbride, et Edw. Spittale notario publico ;—cum subscriptione dicti dom. manuali :—Apud Striveling, 22 Apr. 1503] :—Test. *ut in carta* 2627.

xiii. 595.

2718. Apud Edinburgh, 3 Maii.
REX concessit ALEXANDRO HUME, filio et heredi apparenti familiaris sui militis Pat. Hume de Polworth, et MARGRETE CREICHTOUN ejus sponse,—20 libratas terrarum de Birgeameschelis, vic. Berwik ;—quas dictus Pat. resignavit:—Tenend. dictis Alex. et Margrete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque :—Test. *ut in carta* 2726.

xiii. 609.

2719. Apud Edinburgh, 3 Maii.
REX concessit familiari suo PATRICIO HUME de Fastcastell, et heredibus ejus,—terras de Raufburn et superioritatem earundem, cum tenentibus, &c., necnon terras de Nesbitislee, cum silva, in comitatu Marchie, vic. Berwik ;—quas Elizabetha Nesbitt domina de Estnesbitt resignavit :—Test. *ut in carta* 2589.

xiv. 29.

2720. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX concessit ROBERTO GLASGUENSI ARCHIEPISCOPO, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Cragrossy, extendentes annuatim ad 80 mercas, in senesc. Strathern, vic. Perth, Niniano Bonare de Kelty assedatas ;—quas Joh. dom. Sympill resignavit : — Test. *ut in carta* 2627.

xiii. 597.

2721. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX,—quum jampridem inter commissarios suos et Henrici regis Anglie conventum fuerat quod ipse cum Margreta dicti regis filia primogenita legitimo matrimonio copularetur,—et inter alia quod ipse ante 1 Julii 1503, eidem Margrete ad terminum ejus vite tantam donationem propter nuptias, quantam aliqua regina Scotie unquam habuit, concederet, ipsamque vel ejus commissarios in ejusdem possessionem induceret, prout in scriptis sub sigillo dict. commissariorum de data 24 Jan. 1501, postea per literas patentes confirmatis, plenius continetur,— ergo memoratam conventionem lete et grato animo, contemplatione matrimonii deo dante inter ipsos personaliter solempnizandi, adimplere et perficere cupiens, concessit dicte Domine MARGRETE, — dominium foreste de Ettrik, necnon forestam de Ettrik cum pertinen. vocat. Ettrik-forest, vic. Selkirk, cum turre, fortalicio sive manerio de Newerk infra dictam forestam ; comitatum Marchie ac dominia de Dunbar et Coldbrandspeth, cum cunicularíis et lacubus, castro de Dunbar et custodia ejusdem specialiter exceptis ; palatium de Linlithqw aliter Lithqw, necnon dominium de Linlithqwschire aliter Lithqwschire, vic. Lithqw ; dominium de Strivelingschire ac castrum de Striveling ; comitatum de Menteith, ac dominium et castrum de Doune, in comitatu sive vicecomitatu de Perth ; palatium de Methven, ac dominium de Methven, vic. Perth ; necnon omnes terras, tenementa, redditus, firmas, victualia, prata, boscum, pasturas in

dictis foresta &c.,—quorum redditus faciebant 2000 librarum strivelingorum monete Anglie, que faciebant 6000 librarum monete currentis Scotie, ultra omnia onera et expensas quascunque,—una cum liberetenentium servitiis, molendinis, &c., aucupationibus, venationibus, piscationibus, &c., ac etiam donationibus officiorum: —Test. 62. 30. 63. 42. 53. 64. 57. 84. 48. 65. 66. 51. 54. 38. 58. xiii. 584.

2722. Apud Edinburgh, 26 Maii.

REX,—quia 24 Maii 1503 concessa est Margrete filie Henrici regis Anglie, donatio propter nuptias,—mandavit vicecomitibus de Selkirk, Edinburgh, Linliqw, Striveling et Perth,—quatenus ad comitatus, dominia, &c. (*in carta precedente enumerata*), adirent, et dictam Dominam MARGARETAM,—per Thomam Dacre dom. Dacre, Rob. Schirborn decanum ecclesie S. Pauli London, consiliarios dicte Domine, Joh. Cartintoun et Ric. Eringtoun armigeros, oratores dictorum regis Anglie et D. Margarete, seu eorum aliquem vel aliquos,—in corporalem possessionem et sasinam de et in omnibus predictis comitatibus, &c., mitterent et ponerent. xiii. 585.

2723. Apud Edinburgh, 31 Maii.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Roberti archiepiscopi Glasguensis, —[qua, cum consensu capituli sui, pro salute anime Wil. episc. Abirdonensis, &c., fundavit capellaniam pro perpetuo ministrandam in ECCLESIA BEATISSIMI KENTIGERNI CONFESSORIS, per ipsum constructa prope monasterium DECULROS;—cujus capellanus annuatim habiturus fuit 10 libras de terris de Cragrossy, una cum 40 solidis ad sustentationem ecclesie et vestimentorum, &c., de iisdem terris;—item unam capellaniam ad altare Nominis Jesu in ECCLESIA METROPOLITANA GLASGUENSI ex parte boreali introitus chori ejusdem, per ipsum reparatum;—cujus capellanus annuatim habiturus fuit 10 lib., una cum 20 sol. ad sustentationem, &c. (*ut supra*), de iisdem terris, ac etiam 5 mercis per dict. episc. conquestis et conquerendis;—et dimedietatem communiarum per unum vicarium chori ejusdem recipi deputavit:—item capellaniam ad altare B. V.M. de Pietate ex parte australi introitus chori ejusdem, per ipsum edificatum;—cujus capellanus annuatim habiturus fuit 10 lib., una cum 20 sol. ad sustentationem luminarium, &c., de iisdem terris, ac 5 mercis per se conquestis, &c., et dimedietate communiarum per unum vicarium chori recipi consuet.:—Necnon pro uno Salve sive una antiphona B.V.M. per vicarios cantand. in eadem ecclesia concessit annuatim 10 lib. de iisdem terris; —preterea pro exequiis die obitus sui canonicis ejusdem ecclesie 4 merc., vicariis 4 merc. de iisdem terris assignavit;—et eodem die sacriste minori 3 sol., custodi campane 12 denarios, dictis 2 capellanis in eadem ecclesia 5 merc. 9 sol. 4 den. de iisdem terris:—Et ad complementum premissorum concessit in puram elemosinam dictas terras de Cragrossy, vic. Perth, in comitatu et senesc. de Strathern:—Test. Magistris Rollando Blacatir ecclesie Glasguensis subdecano, Tho. Murehede de Stobo, Rob. Heriot de Askirk, Pat. Grahame de Killerny, prebendariis ac ejusdem ecclesie canonicis, Joh. Scherare archidiacono Rossensi, D. Pat. Blacatir de Tulyallan milite dicti archiepiscopi germano, et D. Joh. Rankyn capellano:—cum sigillis et subscriptionibus dict. archiepisc. et capituli: —Apud oppidum de Edinburgh, 27 Maii 1503, indictione 6, anno Pape Alexandri VI. 11, ipsius consecrationis 20]:—Test. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 51. 54. 38. 58. xiii. 598.

2724. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REX, ut universis luculentius apparere posset, nunciavit se, pro plenario complemento donationis propter nuptias, concessisse per literas patentes de data 24 Maii 1503, Domine MARGARETE Henrici regis Anglie filie, ad terminum ejus vite,—omnes comitatus, &c. (*ut in carta* 2721);—ac per literas patentes de data 26 Maii 1503 mandavisse ut eidem Margarete per ejus procuratores sasina daretur:—affirmavit insuper bona fide et in verbo regio omnia premissa fuisse vera;—necnon quod rotularentur inter recorda cancellarie sue ad perpetuam rei memoriam,—et promisit quod

dicta donatio auctoritate Parliamenti ante 20 Mar. proximo tenendi ratificaretur, et etiam in vel ante 20 Apr. proximo commissariis dicte Margarete realiter traderetur et deliberaretur. xiii. 586.

2725. Apud Edinburgh, 6 Jun.
REX confirmavit cartam D. Andree Lesly rectoris de Flysk,—[qua, pro ejus gratitudinibus, &c., concessit GEORGEO LESLY, filio fratris sui, heredibus ejus et assignatis,—terras none partis dimedietatis terrarum de Cragy, vic. Kincardin :—Reddend. annuatim regi wardam et relevium cum contingerent, &c. :—Test. Joh. Lesly de Wardris, M. Alex. Lesly rectore de Auchindore, D. Beraldo Lesly rectore de Moy, D. Jac. Tod vicario de Flysk, et David Greg notario publico :—Apud Flysk, 31 Maii 1503] :—Test. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiii. 588.

ANNO REGNI 16. ANNO DOMINI 1503.

2726. Apud Edinburgh, 12 Jun.
REX confirmavit cartam Wil. Edmonstoun de Duntreith,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori JACOBO REDEHEUCH, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardbechlorn et Dereye, cum molendino, in senesc. Strathern, vic. Perth :—Reddend. annuatim dicto Wil. unum denarium nomine albe firme :—Test. Jac. Edmonstoun fratre dicti Wil. germano, Jac. Stewart de Garthall, Joh. Cumry de eodem, Joh. Makneill, Donaldo Kessane, et Joh. Gray :—Apud Edinburgh, 10 Jun. 1503] :—Test. 61. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58. xiii. 604.

2727. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX concessit servitori suo ANDREE MATHYSOUN, heredibus ejus et assignatis, —unam terram et tenementum infra burgum et territorium de Northberwik, cum orto et crofta ejusdem ;—que in manibus regis existebant ob non introitum veri heredis quondam Rob. Wellis :—Tenend. donec et quousque a rege et dicto Andrea legitime recuperaretur. xiii. 610.

2728. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX concessit PATRICIO HEPBURN, filio Alisone Forest,—terras dimedietatis baronie de Litillkettilstoun, cum principali messuagio ac manerio earundem, vic. Linlithqw ; et 28 solidatas terrarum de Plane, in baronia de Plane, vic. Striveling ;—quas terras, &c., de Litillkettilstoun Henricus Forestare de Pettyntoskane et Agnes Forest ejus sponsa resignaverunt ; et quas 28 solidatas de Plane dictus Henricus resignavit :—Tenend. dicto Pat., et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Alex. Hepburn ejus fratri, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. H. eorum fratri, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Ade H. fratri eorundum, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Geo. H. predictorum fratri, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., Alex. H. de Quhitsum et heredibus ejus legitimis quibuscunque :—Reservatis dictis Henrico et Agneti libero tenemento de Littilkettilstoun ; dicto Henrico libero tenemento de Plane, et dicte Agneti rationabili tertia ejusdem cum contigerit :—Test. *ut in carta* 2707.

xiv. 53.

2729. Apud Perth, 27 Jun.
REX,—quia in causa optenta per Arch. comitem de Ergill, contra Walt. Buchannan de eodem super 242 libris persolvendis decretum extitit,—et quia literis senescallo de Strathern directis, dictus Walt. in bonis mobilibus distringibilis non erat ;—et quia terre de Ardindaw extendentes ad 40 solidatas, Glascalye 40 sol., Strone-Ire 3 libratas 6 sol. 8 denariatas, et Emerichrychy 4 lib., in dominio de Strathire, senesc. Buchquhidder, pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto comiti vendite ;—igitur, tanquam dominus superior, concessit dicto ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE

dom. Campbell et Lorne, et heredibus ejus, —dictas terras;—et voluit quod dictus Walt. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2731.

xiv. 13.

2730. Apud Perth, 28 Jun.

REX confirmavit cartam Wil. Rogy de Drumdyvane,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO DOMINO GRAHAM, heredibus ejus et assignatis,—terras de Pettinclerach et le Bulland de Fowlis, in senesc. Strathern, vic. Perth :—TENEND. de rege :—TEST. D. And. Grahame vicario de Creif, Pat. Murray, And. Murray, Alex. Murray, Alano Mayne, Pat. Bragouth, et D. Joh. Broune capellano et notario publico :—Apud Perth, 14 Mar. 1502]:—TEST. 62. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58.

xiv. 118.

2731. Apud Perth, 29 Jun.

REX confirmavit cartam Wil. Scot de Balvery militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO COMITI EROLIE dom. le Hay, constabulario Scotie, et ELIZABETHE ejus sponse, — terras et baroniam de Glendovok, cum molendino, vic. Perth :—TENEND. dictis Wil. et Eliz., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti comitis quibuscunque, a dicto Wil. Scot de rege :—TEST. Tho. Charteris de Caugnore, Jac. (Hering?) de Tuliboll, Pat. Wellis burgen. de Perth, Tho. Hay de Logy, Geo. Morane, Jac. Furd, dominis David . . . . . et And. Elder presbyteris ac notario publico :—Apud Perth, 27 . . . 1503]: — TEST. 62. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58. xiii. 611.

2732. Apud Perth, 2 Jul.

REX,—quia terre et baronia de Kynnedward, cum tenentibus, &c., sibi adjudicate sunt pertinere tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchane baronis de Kynnedward,—nolens tamen quod inde aliquod prejudicium Joh. Drumbrek de eodem in terris per ipsum de dicto barone tentis inferretur, — concessit dicto JOHANNI DRUMBREK, et heredibus ejus,—terras de Drumbrek cum molendino, in dicta baronia, vic. Abirdene; — quas dictus Joh. Drumbrek resignavit: — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2731.

xiv. 6.

2733. Apud Falkland, 4 Jul.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris sui militis Joh. Lundy de eodem,—[qua in puram elemosinam concessit uni capellano divina pro perpetuo celebraturo ad altare S S. Johannis Bapt. et Johannis Evang. in nova insula contigue ECCLESIE PAROCHIALI DE LARGO, per ipsum edificata,—annuum redditum 12 mercarum de dimedietate terrarum de Dempstartoune, vic. Fyffe, necnon ann. red. 40 solidorum de terris templariis de Balcormo, in sua baronia de Lundy, vic. dicto; una cum 6 rudis terrarum ex parte australi dicte ecclesie, cum consensu And. Woud feufirmarii terras de Largo de rege tenentis concessis, in quibus mansio dicto capellano construeretur: — TEST. Rob. Lundy filio suo naturali, Wil. Dovery, Symone Kirkcaldy, ac dominis Tho. Balfour et Joh. Youngar capellanis: —Apud Falkland, 1 Jul. 1503]:—TEST. *ut in carta* 2725.

xiii. 592.

2734. Apud Edinburgh, 8 Jul.

REX confirmavit cartam Wil. thani de Caldor,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit PATRICIO OGILVY in Glashalch, heredibus ejus et assignatis,—terras de Moy, infra dominium de Moy, vic. Fores;—que in assedatione laborate per Nigellum Brothy et Tho. Tarry, fuerunt appreciate anno 1493, Elizabethe comitisse de Ross per David Dunbar de Durris vicecomitem in hac parte, pro 140 libris, et per dictum Wil. infra septennium redempte :—TENEND. de rege: —TEST. Alex. Ogilvy de Dundo burgensi, Joh. Inglis, Hugone Caldor, Joh. Auchlek,

Joh. Gray, M. Gilberto Longo, et D. Tho. Wallace capellano notario publico :—Apud Glashalch, 18 Maii 1503] :—Test. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58.

xiv. 173.

2735. Apud Edinburgh, 10 Jul.

REX confirmavit cartam Wil. domini Grahame, — [qua confirmavit JACOBO DOWGLACE de Awdestoune, heredibus ejus et assignatis,—terras de Pumfrastoun, in baronia de Caldore, vic. Edinburgh; necnon terras de Clyftoun et Clyftounhall, in dominio de Kynpont, vic. Linlithqw; —quas idem Jac. resignavit :—Reddend. annuatim dicto domino pro terris de Pumfrastoun unum denarium, pro Clyftoun et Clyftounhall 2 den., nomine albe firme :—Test. Rob. Dowglas de Lochlevin, Geo. Grahame fratre dicti domini germano, Jac. Grahame, M. David Dowglas, Tho. Cranstoun de Swynhope, David Skirling, Joh. Wricht, et Hugone Dowglas : — Apud Edinburgh, 4 Jul. 1489] : — Test. *ut in carta* 2725.

xiii. 593.

2736. Apud Edinburgh, 11 Jul.

REX,—quia terre et baronia de Kynedward, cum tenentibus, &c., sibi adjudicate sunt pertinere tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchan baronis de Kynedward, —nolens tamen aliquod prejudicium inde inferri Wil. Meldrum de Fivee et ejus sponse, in terris per ipsos de dicto barone tentis;—ideo concessit dictis WILLELMO MELDRUM de Fivee, et ELIZABETHE BERCLAY ejus sponse,—terras de Edane cum molendino, Auchindoll, Strathtary, et Fortree de Auchnamonye, in dicta baronia, vic. Abirdene;—quas dicti Wil. et Eliz. resignaverunt :—Tenend. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus eorum masculis legitime inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque : — Reddend. annuatim tres sectas ad tria capitalia placita vic. Abirdene, una cum wardis, &c., cum contingeret :—Test. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 38. 58.

xiv. 44.

2737. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX,—quia quarterium terrarum de Bynnyng, cum principali mansione et orto earundem, pro summa 200 mercarum regi per Joh. Bynnyng de eodem debita,—pro certis amerciamentis in quibus adjudicatus fuit ultimo itinere justiciarie de Edinburgh, —appreciatum fuit et Geo. dom. Setoun venditum;— igitur, tanquam dominus superior, concessit dicto GEORGEO DOMINO SETOUN, heredibus ejus et assignatis, —dictam quartam partem dictarum terrarum, vic. Linlithqw;—et voluit quod dictus Joh. Bynnyng et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. *ut in carta* 2725. xiii. 587.

2738. Apud Edinburgh, 28 Jul.

REX,—quia And. Lundy de Balgony, vicecomes de Fiff, vigore literarum sibi directarum, annuos redditus 10 librarum de terris de Newtoun, et 2 mercarum de terris de Flask, pro summa 340 mercarum super And. Kynnard de eodem per And. dom. Gray coram dominos concilii optenta, appreciari fecit et dicto domino vendidit;—igitur tanquam dominus superior concessit dicto ANDREE DOMINO GRAY, heredibus ejus et assignatis,—dictos annuos redditus; —et voluit quod dictus And. Kynnard, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. *ut in carta* 2731.

xiv. 5.

2739. Apud Edinburgh, 30 Jul.

REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Joh. Maxwell de Nethirpollok,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI DOMINO SYMPILL, heredibus ejus et assignatis,—terras de Henderstoun-Westir, extendentes annuatim ad 5 libratas terrarum antiqui extentus, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem :—Reddend. annuatim regi, tanquam senescallo Scotie, servitium warde et relevii cum contingerent: —Test. M. Wil. Levenax de Caly, David Balfour de Carrestoun, Joh. Maxwell filio et herede apparente dicti Joh., M. Wil. Sprewlle vicario de Kilbrachane, D. Jac.

Knox, capellanis, Alano Sympill, Joh. Gray, Tho. Inglis, et Jac. Young, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 3 Aug. 1503 (*sic*)]:—TEST. *ut in carta* 2723.

xiii. 601.

2740. Apud Edinburgh, 10 Aug.

REX, — quia in capitulis de tractatu matrimonii inter se et Dominam Margaretam Scotie reginam consortem suam contrahendi et in facie ecclesie celebrandi, inter cetera conventum est,—quod Henricus rex Anglie, heredes et successores ejus, pro totali dote dicte Margarete 30,000 nobilium aureorum Anglicorum vocatorum *angell nobles*, in iisdem nobilibus, unoquoque nobile valente 20 grossos monete Anglie, aut in alia legali moneta aurea vel argentea Anglie equivalente, solveret in forma sequente, — viz. in die solempnisationis dicti matrimonii, vel infra 6 dies proximos, in villa de Edinburgh, summam 10,000 nobilium; et in eodem die ad annum vel infra 6 dies post finem anni, viz. anno 1504, in villa de Coldingham summam 10,000 nobilium; et in fine anni tunc proxime sequentis, viz. anno 1505, in dicta villa de Coldingham summam 10,000 nobilium in plenam solutionem dicte dotis; —et ipse dicto Anglie regi solutionem facienti literas suas acquietantiales magno sigillo sigillatas et manu sua subscriptas traderet, sicuti in literis commissariorum suorum de data 24 Jan. 1502 plenius continetur;—et dictus rex Anglie 10,000 nobilium erga diem solempnationis matrimonii transmitteret et persolveret;—quia juxta formam dicti tractatus recepisset loco et die suprascriptis a dicto rege,—per manus Thome archiepiscopi Eboracensis, Wil. episcopi Dunelmensis, Thomeque comitis de Surrey thesaurarii Anglie, commissariorum prefati principis, et Wil. Cope armigeri coferarii hospitii ejusdem, —dictam summam 10,000 nobilium, partim in dictis nobilibus partim in aliis monetis equivalentibus, pro prima solutione dicte summe 30,000 nobilium aureorum;—igitur de dicta summa dictum REGEM ANGLIE acquietavit et exoneravit.

xiii. 596. et xiv. 131.

2741. Apud Edinburgh, 11 Aug.

REX,—propter propinquitatem sanguinis inter se et Jac. dom. Hammyltoun, et pro ejus gratuito servitio ac magnis laboribus et expensis factis pro regis et regni honore, tempore contractus matrimonii regis solempnizati apud monasterium S. Crucis prope Edinburgh,—et cum avisamento concilii ac trium regni statuum, — concessit dicto JACOBO DOMINO HAMMYLTOUN, —terras et comitatum de Arane, vic. Bute, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, cum castris, fortaliciis, molendinis et piscariis, in libera baronia:—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi et successoribus suis libere reversuras:—REDDEND. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme:—Insuper promisit dictam donationem ratificari in proximo parliamento, cum nova donatione earundem si necesse foret, dissolvendo annexationem dicti comitatus corone prius factam:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*"

xiii. 639.

2742. Apud Edinburgh, 11 Aug.

REX constituit JACOBUM DOMINUM HAMMYLTOUN, pro ejus vita,—justiciarium suum infra insulam et bondas de Arane, vic. Bute;—cum potestate itinera et curias tenendi, &c.,—necnon remissiones et respectuationes semel in vita eorum omnibus trangressoribus dictam insulam inhabitantibus dandi, — exceptis Alex. Stewart et ejus fratribus, et proditoria traditione in personam regiam.

xiii. 640.

2743. Apud Edinburgh, 14 Aug.

REX,—pro speciali favore ac pro fideli servitio,—concessit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Gordoun et Baidyenach, et heredibus ejus,—terras de Mammore, in dominio de Lochabir, vic. Invernes, extendentes ad 50 mercas antiqui extentus:—REDDEND. regi 6 mercas annui redditus, et ecclesie de Oransay 4 merc., cum wardis, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 2723. xiii. 602.

2744. Apud Edinburgh, 16 Aug.
REX,—quia terre et baronia de Kynedward, vic. Abirdene, cum tenentibus, &c., sibi per dominos concilii adjudicate sunt pertinere, tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchanie, baronis de Kynedward; —et terre de Faithlie et Tiry in dicta baronia, spectantes Hen. Mersar de Mekillour, filio et heredi quondam Laurentii M. de M. militis, et per dictum Laur. et predecessores ejus tente de barone de Kynedward longe ante tempus dicti comitis ut per aliquas cartas clare constabat, tunc in manibus regis existebant per decessum dicti Laur. et nonintroitum dicti Hen.;—nolens tamen aliquod prejudicium dicto Hen. inferri,—ideo concessit, confirmavit et quitteclamavit dicto HENRICO MERSAR, et heredibus ejus,—dictas terras; —REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, una cum warda, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 2731. xiv. 4.

2745. Apud Edinburgh, 18 Aug.
REX,—pro bono servitio familiaris sui militis Joh. Forman, tempore regis matrimonii militie insigniis decorati, necnon in partem supportationis ejus ad dict. honorem, —concessit dicto JOHANNI FORMAN, et heredibus ejus masculis,—terras de Logy et Dawen, tunc annuatim extendentes ad 7 libras 10 solidos, et quartam partem terrarum de Westoun, tunc annuatim extendentem ad 50 sol., in comitatu de Mar, vic. Abirden :—REDDEND. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme :— TEST. *ut in carta* 2726. xiii. 605.

2746. Apud Edinburgh, 18 Aug.
REX, — pro bono servitio,—concessit familiari suo clerico Magistro ALEXANDRO OGILBY, et heredibus ejus,— terras de Kynnardy, Torrereach, Stokyfeld, et Fergustoun, extendentes tunc annuatim ad 22 mercas, medietatem de Crammach ad 5 merc., le Miresyde ad 4 merc., le Murealehous ad 40 solidos, Ardmaly ad 11 merc., et Midculby cum le Torrex ad 6 merc., extendentes in integro ad 51 mercas, in baronia de Abirkerdour, vic. Banff;— que fuerunt per Alex. Innes de eodem tente de rege in capite, et per vicecomites de Banff, defectu bonorum mobilium dicti Alex. distringibilium, pro summa 1000 mercarum super ipsum per quondam Geo. comitem de Huntlie optenta, appreciate fuerunt et dicto comiti vendite et a rege concesse; et quas dictus comes personaliter resignavit: —REDDEN D. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Banff, necnon wardam, &c., cum contingerent :—et voluit quod dictus Alex. Innes et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., dicto Alex. Ogilby persolverent, infra septennium post dictam appreciationem :— TEST. *ut in carta* 2731. xiv. 3.

2747. Apud Edinburgh, 25 Aug.
REX,—quia terre et baronia de Kynedward, cum tenentibus, &c., vic. Abirdene, sibi per dominos concilii adjudicate sunt pertinere, tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchanie, baronis de Kynedward; —nolens tamen aliquod prejudicium inferri Rob. Burnat de Balmade, in terris per ipsum de dicto barone tentis,—igitur concessit et quitteclamavit dicto ROBERTO BURNAT, et heredibus ejus,—terras de Balmade, in dicta baronia;—quas idem Rob. personaliter resignavit :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2731. xiv. 1.

2748. Apud Edinburgh, 25 Aug.
REX,—quia terre et baronia de Kynedward, cum tenentibus, &c., vic. Abirdene, sibi per dominos concilii adjudicate sunt pertinere, tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchanie, baronis de Kynedward; —nolens tamen aliquod prejudicium inferri Magistro Alex. Urquhart de Cromerty in terris per ipsum de dicto barone tentis,— igitur concessit et quitteclamavit dicto ALEXANDRO URQUHART, et heredibus ejus,—terras de Fechrie et Clochquhorby, in dicta baronia;—quas idem Alex. resignavit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent: —TEST. *ut in carta* 2731. xiv. 2.

2749. Apud Edinburgh, 4 Sep.
REX confirmavit cartam Joh. Multray de Markinsch,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit PATRICIO GYLLEIS, burgensi de Peblis, heredibus ejus et assignatis,—terras octave partis de Quhitslaid et Glenkirk, in baronia de Glenquhym, vic. Peblis :—TENEND. a dicto Joh., de rege :— TEST. Wil. Scot de Balwery milite, Wil. Scot filio ejus et apparente herede, Geo. Bell burgen. de Edinburgh, Tho. Hendersoun et Wil. Weland :— Apud Edinburgh, 28 Aug. 1503] :—TEST. *ut in carta* 2731.
xiv. 14.

2750. Apud Edinburgh, 6 Sep.
REX concessit MARGRETE CREICHTOUN, sponse Wil. Striveling de Keir militis, pro toto tempore ejus vite,—terras de Keir, cum turre, manerio, molendinis fullonum et granorum, piscariis et *le cruvis* earundum ;—quas prius per dictum Wil. resignatas, rex in minore etate Johanni Striveling filio et heredi apparenti dicti Wil. concessit ; et quas, hac donatione et resignatione sub generali revocatione cadentibus, iterum procuratores dicti Wil., et dictus Johannes personaliter pro interesse suo, resignaverunt :—REDDEND. annuatim unum denarium nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 2736.
xiv. 45.

2751. Apud Edinburgh, 10 Sept.
REX concessit familiari suo militi JOHANNI STRIVELING, filio et heredi apparenti Willelmi S. de Keir militis,—terras de Keir, cum turre et manerio, molendinis fullonum et granorum, et *le cruvis* earundem, Lupnow cum piscariis, Strowe cum molendino, Dawachlowane, Reterne-strivelin alias Coygis de Strathalloun, Classingallis, Schanrow, le Westir Coyg, le Welcoyg, Bereholme, le Litill Coyg, le Waist Poffill, cum molendino de Coygis, et Glenty, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione capellaniarum et Harmetage de Lupnow, vic. Perth ;—quas terras de Keir dicti Wil. et Joh. resignaverunt; et quas alias terras, &c., dictus Wil. resignavit ;—et quas rex pro speciali favore et pro servitio dicti Joh. in unam liberam baroniam de Keir incorporavit :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreandis, quibus deficientibus, dimediam partem omnium terrarum, cum turre de Keir, Katrine Striveling comitisse Angusie, sorori germane dicti Joh., et heredibus ejus legitimis quibuscunque, et aliam dimedietatem, cum tenentibus, &c., advocatione capellaniarum et donatione de Harmetage de Lupnowe, Jacobo Creichtoun filio primogenito Elizabethe Striveling filie primogenite dicti Wil. et sponse pro tempore Ade Creichtoun de Ruthvendavy militis, et heredibus dicti Jac. de corpore ejus legitime procreandis, quibus def., Ade Creichtoun ejus fratri germano, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus def., Abrahee Creichtoun, Ade fratri germano, et heredibus ejus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., heredibus inter prefatos Adam et quondam Eliz. quibuscunque : — REDDEND. annuatim unum par calcarium deauratorum apud turrem de Keir, nomine albe firme :—RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento, et Mergarete ejus sponse vitali redditu de Keir, Strow et Lupnew, et rationabili tertia omnium dict. terrarum cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 2736.
xiv. 46.

2752.[1] Apud Edinburgh, 10 Sept.
REX dedit literam sub magno sigillo M. LEONARDO LOGY, pro ejus servitio, — de 40 libris annue pensionis, ei persolvendis durante ejus vita, vel donec et quousque rex ipsum provideret ad beneficium 100 mercarum.
xiv. 19.

2753. Apud Striveling, 21 Sept.
REX confirmavit cartam Rob. Haliday de Estir Ernegibboun,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DUNCANO FORESTARE de Garden militi, et MARGRETE BOTHUILE ejus sponse,—terras de Estir Ernegibboun, in senesc. Menteth, vic. Perth, extendentes ad 5 libratas terrarum antiqui extentus :—TENEND. dictis Duncano et Margrete, et eorum alteri diutius viventi, in conjunctam infeodationem, et heredibus masculis inter ipsos

[1] As a memorandum in Register.

legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Duncani quibuscunque, de rege:—TEST. Joh. Cosoure, Alex. Watson, Edmundo Corsby, Arch. Dauson, burgensibus de Striveling, D. David Nortoun capellano, Joh. Lyell, David Lokert, et Tho. Norvell :—Apud Striveling, 6 Jul. 1503] :—TEST. 62. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 38. 58. xiv. 10.

2754. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX confirmavit WILLELMO COMITI MARESCALLO, domino Keith, et heredibus ejus quibuscunque,—terras et baroniam de Aldene, cum tenentibus, &c., et annexis earundem, vic. Aldene (Abirdene); —quas dictus comes personaliter resignavit;—ac terras de Petinbla ac Pettindrum, in baronia de Kynedward, vic. predicto;—quas prius per dictum com. tentas in tenandria de barone de Kynedward, tunc idem in manibus regis, tanquam baronis de Kynedward, personaliter resignavit :—Insuper, pro singularibus favoribus et pro bono servitio, annexuit et incorporavit dictas terras dicte baronie de Aldene, tanquam pendiculum et annexum ejusdem et unius servitii cum dicta baronia, ubi prius in alba firma tenebantur : — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, una cum warda, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2736.
xiv. 47.

2755. Apud Edinburgh, 14 Nov.
REX,—quia terre et baronia de Kynedward, cum tenentibus, &c., vic. Abirdene, sibi per dominos concilii pertinere sunt adjudicate, tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchanie;—nolens tamen aliquod prejudicium inferri Wil. Blakhall de eodem in terris per ipsum conquestis et de dicto barone tentis;—eapropter confirmavit et quitteclamavit dicto WILLELMO BLAKHALL de eodem, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Folablakwatir, in dicta baronia;—quamidem Wil. in manibus regis tanquam baronis de Kynedward personaliter resignavit;—necnon terras de Blakhall, vic. predicto;—quas idem Wil. personaliter resignavit;—ac etiam officia forestarii et coronatoris regalitatis de Garviach;—que idem Wil. in manibus regis tanquam comitis de Garviach personaliter resignavit :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Abirdene, necnon wardas, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2641. xiv. 20.

2756. Apud Edinburgh, 16 Nov.
REX confirmavit cartam And. Cardeny de Foss,—[qua, pro ejus gratitudinibus, &c., concessit filio suo Magistro WILLELMO CARDENY, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem terrarum de Dunberny, in baronia de Methven, ac terras de Clachladdring, in comitatu de Strathern, vic. Perth :—TENEND. a dicto And. de rege :—RESERVATIS libero tenemento dicto And., et rationabili tertia Annabelle Abircrummy sponse sue : — TEST. Jacobo abbate de Scona, D. Edwardo Abircrummy vicario de Logyrate, D. Joh. Abirnethy, D. Joh. Mulikin, et D. And. Eldare, presbyteris ac notario publico :—Apud burgum de Perth, 20 Jul. 1503] :—TEST. *ut in carta* 2782.
xiv. 39.

2757. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX concessit familiari suo ADE HEPBURNE de Cragis, et ELIZABETHE OGISTOUN ejus sponse, — terras et baroniam de Polgony, cum tenentibus, &c., molendinis, sequelis et annexis earundem, Schethin et Litill Meldrum cum molendino, ac davatam terrarum de Fingasg, una cum cimba sive batella piscarie in portu de Pettindrom, in Buchania, vic. Abirdene; —que fuerunt dicte Elizabethe et Jonete Ogistoun ejus sororis, filiarum et heredum quondam Walt. Ogistoun de eodem; et quas dicta Eliz., cum consensu dicti Ade, et dicta Joneta resignaverunt;—quas terras de Schethin, &c., rex, pro singularibus favoribus et pro bono servitio dicti Ade, annexuit et incorporavit dicte baronie de Pilgony :—TENEND. dictis Ade et Eliz., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque :—REDDEND. annuatim communem sectam in curiis vic. Abir-

dene, et wardam, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2736.

xiv. 48.

2758. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX confirmavit cartam Henrici abbatis monasterii de Lundoris,—[qua, cum consensu capituli sui, concessit WILLELMO CAVERIS, heredibus ejus et assignatis, —duplam sive binam partem terrarum de Mwkdrom, vic. Fiffe ; — que dicto monasterio, pro 160 mercis per Joh. Covintree de Mwkdrom debitis, appreciata et assignata et non mortificata fuit, nec mortificari potuit ;—quam summam dictus Wil. dicto monasterio persolvit :—TENEND. a dicto monasterio de rege :—TEST. Symone Kirkcaldy, Joh. Strathachin, Wil. Doge, D. Joh. Lindesay et D. Joh. Smert notariis publicis ;—Apud monasterium de Lundoris, 23 Oct. 1503] ;—TEST. *ut in carta* 2589. xiv. 28.

2759. Apud Edinburgh, 1 Dec.

REX confirmavit cartam Wil. domini Borthuik,—[qua, pro singulari favore, et pro servitio sibi impenso, concessit ALANO BORTHUIK, filio patrui sui D. Thome Borthuik de Colylaw militis,—terras de Colylaw et Burehous, in dominio de Lawdirdale, vic. Berwik ;—quas terras de Colylaw dictus Tho., et quas terras de Burehous idem Tho. et Helena Rutherfurd ejus sponsa personaliter resignaverunt : —TENEND. dicto Alano et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus inter dictos Thomam et Elenam legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Thome quibuscunque, quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque reversuras :—REDDEND. annuatim dicto domino et heredibus ejus unum den. argenti nomine albe firme :—RESERVATIS de Colylaw libero tenemento dicto Thome, et rationabili tertia dicte Elene, et de Bourehous libero tenemento dictis Thome et Elene et eorum alteri diutius viventi :—TEST. D. Alex. Borthuik milite, Alex. Borthuik, Joh. Borthuik de Crukstoun, Hen. Diksone, M. Tho. Grenelaw vicario de Erth, et Pet. March notario publico :—Apud Edinburgh, 29 Nov. 1503] :—TEST. 62. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 58. xiv. 24.

2760. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REX, — quia prior et conventus ecclesie Cathedralis Candidecase gratuiti et benevoli extiterunt in suo unanimi consensu dato annexationi faciende per Georgeum episcopum Candidecase, ecclesie collegiate nuncupate capelle regie infra castrum de Striveling, de et super ecclesia de Kirkynnir tam rectoria quam vicaria, Candidecase diocesis, cum decimis, fructubus et proventibus ejusdem, que ad dicti conventus jus patronatus spectabat ;—nolens igitur ipsos inde gravari,—dedit et ad manum mortuam confirmavit dictis PRIORI AC CONVENTUI CANDIDECASE, et eorum successoribus,—ecclesiam de Kirkandris tam rectoriam quam vicariam, diocesis predicte, cum decimis &c., ejusdem, que ad regis jus patronatus spectabat :—TEST. *ut in carta* 2736.

xiv. 49.

2761. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REX,—pro utilitate patrimonii sui,—concessit JOHANNI DOMINO DRUMMOND, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Auchinvaid, extendentem annuatim ad 33 solidos 4 denarios, una cum piscationibus lacuum, silvis et lucis earundem, vic. Perth ;—quam Wil. dom. Ruthwen resignavit :—REDDEND. annuatim duplicem firmam, viz. 3 libras 6 sol. 8 den. nomine feodifirme :—TEST. 62. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 58.

xiv. 32.

2762. Apud Striveling, 14 Dec.

REX,—quia terre de Innerpeffery et Dunfallyis, in senesc. Strathern, vic. Perth, sibi per dominos concilii appropriari adjudicate sunt, ex et pro eo quod per quondam Maliseum com. de Strathern alienate fuerunt quondam Macolmo Utirardour clerico et heredibus ejus pro annuo redditu 8 mercarum stirlingorum ; et dictus Macolmus et successores ejus defecerunt in solutione ejusdem per 184 annos ultimo

elapsos, extenden. in integro ad 1502 merc. regi tanquam comiti de Strathern debitas ; — nolens tamen prejudicium familiari suo servitori And. Wod de Fethirkern inferri in terris subscriptis, infra dictas terras, ei per quondam Laurentium dom. Oliphant alienatis et per regem confirmatis ;—igitur confirmavit et quitteclamavit dicto ANDREE WOD, et heredibus ejus,—terras de Esthill de Dunfallyis, una cum molendino occidentali de D.:—REDDEND. annuatim unum denarium argenti in festo S. Johannis Baptiste nuncupato *Mydsommyr*, nomine albe firme :—Insuper, dictas terras rex a jurisdictione senescalli de Strathern exemit, et jurisdictioni vicecomitis de Perth immediate submisit :—TEST. *ut in carta* 2761. xiv. 7.

2763. Apud Edinburgh, 15 Dec.
REX confirmavit cartam Geo. Meldrum de Petcarry,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI KNOLLIS de Polmolat, heredibus ejus et assignatis,—terras de Qwiltis, vic. Abirdene:—TENEND. a dicto Geo. de rege :—TEST. Rob. Blinsele, Joh. Collisoun, D. Wil. Rolland vicario de Insche, Tho. Vaus, Joh. Stevinsoun, Gilberto Ryburn, Joh. Meldrum burgen. de Abirdene, Joh. Thorntoun, ac D. Joh. Striveling notario publico :— Apud Abirdene, 8 Aug. 1503] :—TEST. *ut in carta* 2759. xiv. 26.

2764. Apud Striveling, 18 Dec.
REX,—pro magna diligentia Joh. domini Drummond in acquisitione regi carte antique terrarum de Innyrpeffry et Dunfallis, per quam prefate terre regi sunt recuperate,— necnon pro certa summa pecunie persoluta,—concessit dicto JOHANNI DOMINO DRUMMOND, et heredibus ejus,—terras predictas de Innyrpeffry et Dunfallis, et molendina earundem, cum tenentibus et tenandriis, advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum, in senesc. Stratherne, vic. Perth, —exceptis terris de Esthill de Dunfallis, Andree Wod de Fethyrcarne prius alienatis et per regem confirmatis ;—que quidem terre regi per dominos concilii appropriari adjudicate sunt, &c. (*ut in carta* 2762) :—REDDEND. annuatim 8 mercas nomine feodifirme :—TEST. *ut in carta* 2761. xiv. 33.

2765. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX confirmavit familiari suo JOHANNI ELPHINSTOUN de Erth militi,—terras et baroniam de Erth-chawmyrlane, cum tenentibus, &c., terras de Pettyndreich, et Cragorth, vic. Strivelin ;—quas dictus Joh. personaliter resignavit ;—et quas, pro bono servitio ac pro singulari favore, rex incorporavit in unam liberam baroniam de Elphinstoun ; et voluit villam de Litill Erth, infra dictam baroniam de Erth-chawmyrlane, principale messuagium baronie de Elphingstoun existere et nomen de Elphingstoun gerere :—TENEND. terras, &c., de Erth-chawmyrlane, et Pettyndrech, dicto Joh. et heredibus ejus masculis quibuscunque ; et terras de Cragorth eidem Joh. et heredibus ejus legitimis quibuscunque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Striveling, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. 62. 30. 42. 26. 84. 48. 58. xiv. 158.

2766. Apud Edinburgh, 6 Jan.
REX confirmavit cartam Jacobi III. patris sui, — [qua concessit DAVID STRATHAQUHIN, filio et apparenti heredi Joh. S. de Thorntoun,—terras et baroniam de Thorntoun, &c. (*ut in carta* 1713)] :—Necnon aliam cartam ejusdem, —[qua concessit eidem David Strathaquhin, —terras de Pitgarvy, &c. (*ut in carta* 1712)] :—TEST. *ut in carta* 2641. xiv. 21.

2767. Apud Edinburgh, 18 Jan.
REX concessit et confirmavit, et pro servitio sibi, suo patri et matri per 30 annos impenso quitteclamavit, familiari suo WILLELMO CUMYNG de Inverelochy, alias Merchmond Heraldo nuncupato, et MARGRETE HAY ejus sponse,—terras de Inverelochy, castrum, lacum, piscarias et molendinum earundem, cum aqueductu ad dictum molendinum, et le Fortre de Inverury, vic. Abirdene ;—quas idem Wil. personaliter resignavit ;—necnon dimedietatem terrarum de Kindrocht et Audiale, vic.

eodem ;—quas Tho. Cumyng resignavit :—Tenend. dictis Wil. et Margrete, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis de corpore dicti Wil. legitime procreatis, quibus deficientibus, Isobelle Cuming, filie ipsius primogenite, et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Cristine, sorori dicte Isobelle, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ipsius Wil. de corpore et assignatis, quibus omnibus def., nepoti ejus Alex. Cumyng de Cultir et heredibus ejus quibuscunque :—Reddend. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. Abirdene, proximo post festum S. Michaelis, una cum warda, &c., cum contingerent :—Test. *ut in carta* 2761.

xiv. 34.

2768. Apud Edinburgh, 5 Feb.

REX concessit JOHANNI ROSS, filio et heredi apparenti Johannis R. burgensis de Linlithqw, et heredibus ejus,— officium mari et serjandi de feodo vic. Linlithqw, una cum terris, feodis et proficuis dicto officio pertinentibus ;—quod dictus Joh. resignavit :—Test. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 58. xiv. 43.

2769. Apud Edinburgh, 11 Feb.

REX confirmavit cartam Walt. Strang de Petcorthy,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit Magistro JOHANNI SKRYMGEOUR de Glasre,— terras de Lumlethin et Crago, vic. Forfare :—Tenend. prefato Joh. et heredibus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, Jac. Skrymgeour constabulario de Dunde et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., David Skrymgeour de Fardill, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Joh., nomen de Skrymgeour et arma gerentibus quibuscunque, a dicto Waltero de rege :—Test. M. Hen. Strang, D. Jac. Lyndesay, capellanis, David Murray, Jac. Skrymgeour juniore, Niniano Haliburntoun, Wil. Crayll, et M. David Crayll notario publico :—Apud Dunde, 7 Feb. 1503] :—Test. *ut in carta* 2782.

xiv. 38.

2770. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit familiari suo PATRICIO CREICHTOUN de Cranstoun-riddale militi, et KATHERINE TURING ejus sponse,—terras dominicales de Gilmertoun, extendentes annuatim ad 10 libratas terrarum, vic. Edinburgh ;—quas Pat. Hering de Gilmertoun personaliter resignavit :—Tenend. dictis Patricio et Katherine, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque:—Faciend. annuatim jura et servitia debita et consueta, viz. tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Edinburgh, una cum wardis, &c., cum contingerent :—Test. *ut in carta* 2782. xiv. 36.

2771. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REX confirmavit cartam Alex. Ramsay de Cokpen militis et terrarum de Edmersdene, —[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit MARGRETE CRAUFURD, relicte quondam Arch. Sinclar de Westhall, heredibus ejus et assignatis,— terras de Nethir Edmersdene, in comitatu Marchie, vic. Berwik :—Tenend. a dicto Alex. de rege :—Test. M. Pat. Craufurd rectore de Aldhamstokkis, Tho. Ramsay, Ric. Fassyntoun, Tho. Scot, Rob. Atkinsoun, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico : — cum subscriptione manuali dicti Alex. :— Apud Edinburgh, 4 Mar. 1503] :—Test. *ut in carta* 2782.

xiv. 40.

2772. Apud Edinburgh, 13 Mar.

REX confirmavit cartam suam,—[qua concessit MARGARETE conjugi sue,— quosdam comitatus, &c. (*ut in carta* 2721)]:—et quia inter ipsius et regis Anglie commissarios conventum erat ut omnes dicte donationes infra certum tempus per ipsum et Parliamentum suum deberent ratificari, —igitur premissa de consensu trium regni statuum in Parliamento apud Edinburgh tento 13 Mar. 1503, ratificavit prefate Margarete in vitalem redditum, non obstantibus quibuscunque annexationibus corone de dict. terris prius factis :—Insuper de avisamento dicti Parliamenti ratificavit dicte Margarete

—dominium de Kilmernok, cum castro et fortaliciis ejusdem, ac cum tenentibus, &c., cum advocationibus ecclesiarum et capellaniarum,—ei per regem in donationem propter nuptias tempore solempnizationis matrimonii concessum :—in quorum fidem magnum sigillum et sigilla trium regni statuum sunt appensa.

[*Vide* Acta Parl. Scot. II. 271].

xiv. 129.

2773. Apud Edinburgh, 13 Mar.

REX, post omnes generales suas revocationes, in memoria habens servitium sibi per familiarem suum Rob. Colvile de Hiltoun cancellarie directorem impensum et indies continuatum,—necnon considerans magnos labores sumptusque per dictum Rob. et quondam Rob. Colvile ejus patrem sustentos in structuris per ipsos super terris de Hiltoun factis in bonum exemplum aliis legeis ad similia peragenda in politie incrementum in regnum ;—igitur, cum consensu parliamenti tenti apud Edinburgh 13 Mar. 1503, ad feodifirmam dimisit dicto ROBERTO COLVILE, et heredibus ejus, —terras de Hiltoun, in baronia de Tulycultre, vic. Clakmannane ;—quas dicti Rob. pater et filius de rege tenuerunt :—Reddend. annuatim 3 libras 13 solidos 4 denarios, et 6 bollas brasii, (6 sol. 8 den. in augmentationem regis rentalis ultra firmam prius persolutam), nomine feodifirme :—Test. *ut in carta* 2945.

xiv. 217.

2774.[1] Apud Edinburgh, 17 Mar.

REX concessit JOHANNI SOMERVELE de Cambusnethane militi, heredibus ejus et assignatis,—illam partem terrarum de Gilmertoune, vic. Edinburgh, que olim pertinebat Joh. dom. Somervele filio et heredi quondam Wil. Somervele, et successori quondam Joh. dom. Somervele ejus avi, aliisque ejus antecessoribus dictarum terrarum occupatoribus, ac tunc in regis manibus per spatium 60 annorum existebat, extendens annuatim ad 46 mercas 6 solidos 8 denarios, per dictos Joh. dom. Somervele et predecessores ejus intromissos : —Tenend. de rege in feodo, donec et quousque prefata summa, extendens in integro ad 2790 mercas, dicto Joh. Somervele militi per prefatum Joh. dom. Somervele persolveretur :—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia, vic. Edinburgh :—Test. *ut in carta* 2726.

xiii. 608.

2775. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX,—quia alias pro servitio tam tempore pacis quam guerre impenso, et in edificatione, tentione et custodia castri de Dunbar, tempore quo exercitus et classis Anglie per mare venit pro insidione et captione castri antedicti, post generales suas revocationes confirmavit And. Wod, familiari suo militi, et ejus sponse, terras subscriptas, prius per dictum And. de rege in feodifirma tentas ; —nolens quod decreta promulgata contra nonnullas donationes in feodifirma terrarum infra vic. Fiffe, caderent super donationes dicto And. factas ;—igitur cum consensu trium regni statuum confirmavit et de novo dedit dicto ANDREE WOD, et ELIZABETHE LUNDY ejus sponse,—terras de Largo, et Coitlandis earundem, cum molendino, le Mylnlandis et Brewlandis earundem, vic. Fiffe : — Tenend. dictis And. et Eliz., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti And. quibuscunque : — Reddend. annuatim frumentum, ordeum, avenas, capones, *le pultre* et argentum, cum omnibus aliis devoriis in regis rentali ac in prefatis cartis contentis, nomine feodifirme :—Test. 39. 2. 30. 63. 71. 64. 42. 26. 72. 73. 57. 74. 84. 48. 75. 76. 77. 52. 10. 78. 51. 54. 79. 80. 81. 82. 58 ;—una cum sigillis trium regni statuum in parliamento congregatorum appensis.

xiv. 156.

2776. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX confirmavit cartam Niniani Cochrane de Ovirlee,—[qua, pro summa tringinta mercarum persoluta, vendidit et alienavit HUGONI DOMINO MONTGUMRY, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Ascok, in dominio de Bute,

[1] Dated *ann. reg.* 15. Either this or the *annus domini* must be wrong.

vic. ejusdem :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie :—REDDEND. annuatim dimedietatem communis secte, wardam ac relevium cum contingerent :—TEST. Arch. Ker de Ananhill, David Vaich, Tho. Cameroun, Joh. Pantoun, et Joh. Michel :—Apud Corsle, 12 Dec. 1503] :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 51. 54. xiv. 37.

2777. Apud Striveling, 24 Mar.
REX concessit familiari suo ADE HEPBURN de ly Craggis, et ELIZABETHE OGISTOUN ejus sponse,—terras et baroniam de Craggis, in proprietate et tenandria, viz. proprietatim, Mekill Perth, Connante cum piscaria de le North Watir de Esk infra bondas earundem, Bellochquhy, Killaree, Westir Darre, Estir Darre cum molendino earundem, le Ovir Crag de Glennylay cum molendino earundem, le Estir Crag de Glennylay, et annuum redditum 14 solidorum de le Nethircrag de Glennylay; et subscriptas tenandrias, viz. Nethircrag de Glennylay, Auchwarny, Cukestoun cum molendino earundem, Blakstoun, Drumslogny, Bauchlownas, Kinbraid, et Auchnansis, vic. Forfare, una cum omnibus annexis earundem; necnon terras de Westir et Estir Eglismaldiis, cum molendinis, dependentiis, tenentibus, &c., vic. Kincardin;—quas dicta Eliz. cum consensu dicti Ade, et Joneta Ogistoun ejus soror, filie et heredes quondam Walt. Ogistoun de eodem, resignaverunt;—et quas rex, pro singulari favore et pro bono servitio, incorporavit in unam liberam baroniam de Craggis :—TENEND. dictis Ade et Eliz., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque :—REDDEND. annuatim communem sectam in curiis vic. Forfare, necnon wardam, &c. cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2782. xiv. 42.

ANNO DOMINI 1504. ANNO REGNI 16.

2778.[1] Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX confirmavit cartam Joh. Wemys de eodem militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO COMITI DE MONTROS, domino Grahame, heredibus et assignatis ejus,—terras de Wardroptoun, una cum piscariis ejusdem aque de North Esk, et proficuis ejusdem, extendentes ad 12 mercatas terrarum, vic. Kincardin :—REDDEND. annuatim regi servitium warde et relevii, &c. :—TEST. Rob. Dowglas de Lochlevin, Walt. Forestar de Torwod, militibus, Math. Grahame de Garwok, Edw. Spetale notario publico, Alano Mayne, Tho. Forestar de Giblatstoun, et Arch. Dawsoun :—cum subscriptione dicti Joh. manuali :—Apud Edinburgh, 14 Mar. 1503] :—TEST. 30 83. 26. 57. 85. 9. 68. 54. xiv. 119.

2779. Apud Edinburgh, 6 Apr.
REX,—quia Henricus rex Anglie sibi in dotem Margarete principisse,—ultra summam 30,000 nobilium regi Jacobo promissam,—jocalia, vasa aurea et argentea, corporis ornamenta aliaque supellectilia ad valorem 5000 mercarum stirlingorum extendentia tempore traductionis dicte Marg. exposuit, secundem promissa;—idcirco dictum HENRICUM REGEM ANGLIE, patrem suum, ab omni ulteriore petitione dict. jocalium, &c., liberavit et exoneravit et pro perpetuo quietum fecit. xiv. 130.

2780. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX concessit ALEXANDRO WARDLAW, filio et heredi apparenti Alex. Wardlaw de Warastoun, et heredibus ejus,—terras de Warastoun, cum tenentibus, &c., vic. Edinburgh;—quas dictus Alex. pater resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. patri, et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 60. xiv. 69.

[1] This charter, and No. 2781 *infra*, are dated 1503. They are placed here in conformity with the regnal year, and the dates of the charters confirmed.

2781.[1] Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX confirmavit cartam Joh. dom. Hay de Yestir,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DAVID MAXWELL de Polgavy, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem terrarum de Polgavy, in villa et territorio de Polgavy, vic. Perth :—Tenend. a dicto domino de rege :—Test. Joh. Hay de Beltoun milite, M. Geo. Hay de Menzeane, filiis dicti domini, M. Joh. Maxwell, Joh. Hay, Joh. Auchinlek, D. Joh. Fylder capellano, et Symone Geddes :—Apud Beltoun, 15 Feb. 1503] :—Test. *ut in carta* 2792.
xiv. 51.

2782. Apud Edinburgh, 13 Apr.
REX confirmavit cartam Joh. Bannachtyne de Corhous,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO LOKKERT, burgensi de Edinburgh, et ELIZABETHE ejus sponse, —terras de Dichtmont, tunc occupatas per And. West, Rob. Johnsoun, Jac. Gibsoun, Rob. Wardropar, Joh. Clerk, Tho. Young, et uxorem quondam And. Burn, vic. Linlithqw :—Tenend. dictis Wil. et Eliz., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscunque :—Reddend. annuatim regi tres sectas ad tria placita capitalia apud Linlithqw :—Test. Joh. Broun, Tho. Fresall, Joh. Andersoun, Hen. Strathachin, et Jac. Monynet :—Apud Edinburgh, 14 Mar. 1503] :—Test. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 68. 54.
xiv. 12.

2783. Apud Edinburgh, 13 Apr.
REX confirmavit cartam Rob. Litstare, civis Brechinensis,—[qua, pro servitiis, &c., concessit suo nepoti GEORGEO FENTOUN, civi Brechinensi,—quartam partem terrarum de Petforky, in baronia de Brechin, vic. Forfare:— TENEND. dicto Geo. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. quibuscunque, de rege tanquam barone de Brechin:—RESERVATIS libero tenemento dicto Rob., et rationabili tertia Elizabethe Spalding sue sponse:—TEST. Joh. Dempstare, (Hugone) Dowglass, Wil. Meldrum et Tho. Meldrum, decano, cantore et subdecano Brechinensibus, Joh. Dempstare de Caraldstoun, Rob. Jamesoun, Wil. Craik, civibus Brechinensibus, et M. Pat. Buttirgask notario publico:—Apud civitatem Brechinensem, 28 Dec. 1504]:—TEST. *ut in carta* 2826. xiv. 83.

ANNO DOMINI 1505. ANNO REGNI 17.

2843. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REX concessit et pro fideli servitio quitteclamavit HUGONI CAMPBELE de Lowdoun militi, vicecomiti de Are, et ISOBELLE WALLACE ejus sponse,—terras de Burntwod, tam proprietatem quam tenandrias, in Kilestewart, vic. Are;—quas, post recognitionem factam propter aliena-

tionem majoris partis earundem, Alex. Hammyltoun de Burntwod resignavit :—TENEND. dictis Hugoni et Isobelle, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hugonis quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. *ut in carta* 3187. xiv. 415.

2844. Apud Edinburgh, 12 Apr.
REX, pro bono servitio, concessit ALEXANDRO JARDIN militi, nepoti et heredi apparenti Johannis J. de Apilgirth, et heredibus ejus,—10 libratas terrarum de Apilgirth nuncupatas Murhous, 3 mercatas in *le Park*, 4 merc. de Godfraby, 4 merc. in Northholme, et 8 lib. 16 denariatas de Lamanby, antiqui extentus, in senesc. Vallis Anandie ;—que fuerunt dicti Joh., de rege in capite tente per servitium warde, et appreciate fuerunt et regi assignate pro 508 mercis per dictum Joh. debitis :—SALVO dicto Joh. et heredibus ejus redemptionis privilegio infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2839. xiv. 97.

2845. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX confirmavit cartam Wil. Aysoun de Fornoth,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI DOMINO DRUMMOND, heredibus et assignatis ejus,—terras de Fornoth, infra senesc. de Strathern, vic. Perth :—REDDEND. annuatim regi tanquam comiti de Strathern 6 denarios nomine albe firme :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia Eliz. uxori sue :—TEST. Rob. Rollok filio et herede apparente Wil. Rollok de Duncroub, And. Rollok, Joh. Cunynghame, Wil. Drummond, Joh. Drummond, et D. Jac. Broun notario publico :—Apud Fornoth, 21 Aug. 1504] : —TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 60. xiv. 134.

2846. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX, pro singulari favore erga Joh. Sinclare de Hirdmanstoun, ac pro commodo ligeorum a mari ad regni australes partes, et ab orientalibus regni finibus ad burgum de Peblis, &c., itinerantium, — infeodavit VILLAM DE WESTIR PENCAITLAND dicto Joh. pertinentem, in baronia de Hirdmanstoun, infra constabulariam de Hadingtoun, vic. Edinburgh, in liberum burgum in baronia ;—cum facultate inhabitantibus emendi et vendendi, &c.; et concessit quod essent burgenses in dicto burgo, et quod dictus Joh. et heredes ejus haberent potestatem eligendi ballivos, &c.;—et quod burgenses haberent crucem et forum singulis ebdomadis die Veneris, et nundinas publicas die Penthecostes et per octavas ejusdem ; cum theoloneis, &c.:—TEST. *ut in carta* 2915. xiv. 172.

2847. Apud Edinburgh, 21 Apr.
REX concessit WILLELMO KER, in le Yare commoranti, heredibus ejus et assignatis,—terras de Bottis, Hadirlee, Kincroft, Skynnercroft, 18 acras terrarum ex parte occidentali torrentis nuncupati Milnburn super Murysonishill, cum terris de Mauldisheuch, et terris Serjandi, et le Cowperland, et omnes alias croftas et acras infra burgum et libertatem vel vic. de Selkirk que pertinebant Ric. Keyne, una cum officiis coronatoris et serjandi vic. de Selkirk;—que pro certa summa pecunie per dictum Ric. debita regi appreciate fuerunt et Joh. Murray de Faulohill vendite ;—et quas dicti Joh. personaliter et Ric. per procuratores resignaverunt :—REDDEND. annuatim unam rosam rubeam in festo S. Johannis Baptiste, *Midsommer* vulgariter nuncupato, nomine albe firme, et faciendo per se et deputatos suos onera et servitia dictis officiis incumbentia :—TEST. *ut in carta* 2878. xiv. 162.

2848. Apud Edinburgh, 22 Apr.
REX,—quia terre et baronia de Mertnem et tenandrie earundem, que fuerunt per Hugonem Campbell de Lowdoun militem de rege in capite tente, recognite fuerunt et regi pertinere adjudicate ob alienationem majoris partis earundem absque consensu superioris,—nihilominus pro bono servitio concessit et confirmavit dicto HUGONI CAMPBELL, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Mertnem, et tenandrias earundem, vic. Are, viz. Kers et Keir-

meyn que fuerunt Alex. Crawfurd, Skeldoun que fuerunt Joh. Campbell de Skeldoun, Arde, Constabilland que fuerunt Quintini Mure, Keirhill que fuerunt Joh. Crawfurd, Benquhat et Dalnesking que fuerunt Rob. Campbell, Leyfanhill que fuerunt Joh. Mure, et Drumgrange que fuerunt Joh. Ros;—cum licentia ad alienandum terras de Kers et Keyrmeyn David Crawfurd, filio et heredi quondam Esplani Crawfurd de Kers et heredibus ejus, et ceteras tenandrias prefatis personis:— REDDEND. annuatim 3 sectas ad 3 placita capitalia vic. de Are, in burgo de Are; necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 2845. xiv. 139.

2849. Apud Striveling, 25 Apr.

REX,—quia terre et dominium de Gyffin, cum tenentibus, &c., que Hugoni dom. Montgumry pertinebant, per ipsum de rege tanquam senescallo Scotie in capite tente, recognite fuerunt et regi pertinere adjudicate ob alienationem majoris partis earundem absque consensu superioris,—nihilominus pro bono servitio concessit et confirmavit dicto HUGONI DOMINO MONTGUMRY, ejusque heredibus et assignatis, — terras et dominium de Giffin cum tenentibus, &c., et tenandrias earundem, in baronia de Kilestewart, vic. Are, viz. Giffin que quondam Alex. Montgumry pertinebant, Heichedis, Heslyhedis et Bawgray, que Joh. Montgumry militi pertinebant, Rouchwod et Braidstanewarde que Rob. Homyll pertinebant, Braidstane que Alex. Montgumry pertinebant, Ovirtoun que Rob. Ker pertinebant, Begart, Rammishede et Litillheichede que Ade Mure militi pertinebant:—cum licentia ad alienandum tenandrias dictis personis:—TEST. *ut in carta* 2840. xiv. 100.

2850. Apud Falkland, 7 Maii.

REX, tanquam patronus 2 capellaniarum in ecclesia collegiata S. Salvatoris infra civitatem Sancti Andree fundatarum de terris de Balgonquhare, confirmavit cartam Joh. Listoun prepositi, Hugonis Spens rectoris de Kenbak et Joh. Burell de Dununoch, canonicorum dicte ecclesie,—[qua, de consensu capituli, et presertim M. Rob. Burn et Joh. Wardlaw capellanorum dictarum capellaniarum, ad feodifirmam dimiserunt Andree Masoun abbati MONASTERII DE CULROS, et conventui ejusdem, Ordinis Cisterciensis, Dunblanensis diocesis, et eorum successoribus,—pro auxiliis, consiliis, &c.,—terras de Balgonquhare, in baronia sive dominio de Saulyng, vic. Fiffe;—que prius summam 40 mercarum tantummodo reddiderunt:—REDDEND. annuatim dictis capellanis 51 mercas nomine feodifirme:—TEST. M. Tho. Car rectore de Yethame facultatis artium decano, Karolo Fothrynghame rectore de Agzell, Michaele Narn vicario de Inverkelour, Joh. Narn, Hen. Prestoun, artium magistris, et Jac. Redheuch capellano:—Apud S. Andream, 14 Apr. 1505]:—TEST. *ut in aliis cartis consimilis date.* xiv. 102.

2851. Apud Falkland, 7 Maii.

REX confirmavit cartam Tho. Grundystoun de Kyngask, ac domini portionarii de Ballingall, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WALTERO HERIOT de Burnturk, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Ballingall, vic. Fyff:—TENEND. a dicto Tho. de rege:—TEST. Walt. Grundistoun de Glaslie, Alex. Skowgall in Crobye, M. Arch. Heriot fratre dicti Walt., Tho. Fleschour burgensi de Cupro, Hen. Paige, Tho. Dik, et David Greg notario publico:—Apud burgum de Cupro, 1 Mar. 1504]:—TEST. *ut in carta* 2853. xiv. 110.

2852. Apud Edinburgh, 15 Maii.

REX concessit JACOBO TWEDY, filio et heredi apparenti Johannis T. de Drummelzare, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum et baronie de Cliftoun, extendentem in integro ad 20 libratas terrarum antiqui extentus, vic. Roxburgh;—que per quondam Walt. Twedy de Drummelzare, Willelmo Ker de Ranaldstoun in Lyncolee commoranti impignorata fuit, et tunc per dictum Joh. redempta et per dictum Wil. resignata:— RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. *ut in aliis cartis consimilis date.* xiv. 103.

2853. Apud Edinburgh, 16 Maii.
REX concessit ANDREE STEWART, filio Joh. comitis Atholie,—forestam de Cluny et terras ejusdem foreste, vic. Perth; —quas dictus comes, cum consensu Elenore Sinclare ejus sponse in conjuncta infeodatione existentis, resignavit:—TENEND. dicto And. et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto comiti et heredibus ejus masculis de corpore ejus legitime procreatis, quibus def., regi reversuras:—REDDEND. annuatim unum denarium argenti nomine albe firme, secundum tenorem carte Jacobi III. dictis Joh. et Elenore desuper confecte:—RESERVATO libero tenemento dictis Joh. et E. et eorum alteri diutius viventi:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60.
xiv. 105.

2854. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX concessit JOHANNI HAY de Beltoun militi, et heredibus ejus,—terras et baroniam de Snayd, cum molendinis, tenentibus, &c., vic. Drumfres;—quas Joh. Cunynghame de Vestbernys personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis precedentibus.*
xiv. 104.

2855. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX concessit familiari suo servitori WALTERO CHEPMAN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—40 solidatas terrarum antiqui extentus nuncupatas le Ewarland, in villa de Crawmond-regis, vic. Edinburgh; — quarum unam medietatem Eliz. Dais cum consensu Barth. Aytoun sui sponsi, alteram Isobella Dayis soror dicte Eliz. cum consensu Joh. Boltoun sui sponsi, resignaverunt:—REDDEND. servitium de *Ewry* debitum et consuetum nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 2853.
xiv. 107.

2856. Apud. . . . . .
REX confirmavit cartam Pat. Mure de Cloncard, — [qua concessit PATRICIO MURE ejus filio,—5 mercatas terrarum de Cloncard et Barnele antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Are. . . .]
xiv. 108.

2857. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX confirmavit PATRICIO DOMINO HALIBURTOUN, et CRISTIANE WAWANE ejus sponse, — terras et baroniam de Segy, cum tenentibus, &c., vic. Kinros;—quas idem Pat. resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Cristiane, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessus legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2853.
xiv. 111.

2858. Apud Glasgw, 10 Jun.
REX confirmavit THOME HUME de Langschaw militi, et ALISONE CULQUHONE ejus sponse, — 10 mercatas terrarum de Langschaw antiqui extentus, et 5 merc. terrarum de Gallobory ant. ext., in dominio de Stewartoun, vic. Are;—quas idem Tho. resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Alisone, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus legitimis dicti Tho. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. *ut in carta* 2931.
xiv. 193.

ANNO REGNI 18. ANNO DOMINI 1505.

2859. Apud Are, 16 Jun.
REX, pro bono servitio et pro singulari favore, concessit familiari suo servitori THOME BOISWELL,—terras et baroniam de Auchinlek, viz. terras de Crakstoun, Ovir et Nethir Keithstoun, et Rogerstoun, cum castro, fortalicio, molendinis, tenentibus, &c.,—exceptis 2 mercatis terrarum de *le Penneland*, familiari regis servitori Jac. Dowglas concessis;—que fuerunt quondam Joh. Auchinlek de eodem, et clamate per Wil. Dowglace et Eliz. Auchinlek ejus sponsam, Wil. Cunynghame et Mariotam Auchinlek ejus sponsam; et propter alienationem earundem integraliter factam absque consensu, in manibus regis tanquam domini superioris recognite fuerunt, et lapsis anno et die et dictis terris &c., ad plegium

dimissis, regi pertinere adjudicate sunt:—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, regi tanquam senescallo Scotie reversuras:—REDDEND. annuatim 3 sectas ad 3 placita capitalia balliatus de Kilestewart apud Prestwik, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 2867. xiv. 114.

2860. Apud Edinburgh, 24 Jun.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Tho. Broun vicarii perpetui ecclesie de Caldorclere,—[qua, pro salute animarum Roberti abbatis de Calco, D. Roberti Ker militis, &c., in puram elemosinam concessit uni capellano divina imperpetuum celebraturo ad altare S. Duthaci episcopi in ECCLESIA MONASTERIALI DE CALCO, S. Andree diocesis,—annuos redditus subscriptos in burgo de Edinburgh, viz. 10 mercarum de terra anteriore olim David Crawfurd, cum inferiore taberna ejusdem, ex parte boreali vici regii, 4 merc. de terris David Bell ex parte australi vici regii, 2 merc. de duobus tenementis terre quondam Rob. Ramsay de Kokpen, tunc Wil. Blak, in burgo vici Canonicorum monasterii S. Crucis, ex parte australi vici regii, 40 solidorum de tenemento quondam Katrine Caunt, tunc ejus filii et heredis Joh. Harlaw, ex parte boreali vici regii:—Apud Calco, 14 Jun. 1505]:—TEST. *ut in carta* 2884. xiv. 152.[1]

2861. Apud Linlithqw, 3 Jul.

REX concessit THOME KINCAID, filio Tho. Kincaid burgensis de Edinburgh, et heredibus ejus masculis,—terras de Craglokkart, cum turre et fortalicio, vic. Edinburgh;—quas Pat. Kincaid de eodem personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Pat., et rationabili tertia Egidie Howstoun ejus sponse cum contingeret:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 106.

2862. Apud Linlithqw, 7 Jul.

REX,—quia in causa optenta per Dunc. Forbes in Skeyn et Cristinam Mersare ejus sponsam, super Alex. Innes de eodem, Pat. Gordoun in Durnoch et Alex. Balbirny, decretum extitit persolvi debere 30 boves, 50 vaccas, pretium pecie 26 solidi 8 denarii, 40 oves matrices et *le wedderis*, pretium pecie 3 sol., 9 equos et jumenta, pretium pecie 30 sol., una cum proficuis per 16 annos elapsos, viz., cujuslibet bovis de bolla cum dimedia ferrine, pretium bolle 6 sol., cujuslibet vacce 5 sol., cujuslibet ovis 12 den., et cujuslibet equi et jumenti 6 sol.;—et quia dicti Alex. Innes et Pat. Gordoun in bonis mobilibus distringibiles non erant, Alex. Banerman de Wettirtoun vicecomes deputatus de Abirdene et Banf, terras de Litill Johnsleis, extendentes annuatim ad 10 libras, in regalitate de Garviauch, vic. Abirdene, quas dictus Pat. de rege per servitium warde in capite tenuit, pro 300 mercis, necnon terras de Tulydoun extendentes annuatim ad 8 mercas, in baronia de Abirkerdour, vic. Banff, quas dictus Alex. Innes de rege per servitium warde in capite tenuit, pro 160 mercis, appreciari fecit et dictis Duncano et Cristine vendidit;—igitur concessit dictis DUNCANO FORBES et CRISTINE MERSAR ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi, heredibus eorum et assignatis,—dictas terras;—et voluit quod dicti Alex. Innes et Pat., et heredes eorum, haberent regressum quandocunque dict. summas, &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in carta* 2853. xiv. 109.

2863. Apud Linlithqw, 10 Jul.

REX concessit M. HERBERTO GLADESTANYS rectori de Dronok, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ovirkeldwod, vic. Drumfres;—quas David Crawfurd de Kers resignavit ad regis beneplacitum disponendas, pro solutione certe summe pecunie per ipsum regi debite, quam summam dictus Herbertus thesaurario per-

---

[1] This charter contains the following names of owners of adjoining tenements;—umquhile Nich. Spethe, umq. And. Bell father of David B., Adam Bell brother of David B., David Dalrimpill, umq. Wil. Wernour, And. Blare, Laur. Bertrahame, Nich. Denny, Joh. Knox, Joh. Bonkle, and Trinity College Church.

solvit: — REDDEND. annuatim servitium warde et relevii, cum una secta in curia capitali vic. de Drumfres post festum S. Michaelis :—TEST. *ut in carta* 2832.
xiv. 125.

2864. Apud Striveling, 18 Jul.
REX ad manum mortuam concessit Georgeo abbati MONASTERII S. CRUCIS PROPE EDINBURGH, ac conventui ejusdem, eorumque successoribus,—proprias acras suas terrarum extendentes in integro ad 112 acras, prope burgum de Linlithqw, infra dominium de Linlithqwschere, vic. ejusdem,—in excambium pro 143 acris terrarum, ipsorum abbatis et conventus, de Wardy, una cum portu in aqua de Forth infra mare dictis acris adjacente, per bondas et marchias earundem, in baronia et regalitate de Brochtoun, vic. Edinburgh ;—quas acras prope Linlithqw rex annexuit baronie et regalitati de Brochtoun :—TEST. *ut in carta* 2878.
xiv. 161.

2865.[1] Apud Edinburgh, 27 Jul.
REX,—quia Joh. Jamesoun burgensis de Fores coram Alex. Urquhard de Burrisyardis vicecomite deputato de Elgyn et Fores, in curia confessus est se 12 libras And. Wynk burgensi de Fores debere,—et dicto Joh. in bonis mobilibus distringibili non existente, 3 acre in terris de Fluris ex parte australi earundem inter Fluris et Halfeildbank, vic. Fores, per dictum Joh. de rege in capite tente, reddendo pro qualibet acra bollam avenarum nomine feodifirme, pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto And. vendite ;—igitur concessit dicto ANDREE WYNK, et heredibus ejus,—dictas acras :—TEST. *ut in carta* 3049.
xiv. 283.

2866. Apud Penneghame, 31 Jul.
REX, pro servitio sibi impenso et pro singularibus favoribus, concessit familiari suo servitori camere JACOBO DOWGLAS, et heredibus ejus,—2 mercatas terrarum antiqui extentus de Penneland, in baronia de Auchinlek, vic. Are ;—que baronia regi pertinere adjudicata est (*ut in carta* 2859) : —REDDEND. annuatim regi tanquam senescallo Scotie 2 mercas nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 2867.
xiv. 116.

2867. Apud Striveling, 9 Aug.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Rob. Arbuthnot de eodem,—[qua, pro salute anime sue, Mariote Skrymgeour sponse sue, &c., in puram elemosinam concessit uni capellano divina imperpetuum celebraturo ad altare B.V.M. juxta latus CHORI PAROCHIALIS S. TERNANI ARCHIPRESULIS DE ARBUTHNOT, S. Andree diocesis,—annuum redditum 14 mercarum 6 solidorum 8 denariorum de terris de Halgren, Inverbervy, Portartoun et Archartoun, et croftis de Auchcarny, vic. Kincardin ; una cum mansione, orto et crofto terre prope capellam S. Ternani, pro residentia dicti capellani: — TEST. Wil. Fraser de Durris, Rob. Alirdes, M. And. Patry, Wil. Arbuthnot clerico parochiali, Wil. Arbuthnot, Hen. Auchinlek, Wil. M'Bowok, D. Jac. Ricardi, D. Alex. Cob, et D. Jac. Sibbauld vicario de Arbuthnot ac notario publico: — Apud Arbuthnot, 30 Maii 1505]:—TEST. 30. 83. 26. 85. 9. 60.
xiv. 112.

2868. Apud Coldinghame, 13 Aug.
REX,—quia de dote Margarete regine conventum erat (*ut in carta* 2740);— et quia rex Anglie summam 10,000 aureorum nobilium in alia moneta equivalente pro ultima solutione dicte dotis transmiserat;—fassus est se apud villam de Coldingham per manus D. Joh. Benstede prioris de Tynnemouth, Wil. Cope armigeri coferarii regis Anglie, et Cristoferi Claphame janitoris ville Berwici, commissariorum dicti regis, dictam summam pro plena et ultima solutione dicte dotis recepisse ;—de qua dote et donatione propter nuptias dictum HENRICUM REGEM ANGLIE pro perpetuo acquietavit et exoneravit.
xiv. 133.

2869. Apud Striveling, 15 Aug.
REX, pro bono servitio, confirmavit THOME COWPLAND, et heredibus ejus, —unam dimedietatem terrarum de Udach, viz. dimedietatem terrarum dominicalium

[1] This charter is dated *an. reg.* 19. Either the A.D. or the regnal year must be wrong.

de Udach, Ardin, Auchry, Buthquhanyoquhy, et molendinum earundem, in baronia de Kinedward, vic. Abirdene;—que fuerunt dicti Thome tanquam una libera tenandria olim de dicta baronia tente; et que terre et baronia tam in proprietate quam in tenandria regi adjudicate sunt pertinere ratione nonintroitus per decessum Joh. comitis Buchanie, constabularii Francie, camerarii Scotie et baronis de Kynedward; et quas Geo. dom. Seytoun, qui heres earundem extitit et pro recuperatione earundem brevia capelle regis impetravit, postea renunciavit imperpetuum :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, una cum wardis &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 2845. xiv. 140.

2870. Apud Striveling, 20 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris sui Adam Hepburn de Craggis,—[qua,—ob resignationem factam per Jonetam Ogistoun filiam et unam heredum quondam Walt. Ogistoun de eodem, de terris ei pertinentibus per decessum ejus patris, in favorem ipsius Ade et Elizabethe Ogstoun quondam ejus sponse, alterius heredis dicti quondam Walt.,—concessit dicte JONETE OGISTOUN,—terras de Kelery, Estir Dery, Westir Dery, Estir Crag, Over Crag, cum molendinis earundem, le Mylnlandis, multuris, et eorum sequelis, in baronia de Cragis, vic. Forfare;—reservando sibi capitale messuagium dictarum terrarum vocatum *le Welltre*, una cum acra terre immediate dicte arbori adjacente, propter servitium per se regi fiendum :—TENEND. dicte Jonete, heredibus ejus legitime procreandis et assignatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Jonete quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. Joh. Sinclare de Hirdmanstoun, And. Makdowell de Makcarstoun, Alex. Lawdir burgensi de Edinburgh, Joh. Broun de Coustoun, Tho. Cokburn de Newbiggyn, Pat. Hepburn de Beynstoun, Jac. Leirmonth, Joh. Ogill, Hectore Lowry, Francisco Inchcok notario, M. Jac. Skrymgeour rectore de Kerimure, Bernerdo Merschell, et Joh. Bannachtyne, notariis :—Apud Edinburgh, 28 Maii 1505] :—Insuper incorporavit dictas terras in unam liberam baroniam de Craggis :—TEST. *ut in carta* 2978. xiv. 244.

2871. Apud Striveling, 21 Aug.
REX confirmavit cartam And. Ferny de Mairtoun,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit HENRICO PITCARN de Drumgy, et EGIDIE MAILVILE ejus sponse,—2 toftas juxta terras abbatis de Balmeranoch, et unam croftam cum ustrino et horreo, in villa de Strathmiglo, vic. Fyff:—TENEND. dictis Hen. et Egidie, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, ac heredibus inter ipsos procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Hen. quibuscunque, a dicto And. de rege in feodo :—TEST. David Mailvile, M. Tho. Stanehous, Alex. Bane, et Joh. Barclay:—Apud Petlour, 21 Jul. 1504] :—TEST. *ut in carta* 2867. xiv. 117.

2872. Apud Striveling, 23 Aug.
REX confirmavit cartam Joh. Hay de Snayd militis, —[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI CUNYNGHAME de Westbernis, heredibus ejus et assignatis,—4 libratas terrarum de Makculstoun, 3 lib. de Lagane, 20 solidatas de Bracanside, 40 sol. de Auchinfathrik, 40 sol. de le Straith, 10 sol. de le Wodend, et 40 sol. de Dardarroch, extendentes in integro ad 14 lib. 10 sol. terrarum antiqui extentus, in baronia de Snaid, vic. Drumfres :—TENEND. de rege in feodo:—TEST. And. episc. Moraviensi, David abbate de Cambuskinneth, Karolo Geddes de Rechane, Joh. Geddes, M. Joh. Sauchy, Walt. Chepman, et Joh. Bonnatyne, notariis publicis: —Apud Striveling, 22 Aug. 1505] :—TEST. *ut in carta* 2867. xiv. 115.

2873. Apud Striveling, 23 Aug.
REX concessit RANALDO ALANSOUN de Ylandbigrim, et heredibus ejus,—28 mercatas terrarum de Sleit, una cum castro et fortalicio de Dunskahay; et 60 mercatas terrarum in capite boriali de Euist, viz. davatas Scotice dictas le Terung de Yllera, le Terung de Paible, le Terung de

Pablisgervy, le Terung de Bailrannald, le Terung de Holf, le Terung de Watna, Scolping et Gremynis, le Terung de Wala, le Terung de Solos, 1 ablatam terrarum de Walis, 1 ablatam terrarum de Ylandgarvy, 6 denariatas terrarum de Orwansay, 2 den. de Talmertane, 2 davatas Scotice dictas le Terungis de Sanda et Borwira, et 1 den. terrarum de Gerrymare, infra dominium Insularum;—quas Joh. Insularum, filius et heres quondam Hugonis Insularum, resignavit:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 141.

2874. Apud Striveling, 23 Aug.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Margrete Carmichell ducisse de Montrose,—[qua, pro salute animarum Wil. episc. Brechinensis, quondam David ducis Montis Rosarum com. Crawfurdie, quond. M. Hen. Carmichell rectoris de Lethnot, &c., in puram elemosinam concessit capellanis choristicis et communia recipientibus in choro ECCLESIE CATHEDRALIS BRECHINENSIS, et eorum successoribus,—tenementum suum infra civitatem Brechinensem inter terras Ric. Turing et quondam Wil. Fordoun, et viam regiam que ducit ad Petpillox; et acram terre arabilis eidem tenemento pertinentem:—TEST. D. Tho. Schorthous, Tho. Rossy, Rob. Spruce, Pat. Lindesay, et D. Walt. Gilestoun notario publico:—Apud Inverarite, 29 Jun. 1505]:—TEST. *ut in carta* 2873. xiv. 144.

2875. Apud Striveling, 27 Aug.
REX confirmavit UMFRIDO CUNYNGHAME de Glegarnok militi, et ISOBELLE CUNYNGHAME ejus sponse,—terras et baroniam de Uchtirmachny et Kildynny, cum tenentibus, &c., vic. Perth; et terras de Polgaris, Kilfassatis et Baldaloch, vic. Dunbertane;—quas idem Umfridus resignavit:—TENEND. dictis Umf. et Isobelle, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Umf. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2873. xiv. 147.

2876. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX confirmavit cartam Alex. Ramsay de Dalwolsy militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DAVID MAILVILE burgensi de Edinburgh, et ELIZABETHE WARDLAW ejus sponse,— terras suas dominicales, viz. le Est Manis de Dalwolsy, in baronia de Dalwolsy, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis David et Eliz., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti David quibuscunque:— REDDEND. annuatim dicto Alex. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Alex. Lawder burgensi de Edinburgh, Wil. Ramsay de Poltoun, Joh. Maxwell, M. Leonardo Logy vicario de Kilconquhar, D. Joh. Carkettyll capellano, Joh. Gray, et Jac. Young notario publico;—cum subscriptione dicti Alex. manuali:—Apud Edinburgh, 6 Aug. 1505]:—TEST. *ut in carta* 2845. xiv. 137.

2877. Apud Striveling, 30 Aug.
REX concessit PATRICIO GORDOUN de Methlik, heredibus ejus et assignatis,—terras de Brekauch, Middiltoun de Knokinbleuis, Drummeis, Glaschaw, molendinum de Glaschaw, cum silva de Drumcowtane, in regalitate de Garviauch, vic. Abirdene;—quas Geo. Leslie de eodem resignavit;—et quas rex pro singularibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam de Knokinbleuis:—REDDEND. annuatim regi tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, una cum warda, &c., cum contingerent:—TEST. (xiv. 148) *ut in carta* 2873; (xix. 77.) 30. 90. 64. 42. 57. 84. 48. 68. 59. 60. 89. xiv. 148. et xix. 77.

2878. Apud Edinburgh, 30 Aug.
REX concessit RICARDO LAWSOUN, filio Ricardi L. de Hundbie,—terras de Gilcristoun, in baronia de Saltoun, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Joh. Tarvat de eodem resignavit:—TENEND. dicto Ric. juniori, et heredibus ejus de corpore ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Ric. ejus patri

et legitimis heredibus ejus quibuscunque :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60.
xiv. 159.

2879. Apud Edinburgh, 2 Sept.
REX concessit GAWINO KENNEDY de Blarequhan militi, et heredibus ejus,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Schankstoun, alias nuncupatas Keris, et Carnochan, in comitatu de Carrik, vic. Are ;—que fuerunt Joh. Kennedy de Blarequhan militis, patris dicti Gawini, tente de rege tanquam comite de Carrik per servitium warde, viz. una mercata nuncupata le Stare in proprietate, 5 merc. 6 solidate 8 denariate in tenandria, quas Tho. Mure et quondam David Mure ejus pater de dicto Joh. tenebant, et 4 merc. 40 den. de Schankstoun per ipsum Joh. tente in tenandria, quas Geo. Mure de ipso tenuit hereditarie, et 4 merc. 40 den. de Schankstoun, viz. 2 merc. terrarum de Carnsallach, 2 merc. de Kerehill, et 40 den. de Carstoun per dictum Joh. de rege tente in tenandria, quas dictus Geo. Mure de ipso tenuit hereditarie ;—que 10 librate terrarum in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque licentia superioris, et lapsis anno et die et terris ad plegium dimissis, regi pertinere decrete sunt :—TENEND. de rege tanquam comite de Carrik :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia curie balliatus de Carrik apud Girvan, necnon wardam, &c., cum contingerent :—Insuper ratificavit cartas alienationis terrarum de Carnsallach, Keirehill et Carstoun Willelmo Rankin et ejus heredibus, et ceterarum terrarum prefatis tenentibus earundem conficiendas :—TEST. *ut in carta* 2873. xiv. 145.

2880. Apud Striveling, 9 Sept.
REX concessit NINIANO BONARE de Kelty militi, et heredibus ejus,—dimedietatem terrarum de Dunbarny, dimed. de Petcaithly, ac terras de Bynzean, vic. Perth; —quas Joh. Oliphant de Drone personaliter resignavit :—REDDEND. annuatim regi pro dimed. de Dunbarny et dimed. de Petcaithlie 20 mercas, et pro Bynzean 18 mercas, nomine feodifirme:—TEST. *ut in carta* 2873. xiv. 143.

2881. Apud Striveling, 15 Sept.
REX confirmavit cartam Elizabethe Schaw, domine de Haltoun et Myddilclesch,—[qua, cum consensu Joh. Balfour sponsi sui, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ROBERTO COLVILE de Hiltoun, et heredibus ejus quibuscunque, —terras de Haltoun et Myddilclesch, in baronia de Clesch, vic. Fiffe :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Philippo Colvile fratre germano Willelmi C. de Uchiltre militis, Joh. Thomsoun in Segy, Hen. Thomsoun, Wil. Striveling, M. Tho. Scott vicario de Natoun, Alex. Rede, et Rob. Gray :—Apud Blare de Cramby, 23 Aug. 1505] :—TEST. *ut in carta* 3062.
xiv. 317.

2882. Apud Edinburgh, 21 Sept.
REX confirmavit JOHANNI DOMINO SYMPILL, et heredibus ejus,—terras de Cassyltoun, cum parca et lacu earundem, terras de Elliotstoun, Schuterflat, Nethirpennell, Hartenstoun (sive Halstentoun), Fernynes, Rayflat, Bar in Kilbarchane, Brandiscroft, Weitlandis, Harys-pennaldis, Borlanddis, Mecheltoun, et Cragynfeach, infra vic. et baroniam de Renfrew ; terras de Suthanane, Padzouchredding, Haly cum comuni in comune de le Largis, que fuerunt Johannis de Balliolo, in tenemento de le Largis, in ballia de Cunynghame, vic. Are ; ac terras de Glasfurd, vic. Lanark ; cum advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum ad prefatas terras spectantibus, cum tenentibus, &c., una cum officio vicecomitatus de Renfrew ; — quas dictus dom. Sympill personaliter resignavit ; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Sympill, prefatasque terras de le Park de Lochcunyeoch principale fore messuagium nomenque de Sympyll portare voluit : — REDDEND. annuatim regi pro Cassiltoun et parca de Lochcunyeoch tunc Sympill nuncupata unam rosam rubeam in festo S. Johannis Baptiste *Mydsommyr* nuncupato, nomine albe firme ; et pro Elliotstoun, Schuterflat, Nethirpennell, Harstentoun, &c., et pro dicto officio, unum denarium argenti nomine albe firme ; et pro Glasfurd, unum den. argenti ; et pro Suthanane unum den. argenti ; et pro

Padzochredding, &c., unum den. argenti, necnon tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Renfrew; et pro ceteris terris jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in carta* 2884.

xiv. 157.

2883. Apud Edinburgh, 22 Sept.

REX confirmavit HUGONI WALLACE de Cragy, et MARGRETE RUTHERFURD ejus sponse,—20 libratas terrarum antiqui extentus de Thuristoun et Wodhall in proprietate, exceptis tenandriis earundem, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem;—quas idem Hugo resignavit:—TENEND. dictis Hugoni et Margrete, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hugonis quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2873.

xiv. 146.

2884. Apud Striveling, 1 Oct.

REX confirmavit HUGONI CAMPBELL de Lowdoun militi, et ISOBELLE WALLACE ejus sponse,—8 mercatas antiqui extentus terrarum dominicalium de Mertnem, quas Alanus Boyman, Tho. Boyman, Joh. Patonsoun, Tho. Dalrympill, Tho. Joly, et Nigellus Campbell tunc occupabant, cum molendino, terris molendini, manerio et parco de Mertnem, terras de Barmuk, 4 merc. ant. ext. de Dalharco, et 4 merc. de Over Crag ant. ext., in baronia de Mertnem, vic. Are;—quas idem Hugo personaliter resignavit:—TENEND. dictis Hugoni et Isobelle, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hugonis quibuscunque:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60.

xiv. 149.

2885. Apud Falkland, 3 Oct.

REX,—quia literas vicecomiti de Fyff direxerat ad distringendum Joh. Wemys de eodem militem pro 240 mercis Andree Kynnynmonth de eodem militi persolvi adjudicatis, pro maritagio quondam Agnetis Wemys;—et Henricus Ramsay vicecomes deputatus, quia dictus Joh. in bonis mobilibus distringibilis non erat, terras subscriptas, per dictum Joh. de rege tentas in capite libere sine aliquo annuo redditu aut clame, appreciari fecit et dicto And. vendidit;—igitur concessit dicto ANDREE KYNNYNMONTH, et heredibus ejus,—terras de le Hawch, et Petconnoquhy, vic. Fyff;—et voluit quod dictus Joh. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in carta* 2884.

xiv. 150.

2886. Apud Dunde, 6 Oct.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam David Ogilvy de Inchemartin,—[qua, cum consensu Mariote Hay sponse sue, pro salute animarum Andree O. patris sui, Mariote O. matris sue, &c., in puram elemosinam concessit Fratri Andree Russale S.T.P., gardiano FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM DE DUNDE, et conventui ejusdem, et eorum successoribus,—annuum redditum 12 mercarum de terris de Petmedill et Inchmartyn, vic. Perth:—TEST. Tho. Lundy filio et herede apparente Willelmi L. de eodem, Pat. Ogilvy, David Scott, Joh. Mortoun, Jac. Bonar, And. Ogilvy, Gilberto Kynman, M. David Craill et M. Wil. Berry notariis publicis;—cum subscriptione dicti David manuali:—Apud Inchmartyn, 30 Apr. 1492]:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60.

xiv. 361.

2887. Apud Spine, 12 Oct.

REX,—quia literis ad vicecomitem de Elgin et Fores directis ad distringendum Alex. Innes de eodem, pro summis 24 celdrarum avenarum, 80 bollarum ordei, 8 bollarum frumenti, pastura 140 ovium, 40 vaccarum et 12 jumentorum, extendentibus in integro ad 187 mercas 4 solidos 4 denarios, per ipsum M. Gilberto Hay de Kilmalamak persolvi adjudicatis,—et dicto Alex. Innes in bonis mobilibus distringibili non existente, Alex. Urquhard de Burrisyardis, vicecomes deputatus de Elgyn et Fores, terras subscriptas, per dictum Alex. Innes de rege tentas in capite per servitium warde, pro dicta summa appreciari fecit et dicto Gilberto vendidit;—igitur

concessit dicto M. GILBERTO HAY, et heredibus ejus, — terras et villas de Biris quas Fynlayus Fowlar et Wil. Clerk tunc occupabant, et le Kers de Innes, et le Fauldis, cum antiquis pasturis earundem, in baronia de Innes, extendentes ad mare ab una et le Myris et Grenys de Innes ab altera partibus, extendentes annuatim ad 9 mercatas 5 solidatas 4 denariatas terrarum, vic. Elgin ;—et voluit quod dictus Alex. Innes et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c. persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2884. xiv. 153.

2888. Apud Abirdene, 26. . . .
REX confirmavit GEORGIO LESLIE de eodem, et MARGRETE FRASER ejus sponse,—8 mercatas de Chapeltoun, in dominio suo de Garviauch, vic. Abirdene ; —quas idem Geo. personaliter resignavit : —TENEND. dictis Geo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2884. xiv. 154.

2889.[1] Apud Edinburgh, 13 Nov.
REX concessit WILLELMO BRUCE, filio et heredi quondam Alex. Bruce de Erlishall militis, et heredibus ejus,—cum consensu Jonete Stewart sponse dicti Alex., —terras de Drumlotho, vic. Fyfe ;—quas Alex. Lambe civis S. Andree resignavit in favorem dictorum Alex. Bruce et Jonete Stewart 2 Mar. 1504 ;—et ante confectionem infeofamenti dictus Alex. Bruce diem clausit extremum : —TEST. *ut in carta* 3417. xv. 197.

2890. Apud Edinburgh, 14 Nov.
REX confirmavit cartam Joh. dom. Maxwell,— [qua confirmavit WILLELMO MAXWELL de Telyn militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Strathardill, in baronia sua de Balmacrewchy, vic. Perth; —quas idem Wil. resignavit :—TENEND. de dicto domino in feodo :—TEST. Edw. Maxwell de Tynwald, Nicholayo Makbare preposito de Drumfres, Tho. et Rob. Maxwell fratribus dicti domini germanis, Rob. Gladestanis et Geo. Dowglas scutiferis, D. Tho. Maxwell et D. Joh. Turnoure capellanis, M. Joh. Makhome rectore de Castelmelk, et Wil. Roberti capellano, notariis publicis :—Apud Carlaverok, 13 Oct. 1505] : —TEST. *ut in carta* 2778. xiv. 127.

2891. Apud Edinburgh, 16 Nov.
REX,—quia literis de consensu David Rossy filii et heredis apparentis David Rossy de eodem, regis servitori Joh. Skrymgeour clavigero vicecomiti in hac parte directis, dictus Joh. terras subscriptas, per dictum David de rege in capite tentas per servitium warde, defectu bonorum mobilium pro 111 libris familiari regis Andree Wod militi persolvi debitis, de consensu dicti D. et ex consideratione quod ejus sponsa habuit conjunctam infeodationem earundem, et quod super ipsis nonnulle firme premanibus recepte fuerant, appreciari fecit et dicto And. vendidit ;—igitur concessit dicto ANDREE WOD, et heredibus ejus,—5 libratas terrarum quarte partis terrarum dominicalium de Rossy, et 5 libratas terrarum de Pettarrus, vic. Forfar ;—et voluit quod dictus David junior et heredes ejus haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 2884. xiv. 155.

2892. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX confirmavit cartam Alex. Cunynghame de Colzame,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ADE CUNYNGHAME de Caprontoun militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dunlophill, in ballia de Cunynghame, vic. Are :—TENEND. a dicto Alex. de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. Tho. Cunynghame, Geo. Chawmir filio et apparente herede Jacobi Chawmir de Gaitgirth, Stephano Crawfurd, et Tho. Broket : —Apud civitatem Glasguensem, 24 Oct. 1505]:—TEST. *ut in carta* 2778. xiv. 128.

[1] This charter is dated A.D. 1504. The regnal year is confirmed by the date of the resignation mentioned in the charter.

2893. Apud Edinburgh, 21 Nov.
REX confirmavit ROBERTO LAWDER de eodem, et MARIOTE HOPPRINGILL ejus sponse,—terras de Murecleuch, in ballia de Lawderdale, vic. Berwik;—quas idem Rob. resignavit: — TENEND. dictis Rob. et Mariote, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 2957.
xiv. 198.

2894. Apud Edinburgh, 24 Nov.
REX confirmavit cartam Pat. Buchquhannane de Lany,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis D. JACOBO KINCRAGY, preposito de Boithvile, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ladynurquhart-Estir, vic. Fyff:—REDDEND. annuatim dicto Pat. unum denarium argenti nomine albe firme: —TEST. And. Lundy de Balgony milite, And. Aytoun de Kilgoure, Rob. Arnot, Joh. Buchquhane fratre dicti Pat., Joh. Patersoun, Alano Coultis, et D. Joh. Gourlay capellano: — Apud Edinburgh, 12 Nov. 1505] :—TEST. *ut in carta* 2845.
xiv. 135.

2895. Apud Edinburgh, 25 Nov.
REX, pro servitio sibi impenso, ratificavit et confirmavit JOHANNI MAKKANE de Ardnamurchane, et heredibus ejus,—omnes cartas, infeodationes et donationes per se prius factas, de quibuscunque terris in Insulis de Ile et Durey, et in bassa terra de Ardnamurchane et Soynfort, cum domibus et fortaliciis de Castelmeary in Ardnamurchane, et Donavagane in Ile, cum officio balliatus terrarum regiarum in Ile, et de omnibus aliis terris et officiis quibuscunque ei prius concessis, tam in bassa terra quam in dominio Insularum :—TEST. *ut in carta* 2878.
xiv. 168.

2896. Apud Edinburgh, 28 Nov.
REX confirmavit cartam Arch. Meldrum de Bynnys,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis ROBERTO COLVILE de Hiltoun, directori cancellarie, et heredibus ejus,—turrim et manerium vulgariter dictum *le Chemys* de Clesch, subtus et supra, ac terram dictam le Chemysland eisdem adjacentem, cum domibus et parca, necnon unam mercatam terre nuncupatam le Haltoun de Clesch, per Joh. Duncane et Joh. Greif occupatam, cum tenentibus, &c., in baronia de Clesch, vic. Fiffe:—TENEND. a dicto Arch. de rege:—TEST. M. Joh. Brady archidiacono S. Andree infra partes Laudonie, Phil. Colvile, Jac. Galbraith, Alex. Cokburn in Curry, Joh. Quhite rectore de Petcokkis, et D. Tho. Maxwell capellano notario publico :—Apud Edinburgh, 27 Nov. 1505] :—TEST. *ut in carta* 3062.
xiv. 318.

2897. Apud Edinburgh, 29 Nov.
REX confirmavit cartam Wil. Turing de Fovern,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti GILBERTO TURING, et ELENE CHENE ejus sponse,—tres partes sive tria quarteria terrarum suarum de Mekil Tebirta, extenden. ad 10 mercatas terrarum novi extentus, in baronia de Fovern, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Gilbertō et Elene, eorumque alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis propinquioribus legitimis quibuscunque reversuras, a dicto Wil. de rege:—TEST. Wil. Turing, Tho. Turing, Walt. Waus, Tho. Salmond, et D. Joh. Striveling notario publico:—Apud Fovern, 13 Nov. 1505]: —TEST. *ut in carta* 2734.
xiv. 181.

2898. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REX concessit JOHANNI DOMINO FORBES, et heredibus ejus,—terras de Mekill Fyntre, Blaktoun, Belcors, molendinum de Kynedward, dimediam partem de Tulymauld, Litill Alethan, et annuum redditum 10 solidorum de terris de Edane, in baronia de Kinedward, vic. Abirdene;—que fuerunt quondam Alex. Forbes militis proavi et predecessoris dicti Joh., prout per cartam quondam Joh. Stewart comitis Buchanie baronis de Kynedward, per regem Jacobum I. confirmatam, clare constabat; et que in manibus regis existebant a tem-

pore decessus dicti comitis;—et pro bono servitio rex remisit omnes firmas, &c., de dictis terris sibi debitas: — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 2845. xiv. 136.

2899. Apud Edinburgh, 3 Dec.
REX concessit ALANO CATHKERT de Carltoun, et heredibus ejus,—terras de Carltoun et le Cors de Inverwik, que ei prius in proprietate et tenandria pertinebant, viz. in proprietate 18 mercate de Carltoun et Belallo antiqui extentus; et in tenandria 35 merc. dictarum terrarum ant. ext. nominate le sex merc. terrarum de Carltoun, Alhallochapell, Penmore, Dornane, Kilbuke, (sive Killub), Traver (sive Trower), et Ennach, tente per Joh. dom. Cathkert; 10 librate de Dawgarvag ant. ext., tente per Joh. Kennedy de Dawgarvag 8 merc. 3 solidate 4 denariate, et per Joh. Kennedy de Knokinreach 6 merc. 10 sol. ant. ext.; et 5 merc. cum dimedia nominate le Over et Nether Alleyne, et 16 sol. 8 den. vocate Balcachry, 7 merc. terrarum de Kildonane ant. ext., tente per Ric. Eklis; 6 merc. de Knokcormok et Knokbane ant. ext., tente per Joh. Eklis de eodem; 3 merc. de Over Penmore ant. ext., tente per Joh. Alexandri; 3 lib. de Ferdinrevoch et Craghannachy ant. ext., tente per Joh. Kennedy de Bergany; 20 sol. 40 den. de Glendowisk ant. ext., tente per Wil. Cathkert de Glendowisk; 20 sol. de Bergerg ant. ext., tente per Joh. Kennedy de Knokreoch; 16 sol. 8 den. de Cromgart ant. ext., tente per Joh. Fergussoun de Cromgart; 4 merc. de Carltoun ant. ext., tente 1 merc. 10 sol. per Tho. M'Tawis, et 30 sol. per David Kennedy filium et heredem Fergusii Kennedy de Knokdaw; 50 sol. de Knokindaw ant. ext., tente per Fergusium Kennedy de Knokindaw; in comitatu de Carrik, vic. Are;—que per dictum Alanum prius tente, ob alienationem majoris partis earundem absque consensu superioris recognite fuerunt:— REDDEND. annuatim regi tanquam comiti de Carrik servitium warde, &c., cum contingerent; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Knoktoscheok in Carrik:—insuper voluit quod una sasina apud Carltoun sufficiens esset pro omnibus terris suprascriptis:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. *ut in carta* 2946. xiv. 208.

2900. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REX concessit GILBERTO HAY de Ardendracht militi, et heredibus ejus,—terras de Cocheris, in baronia de Oneill, vic. Abirdene;—que olim occupate per Joh. Pantoun, tunc regi pertinere adjudicate sunt:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent:—SOLVEND. annuatim Wil. tunc Aberdonensi episcopo, et ejus successoribus, 6 solidos 8 denarios pro secundis decimis:—TEST. *ut in carta* 2873. xiv. 142.

2901. Apud Edinburgh, 15 Dec.
REX confirmavit NINIANO MAKCULLOCH de Cardynes, et AGNETI MURRAY ejus sponse,—20 mercatas terrarum de le Newtoun de Cardynes antiqui extentus, in dominio de Cardynes, senesc. Kirkcudbrycht;—quas idem Ninianus resignavit:—TENEND. dictis Niniano et Agneti, et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post ipsorum decessum legitimis et propinquioribus heredibus dicti Niniani quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 2878. xiv. 164.

2902. Apud Edinburgh, 17 Dec.
REX,—quia terre et baronia de Kynedward, cum tenentibus, &c., sibi pertinere adjudicate fuerunt tanquam heredi quondam Joh. comitis Buchanie baronis de Kinedward;—nolens aliquod prejudicium inferri Wil. Frasere de Phillorth militi in terris subscriptis per ipsum de dicto barone tentis;—igitur confirmavit et quitteclamavit dicto WILLELMO FRASERE, et heredibus ejus,—terras de Skattirte, cum piscariis, in dicta baronia, vic. Abirdene;—quas idem Wil. personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, ac wardam, &c., cum contingerent:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 171.

2903. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REX ad manum mortuam concessit, ad sustentationem unius capellani perpetui ad altare B.V.M. et S. Michaelis Archangeli in NOVA CAPELLA INFRA PALATIUM JUXTA MONASTERIUM S. CRUCIS prope Edinburgh, per se fundata,—summam 20 mercarum annuatim de magnis custumis burgi de Edinburgh,—quousque 20 mercas de firmis terrarum et annui redditus in alio loco competente dicte capellanie admortizaret :—Test. *ut in carta* 2973. xiv. 240.

2904. Apud Edinburgh, 28 Dec.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam quondam regis Roberti Bruse,—[qua in puram elemosinam concessit abbati et monachis MONASTERII DE KYNLOS, et eorum successoribus,—piscariam aque de Fyndern:—Test. Malcomo com. de Levenax, Alex. de Meigners, Wil. Wysman, Walramo de Normanvill, militibus, Jac. de Dowglas, Alex. Frasere :—Apud Abirdene, anno regni 4] :—Excepta piscaria de *le Sloy-pule* et reservatis 3 lastis salmonum de piscariis dicte aque sibi annuatim persolvendis, una cum orationum suffragiis devotarum, &c.: —Test. *ut in carta* 2884. xiv. 151.

2905. Apud Edinburgh, 1 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabethe comitisse Rossie,—[qua in puram elemosinam concessit, ad sustentationem unius capellani perpetui, viz. D. Wil. Broun junioris et ejus successorum, in NOVA CAPELLA B.V.M. DE NATIVITATE, per se construeta in *le Nudryis Vynd* infra burgum de EDINBURGH,—terram per se noviter edificatam in dicto burgo ex parte australi ejusdem in dicta venella de *le Nudryis Vynd*, ex parte orientali transitus ejusdem, inter dict. capellam. ex boreali, (tenementum) M. David Vocat ex australi, terram vastam Pat. Forehouse infra tenementum quondam Geo. Grenelaw ex orientali partibus :— Test. Fratre David Andersoun provinciali totius ordinis Fratrum Predicatorum regni Scotie, Alex. Lawder preposito, et Joh. Levingtoun uno ballivorum, dicti burgi, D. Joh. Quhite rectore de Petcokkis, Phil. Colvile, Hen. Strathauchin notario publico, et Alex. Clerk:—Apud Edinburgh, 31 Dec. 1505] :—Test. *ut in carta* 2734. xiv. 175.

2906. Apud Edinburgh, 4 Jan.
REX concessit JACOBO SINCLARE, filio et heredi apparenti Alex. Sinclare de Lochirmacus,—terras de Luchirmacus, vic. Berwic ;—quas dictus Alex. personaliter resignavit :—Tenend. dicto Jac. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus ejus quibuscunque reversuras :—Reservatis dicto Alex. libero tenemento, et Mariote Forman ejus sponse rationabili tertia cum contingeret :—Test. *ut in carta* 2931. xiv. 192.

2907. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX confirmavit et quitteclamavit PATRICIO BERCLAY de Grantuly, et ELIZABETHE ARBUTHNOT ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Moncoffir, cum piscariis aque de Dovern, in baronia de Kynedward, vic. Abirdene ;—quam idem Pat., prius per ipsum in libera tenandria de barone de Kynedward tentam, in manibus regis resignavit tanquam heredis Johannis com. Buchanie baronis de Kynedward :—Tenend. dictis Pat. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque : — Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, ac wardam, &c., cum contingerent :—Test. *ut in carta* 2921. xiv. 189.

2908. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX concessit ROBERTO KEITH, filio et heredi apparenti Wil. comitis Marascalli, et ELIZABETHE DOWGLAS alias Beatrici, sponse ipsius Rob.,—terras de Laidacht et Mulboy, infra parochiam de Skene, et terras de Auchincloich, Tortolle, Auchryne, Auchquhorsk, Fornacht, Warderis, Drumnahacht, Lauchtintule, et Leylugis, in baronia de Kintor, vic. Abirdene, extendentes in integro ad 100

mento ratificanda : —insuper creavit VILLAM DE RUVALE et terras ejusdem, in Ruvale-tenement,—liberum burgum in baronia, nuncupand. burgum de Ruvale ;—cum potestate inhabitantibus emendi et vendendi, &c., — necnon quod essent burgenses, et potestatem haberent, cum avisamento dicti Joh. et ejus heredum, eligendi ballivos, &c.,—et quod haberent crucem foralem et forum die Jovis singulis ebdomadis, et nundinas publicas annuatim diebus S. Cuthberti et per octavos eorundem, —cum theoloneis, &c., :—REDDEND. pro terris in Drumfreis unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium dicti vic., pro terris in Kirkcudbrycht unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium dicte senesc. ; necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 3167.

xiv. 459.

3195. Apud . . . ., 15 Feb.

REX,—quia alias Joh. Murray de Cokpule miles ad instantiam regis summonitus extiterat ad vidend. terras de Rainpatrike, in senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis, regi adjudicari pertinere per pretensam bastardiam quondam D. Thome Murray militis ;—ex eo quod ipse et concilii domini sufficientes evidentias dicti Joh. super dict. terris inspexerunt, prefatam summonitionem exoneravit, et dictas terras dicto JOHANNI MURRAY, et ejus heredibus in antiquis infeofamentis contentis, quitteclamavit. xiv. 461.

3196.[1] Apud Edinburgh, 20 Feb.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris sui Ade Hepburn de Cragis,—[qua, pro salute animarum regis et regine, Wil. episc. Abirdonensis, Wil. com. Erolie, sue et quondam conjugis sue Eliz. Ugstoun, M. Alex. Cabell rectoris de Banchory-Divinik canonici Abirdonen., &c.,—in puram elemosinam concessit uni capellano perpetue celebraturo ad altare S. Divinici et Vulnerum Jhesu Cristi in ECCLESIA CATHEDRALI ABIRDONENSI per dictum M. Alex. fundatum,—annuum redditum 10 librarum de terris suis de Murecroft, in baronia sua de Polgowny, vic. Abirdene :—TEST. Willelmo com. Erolie dom. Hay et magno constabulario Scotie, Tho. Hay de Logy, M. Wil. Lyoun, M. David Hay, Wil. Hay de Mouchale, And. Strathauchin : — Apud Edinburgh, 18 Feb. 1507] :—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 470

3197. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX, pro bono servitio, concessit familiari suo servitori GEORGIO BOSUELL, et heredibus ejus ac assignatis,—tenementum infra burgum de Kirkcudbrycht, ex parte occidentali vici regii, ac croftam terre arabilis nuncupat. *le Dowcroft*, ad finem orientalem dicti burgi, infra libertatem ejusdem ;— quequidem fuerunt quondam Pet. Kessok, filii Pat. K. burgensis dict. burgi, et tunc regi pertinebant ratione bastardie dicti Pet., qui obiit absque legit. heredibus ;—concessit etiam eidem Geo. firmas, &c., terminorum elapsorum, una cum omnibus bonis dicti Pet. :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xv. 50.

3198. Apud Striveling, 1 Mar.

REX, pro bono servitio, concessit suo familiari servitori ROBERTO BERTOUN, et ejus heredibus,—terras de Over Berntoun, cum turre et fortalicio earundem, vic. Edinburgh ;—quequidem fuerunt Wil. Dundas de eodem militis, de rege tente, et ob alienationem absque consensu factam, prout per cartam Nicholaii Borthuik sufficienter probatum est, in manibus regis recognite fuerunt :—REDDEND. 40 solidos pro warda, relevio et maritagio cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 3167.

xiv. 460.

3199. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX, pro bono servitio, concessit JOHANNI DOMINO MAXWELL, et ejus heredibus,—terras de Gordounstoun, extenden. ad dimedietatem de Glenken, nuncupat. Bennard, Ackedenonihu, Knokneman, Stroukawane, et Hottirduskane, cum molendinis granorum et fullonum earundem, necnon terras de Grenane,

[1] Dated 1508. Either this or the regnal year must be wrong.

cum molendino earundem, in senesc. Kirkcudbrycht; — quequidem fuerunt dicti Joh. in tenandria, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem absque consensu:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia senesc. de Kirkcudbrycht, necnon wardam, &c., cum contingerent:—cum licentia ad infeodandum Joh. Gordoun de Lochinver in terris, &c., de Gordounstoun, et Alex. Stewart de Garrules militem in terris, &c., de Grenane:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 467.

3200. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX concessit WILLELMO ADAMSONE, burgensi de Edinburgh, et JONETE TURING ejus sponse,—tertiam partem terrarum ville de Hairlaw, tertiam partem de Overtoun de Ballerno, et 2 mercatas terrarum ville de Ladone, vic. Edinburgh;—quas Joh. Schaw de Haly resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Jon., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 3167.

xiv. 463.

3201. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX concessit JOHANNI FORET, filio et heredi apparenti Roberti F. de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Foret, le Coittoun, et molendinum earundem, vic. Fiffe;—quas dictus Rob. personaliter resignavit; et quas rex pro speciali favore incorporavit in unam liberam baroniam de Foret:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, necnon wardam, &c., cum contingerent: — RESERVATIS libero tenemento dicto Rob., et rationabili tertia Katherine Kynman ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in carta* 3215.

xiv. 484.

3202. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REX,—pro bono servitio in resistatione et invasione rebellium suorum, — concessit ODONI MAKKY in Strathnavern, pro tempore ejus vite,—terras de Assent et Ladachchogich, vic. Invernys, cum omnibus firmis, &c.;—quequidem regi pertinebant ratione forisfacture super Torquellum Makcloid olim de Lewis ob nonnulla proditorie traditionis crimina deducte, qui dict. terras sibi pertinere clamabat:—cum potestate dictas terras assedandi pro tempore ejus vite.

xiv. 464.

3203. Apud Edinburgh, 7 Mar.

REX,—quia una pars baronie de Mertoun, viz. 40 solidate terrarum de Barskeache, et 1½ mercate de Doucherefe, antiqui extentus, in dict. baronia, vic. Wigtoun,—que 40 sol. de B. et una merc. de D. fuerunt Joh. Murehede de Bulleis in proprietate, et que dimedia merc. de D. fuit Andree dom. Herys in proprietate,—per dictum And. de rege tente, in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis dict. baronie absque consensu, — nihilominus pro bono servitio, et quia ipse And., qui tenentes infeodare promisit, pro certis criminibus rebellis et exul de regno extitit, concessit dicto JOHANNI MUREHEDE, et ejus heredibus,—dictas terras:—TENEND. de rege dum idem And. aut heredes ejus de novo infeodati forent, et postea de dicto And. et ejus heredibus, (dicta dimed. mercata cum dicto And. &c., tunc remansura):—RESERVATIS regi wardis, releviis, secta curie et maritagiis cum contingerent:—Cum licentia ad alienandum, &c.:—TEST. *ut in carta* 3165.

xiv. 493.

3204. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REX concessit ISOBELLE ELPHINSTOUN, nutrici quondam Jacobi sui filii, pro fideli et gratuito servitio in diligenti et assiduo labore per eam sustento et facto in tenera nutritione dicti Jac.,—firmas 5 mercatarum terrarum de Chapeltoun, durantibus assedationibus tenentium et inhabitantium,—et post exitus dict. assedationum, dictas terras de C.,—ac firmas 5 mercat. de Bonischaw et Dririg, 5 merc. de le Myltoun Crevauche, 5 mercat. de Ormmyllisheuche, 5 mercat. terrarum in le Blaklaw, et 5 mercat. in Riddinghill et Holhouse, extenden. in rentali regis ad 20 libras, in ballia de Cunynyhame, vic. Are,—pro tempore ejus vite:—cum potestate tenentes ordinandi post dictos exitus. xiv. 462.

3205. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REX concessit JACOBO SKRIMGEOUR, filio et heredi quondam Jac. S. constabularii de Dunde militis, et ejus heredibus,—terras de Sonayhard, infra comitatum de Mar, vic. Abirdene;—quequidem prius fuerunt per Alex. Caldor possesse, et tunc regi pertinere decrete, quia fuerunt unum pendiculum comitatus de Mar, et illegitime alienate fuerunt per quondam Alex. Patensoun quond. David Skrimgeour, dicto Alex. existente tantum in libero tenemento dicti comitatus, et quond. Thoma ejus filio naturali qui in feodo ejusdem fuit minime consentiente;—ac etiam rex pro bono servitio, ac pro certis pecuniarum summis thesaurario persolutis, quitteclamavit dicto Jac. et ejus heredibus dictas terras:—REDDEND. unam sectam ad capitale placitum vic. de Abirdene post festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 485.

3206. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX concessit GEORGIO DOUGLAS magistro Angusie, et ejus heredibus,—terras et dominium de Selkirk, infra et extra burgum de S., nuncupat. terras de Phillophauch, et lacus S. Elene, cum comuni pastura in comuni de S., cum tenentibus, &c.;—que prius in proprietate et tenandria dicto Geo. pertinebant, de rege tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et quas rex, pro bono servitio et pro certis pecuniarum summis thesaurario persolutis, incorporavit in unam liberam baroniam de Selkirk:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 478.

3207. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX concessit ROBERTO ERSKIN, filio et heredi apparenti Alex. dom. Erskin, et ejus heredibus,—terras de Syntoun, et tenandrias earundem, viz. terras de Quhitslaid et Dalglesch, cum molendinis earundem, vic. Selkirk;—quequidem fuerunt dicti Rob. in proprietate et tenandriis, de rege tente, et ob alienationem earundem absque consensu in manibus regis recognite fuerunt;—et terre de Syntoun, que in alba firma tenebantur, relaxate sunt, et tenandrie regi pertinere adjudicate;—et terras de Syntoun idem Rob. resignavit;—et omnes dict. terras rex pro singulari favore et pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Syntoun:—REDDEND. unum par calcarium deauratorum nomine albe firme:—cum licentia ad infeodandum de novo Joh. Cokburn de Ormistoun in terris de Quhitslaid, et Joh. Glendinwin coronatorem de Eskdale in terris de Dalgleisch:—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 496.

3208. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX, compatientiam habens paupertatis episcopatus Lesmoren. inter silvestres et indomitas gentes situati, in puram elemosinam concessit DAVID LESMORENSI EPISCOPO, et ejus successoribus,—ecclesias SS. Constantini et Michaelis, tam rectorias quam vicarias earundem regis patronatus existen., una cum jure patronatus earundem, infra dominium de Kyntyr, cum decimis, fructibus, terris ecclesiasticis, oblationibus, &c.,—dicto episcopatui in ecclesias mensales permansuras:—INSUPER, pro singulari favore, ratificavit cartam suam dicto episcopatui factam de terris monasterii de Sagadull (No. 3170 *supra*):—Cum potestate habendi molendina in quibuscunque partibus infra terras episcopatus predicti, cum multuris, &c.:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 481.

3209. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX concessit THOME LOWIS de Mennare, et ejus heredibus,—terras de Brigland, vic. Peblys;—quequidem fuerunt dicti Tho. in proprietate, et in regis manibus recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xv. 96.

3210. Apud Edinburgh, 13 Mar.
REX concessit JOHANNI DOMINO SOMERWELL, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Carnweth, cum tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesi-

arum et capellaniarum earundem, vic. Lanark,—exceptis terris (*in carta* 3211 *contentis*), per regem datis Joh. Somerwell de Cambusnethane militi, cum avisamento prefati Joh. dom. S.,—ex eo quod Joh. S. de C. certas pecuniarum summas persolvit pro recuperatione integrarum terrarum et baronie predict.;— que fuerunt dicti Joh. dom. S., et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu : — REDDEND. unum par galigarum continen. dimedietatem *bluepanni* Anglicani, in festo S. Joh. Baptiste nuncupat. *Mydsomer*, alicui viro citius currenti a fine orientali ville de Carnweth usque ad crucem nuncupat. *Cawlo-cros*, nomine albe firme : — cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. *ut in carta* 3215.

xiv. 480.

3211. Apud Edinburgh, 13 Mar.
REX concessit JOHANNI SOMERWELL de Cambusnethane militi, et ejus heredibus, —villam et territorium de Carnweth, annuatim extenden. ad 10 libratas terrarum antiqui extentus, terras de Cawlo et Carlyndene ad 10 mercatas, Murehall ad 5 merc., Torbrekkis et le Blakcastell ad 5 merc., Grenefeild ad 5 merc., Achingray ad 5 merc., le Moyshat et Crofthill ad 5 merc., Estir et Westir Sydwod ad 5 merc., Cleuch et Hyewod ad 5 merc., extenden. in integro ad 40 libratas ant. ext., in baronia de Carnweth, vic. Lanark; — quequidem fuerunt Johannis dom. Somerwell, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu : — REDDEND. unum denarium argenti ad festum S. Joh. Baptiste nuncupat. *Mydsummyr*, nomine albe firme :— TEST. *ut in carta* 3215.

xiv. 482.

3212. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX concessit WILLELMO MURRAY, filio et heredi quondam Joh. M. de Tulchadam militis, et AGNETI COKBURN ejus sponse,—terras et baroniam de Tulchadam, vic., Striveling, una cum annexis, tenentibus, &c., dicte baronie ubicumque infra regnum jacen.;—quarumquidem 20 libratas idem Wil. personaliter resignavit, ac totum residuum Alex. dom. Hume resignavit secundum decretum arbitrale nonnullorum concilii dominorum; et quas rex incorporavit in unam liberam baroniam de Tulchadam, sicut per Jacobum II. quondam Alex. M. filio Wil. M., supradicti Willelmi predecessori, prius concesse fuerunt apud Striveling 15 Dec. 1455, an. reg. 19;—Insuper recognitionem desuper factam relaxavit:—TENEND. dictis Wil. et A., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 3165.

xiv. 488.

3213. Apud Edinburgh, 15 Mar.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE, dom. Campbele et Lorne, et ejus heredibus, —terras de Auchingarne, cum 5 libratis terrarum antiqui extentus subscriptis, viz. 20 solidatis de le Crage, 20 sol. de Furynachtane, 20 sol. de Raith, 20 sol. de Ballachandrin, et 20 sol. de Leffynmakemone, juxta caput de Glendarole, in ballia de Cowell, vic. Ergile; — quas Dungallus Gibbonsoun de Auchingarne resignavit in manibus regis tanquam tutoris Jacobi principis Insularum et senescalli Scotie; et que per ejus decessum in manibus regis tanquam senescalli devenerunt:—REDDEND. senescallis Scotie servitium warde, &c.:— TEST. *ut in carta* 3165.

xiv. 492.

ANNO DOMINI 1508. ANNO REGNI 20.

3214. Apud Edinburgh, 3 Apr.
REX confirmavit cartam servitoris sui Rob. Bertoun de Over Berntoun,—[qua in feodifirmam dimisit JACOBO LOGANE, deputato vicecomiti de Edinburgh, et JONETE CRAWFURD ejus sponse,— tenementum terre cum domibus et edificiis ejusdem, ac croftam adjacentem ex parte

boreali, continen. 5 acras terrarum, in villa de Crawmond-regis, ex parte boreali ejusdem, in dominio de Over Berntoun, vic. Edinburgh, inter terras Joh. Mowbray, quondam Joh. Logie, Alex. Crawmond de eodem militis, et quond. Tho. Mowbray de Cammo, et communem *le grene* dicte ville : —TENEND. dictis Jac. et Jon., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque : — REDDEND. dicto Rob. 13 solidos 4 denarios nomine feodifirme :— TEST. Jac. Makesoun, And. Wardlaw, Jac. Bertoun filio ipsius Rob., Joh. Law, et Joh. Thomsoun notario publico : —cum subscriptione manuali :—Apud Leith, 29 Mar. 1508] :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 469.

3215. Apud Edinburgh, 4 Apr.
REX confirmavit cartam And. Kynnynmond de eodem,—[qua, zelo filialis amoris, concessit filio suo ANDREE KYNNYNMOND, inter se et Katrinam Halkhede suam sponsam genito,—terras suas de le Hawche, ac suam dimedietatem de Petconnochquhy, vic. Fiffe ; — quequidem fuerunt Joh. Wemys quondam de eodem militis, et ipsi And. patri pro certis summis appreciate fuerunt :—TENEND. dicto And. filio et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Eufamie K. ejus sorori germane, et heredibus ejus de corpore legit. proc., quibus def., Mariote K. sorori dicte Euf. germane, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Isobelle K. sorori dicte M. germane, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Egidie K. sorori dicte I. germane, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Cristine K. sorori dicte Egid. germane, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus inter se et Katrinam sponsam suam procreandis, quibus omnibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti And. filii quibuscunque, de rege in feodo :—RESERVATIS sibi libero tenemento, et Katrine sue sponse rationabili tertia cum contingeret :—TEST. Wil. K. fratre suo germano, Dominis Rob. Child et And. Cochrane capellanis, And. Bell, Tho. Cwik, Jac. Traill, Wil. Spens, et Tho. Smythe :— Apud Craghall, 16 Mar. 1507] :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 465.

3216. Apud Edinburgh, 6 Apr.
REX confirmavit GEORGIO DOMINO SETOUN, et JONETE HEPBURN ejus sponse,—terras de Wyntoun, cum manerio, fortalicio, pomeriis, ortis, et molendinis earundem, jacen. in baronia de Seytoun ut una pendicula ejusdem, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun ; necnon terras dominicales de Milis, una cum manerio earundem, jacen. in baronia de Tranent ut una pendicula ejusdem, vic. et constab. predict. ;—quas idem Geo. resignavit :— TENEND. dictis Geo. et Jon., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :— RESERVATIS dicto Geo. et ejus heredibus carbonariis dict. terrarum, cum potestate ad faciend. de novo carbonaria in locis necessariis infra dict. terras ubi nullum dampnum maneriis, &c., consequi posset :—TEST. *ut in carta* 3178. xv. 5.

3217. Apud Striveling, 19 Apr.
REX confirmavit cartam Joh. Stewart de Ardgowane, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI KENNEDY de Blairquhan militi, heredibus ejus et assignatis,— annuum redditum 8 librarum 19 solidorum quam habebat de terris et baronia de Alway, in dominio de Kile-regis, vic. Are : —REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme :—TEST. Tho. Kennedy de Litill Dunrod, M. Uchtredo Adowell de Dalquhoane, Gilb. Makmuryte, Walt. Chepman, Jac. Young, Joh. Gray, notariis publicis, et Alex. Young clerico :—Apud Edinburgh, 17 Apr. 1508] :—TEST. 30. 42. 26. 57. 84. 48. 59. 60. xiv. 494.

3218. Apud Edinburgh, 25 Apr.
REX, pro bono servitio, concessit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Gordoun et Baidienach, heredibus ejus et assignatis,—terras et forestam de Cabrauch,

vic. Abirdene :—Tenend. in libera baronia ac libera foresta :—Reddend. wardam, &c., cum contingerent :— insuper univit, dict. terras baronie de Huntlie :—Test. *ut in carta* 3165. xiv. 491.

3219. [1] Apud Edinburgh, 28 Apr.
REX confirmavit ALEXANDRO BOISWELL de Balmowto militi, et ALISONE SANDELANDIS ejus sponse,—terras de Balglelly, cum molendino earundem, vic. Fyffe ;—quas idem Alex. personaliter resignavit :—Tenend. dictis Alex. et Alis., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, pro toto tempore vite ipsorum, et post ipsorum decessus legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—Test. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 103.

3220. Apud Edinburgh, 29 Apr.
REX, pro fideli servitio, concessit familiari suo HENRICO SCHAW militi, et ejus heredibus,—terras de Kilbride, cum tenentibus, &c., vic. Perth ;—quequidem fuerunt Alexandri com. de Menteth, et in manibus regis ob alienationem majoris partis earundem absque consensu recognite fuerunt ;—et que, ut per dict. Alex. allegatum et probatum fuit, ejus predecessoribus per regem date erant quando comitatus de M. datus erat in contentatione pro comitatu de Stratherne :—Reddend. servitium warde et relevii debit. et consuet. :—Test. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 99.

3221. Apud Falkland, 2 Maii.
REX confirmavit DAVID BRUCE de Rate, et JONETE ARNOT ejus sponse,—5 bovatas terrarum in Rate, ex parte occidentali torrentis, occupatas 3 bov. per M. Geo. Bruce, et 2 bov. per Wil. Swan, vic. Perth ;—quas idem D. personaliter resignavit :—Tenend. dictis D. et Jon., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti D. quibuscunque :—Test. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 22.

3222. Apud Striveling, 10 Maii.
REX confirmavit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Gordoun et Baidyenach, et JONETE STEWART comitisse de Huntlie ejus sponse,—terras de Obyn, Glentannir, Glenmuk, et Clony, cum earundem pendiculis, in baronia de Huntlie, vic. Abirdene,—tenandriis dict. terrarum exceptis ;— quas idem comes personaliter resignavit :—Tenend. dictis Alex. et Jon., ac ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. secundum formam antique carte tallie :—Test. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 110.

3223. Apud Edinburgh, 12 Maii.
REX confirmavit cartam Jac. Muschet de Tollirgarth,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DUNCANO CAMPBELE de Glenurquhay militi, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Fynlarg, extenden. annuatim ad 5 mercatas terrarum antiqui extentus, in dominio de Glendocharde, vic. Perth :—Tenend. de rege in feodo :—Test. Arch. com. de Ergile dom. Campbele et Lorne, Colino Campbele filio ejus et apparente herede, Wil. Stewart de Baldorane, Joh. S. ejus filio, Dunc. Campbele, Dungallo Johnestoun et Jac. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 27 Feb. 1506] :—Test. *ut in carta* 3215. xiv. 466.

3224. [2] Apud Edinburgh, 12 Maii.
REX,—quia alias direxit literas Ormond Signifero vicecomiti in hac parte, ad distringendum Geo. Lawder militem pro 20 libris annuatim per 9 annos ante 1505, pro firmis, &c., terrarum nuncupat. Bissatis, Bellis, et Aytouns landis, per dict. Geo. perceptis, et super ipsum per Geo. abbatem S. Crucis, M. Alex. Schaw rectorem de

[1] This and the three following charters are dated *an. reg.* 21. Either this or the A.D. must be wrong.

[2] Dated *an. reg.* 21. Either this or the A.D. must be wrong; the reference in the testing clause certainly is so.

Tannades, Rob. Colvile de Hiltoun cancellarie directorem, et M. Cuthbertum Bailye rectorem de Sanchare, executores quondam Pat. Hume de Polworth militis, cui dicte terre per quondam Pat. com. de Boithuile donate fuerant, recuperatis,—pro qua summa una cum 9 lib. pro feodo vicecomitis, terre subscripte per dictum Geo. de rege tente appreciate fuerunt et Alex. Robisoun tanquam procuratori dict. executorum vendite; —igitur, ex consensu ceterorum executorum, quia nisi unus illorum in feodo sine sasina dict. terrarum esse potuit, concessit dicto M. ALEXANDRO SCHAW, heredibus ejus et assignatis,—9 mercatas terrarum de Over Kidstoun, et 3 merc. 6 solidatas 8 denariatas de Nether Kidstoun, vic. Peblis:—et voluit quod dict. Geo., heredes ejus vel assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium: — TEST. *ut in carta* 3567. xvii. 17.

3225. Apud Edinburgh, 13 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis dom. Drummond, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WALTERO FORESTER de Torwod militi, filio et heredi apparenti Duncani F. de Gardene militis, heredibus dicti Walt. et assignatis,—terras suas de Calzecat et Annat, in senesc. Menteith, vic. Perth, extenden. in toto ad 10 mercatas terrarum: —TENEND. de rege in feodo:—RESERVATO libero tenemento dicto Duncano:—TEST. Malcomo Drummond de Kilbride, Edw. Spittale notario publico, Tho. Forester de Crannok, et Alex. Forester:—cum subscriptione dicti Walt. manuali:— Apud Striveling, 4 Maii 1508]:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 471.

3226. Apud Edinburgh, 13 Maii.
REX confirmavit cartam Johannis dom. Drummond, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WALTERO FORESTER de Torwod militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Over et Myddil Dischoure, cum molendino earundem, necnon tenandriam de Nethir D. vocat. Offeris, tunc existen. in manibus Malcolmi Drummond, et libere tenentium servitia dicte tenandrie, jacen. prope ecclesiam de Kippane, vic. Striveling: — TENEND. de rege in feodo:—RESERVATO libero tenemento Duncano F. de Kipinch militi, patri dicti Walt.:—TEST. Malcolmo Drummond de Kirkbride, Walt. Drummond, Wil. Drummond *alias* Spyshouse, Alex. Howisoun burgensi de Striveling, Tho. Forester de Carnok, Rob. Smyth, et Alex. Forester:—Apud Edinburgh, 10 Mar. 1507]:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 472.

3227. Apud Edinburgh, 15 Maii.
REX confirmavit cartam Willelmi dom. Rothvene,—[qua concessit speciali suo consanguineo WALTERO ROTHVENE de Lownane, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Vallastoun, in baronia de Methven, vic. Perth;—propter renunciationem 10 librarum annui redditus terrarum suarum de Ballinbrech:—FACIEND. dominis de Rothvene servitium warde et relevii, venientes cum presentia et facientes tres sectas in anno ad tres capitales curias baronie de R., et solvendo 20 lib. pro quoque maritagio cum contingeret:—TEST. Geo. Murray filio et herede apparente And. M. dom. de Abircarny, Geo. Lindesay, Wil. Rothvene in Mukcroft, Joh. Rothvene de Ardonowe, David Ramsay, D. Jac. Cuthbertsoun et D. Jac. Rothvene capellanis: —cum subscriptione dicti Walt. manuali: —Apud Rothvene, 6 Maii 1508]:—TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 468.

3228.[1] Apud Dunfermling, 16 Maii.
REX confirmavit WALTERO FORESTER de Torwood militi, et ejus heredibus, —terras de Gardene, cum turre, fortalicio, manerio et molendino earundem, terras de Over, Nether et Myddil Dischore, cum molendino earundem, 4 septem partes de Carbrok et Gartyncaber, terras de Gusecroft et Claycroft, ac pratum earundem, vic. Striveling; terras de Mye, vic. Dunbertane; terras de Montdoy et Over Glenny, in senesc. Menteth, vic. Perth,

[1] This and the following charter are dated *an. reg.* 21. Either this or the A.D. must be wrong.

et terras de Myl-coig, cum molendino earundem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas omnes idem Walt. resignavit; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Gardene-Forester: — REDDEND. unam rosam rubeam ad festum Nativitatis S. Johannis Baptiste nuncupat. *Midsomer*, nomine albe firme: — RESERVATO libero tenemento dict. terrarum, exceptis 4 septem partibus de Carbrok et Gartincaber, familiari suo Duncano F. de Garden militi, patri dicti Walt.: — TEST. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 108.

3229. Apud Dunfermling, 19 Maii.
REX confirmavit ROBERTO LEVINGSTOUN de Drumry militi, et ejus heredibus,—terras de Est Wemys ab antiquo divisas et partitas pro tertia parte de Wemysschire, cum tertia parte carbonum, salis, lapicidiorum, silvarum, glebarum et cespitum, viz. *petis et turvys*, infra bondas et solum de West Wemys ab antiquo divisas et partitas pro bina parte de Wemys-schire, cum donatione unius capellanie in ecclesia parrochiali de Wemys; et dimedietatem terrarum de Glasmont, cum tenentibus, &c., vic. Fyffe; et 20 libras annui redditus de terris de Balmakewin, vic. Kincardin;—necnon eidem Roberto Levingstoun, et JONETE BETOUN ejus sponse,—orientalem partem terrarum de Lochorschire que fuit dicti Rob., cum tenentibus et tenandriis, vic. Fyffe;—quas omnes idem Rob. personaliter resignavit; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Est Wemys: — TENEND. Lochorschire dictis Rob. et Jon., ac ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. heredibus dicti Rob. quibuscunque:—REDDEND. unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Fyffe, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*"
xv. 121.

3230. Apud Edinburgh, 23 Maii.
REX confirmavit ALEXANDRO MAILVILL de Hervistoun, et ejus heredibus,—terras de Hervistoun, infra baroniam de Kynnef, vic. Kyncardyn; — quas idem Alex. resignavit: — REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 3178. xv. 6.

3231. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REX confirmavit cartam Wil. Menteith de West Kerse militis ac domini baronie de Alloway,—[qua confirmavit nepoti suo et heredi apparenti WILLELMO MENTEITH, et ELENE BRUSE ejus sponse, —8 mercatas terrarum ville occidentalis de Alloway, quas tunc occupabant et ad firmam habebant Wil. Young, Rob. Young, et Joh. Westwod, in dicta baronia, vic. Striveling;—quas idem Wil. nepos in manibus Wil. avi personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. nepoti et Helene, et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. nepotis quibuscunque, de rege in feodo:—TEST. Wil. Levingstoun de Kilsith, Joh. Inglis mariscallo regis, Joh. Auchinlek, Joh. Aitkinsoun, et Joh. Gray ac Jac. Young notariis publicis:—Apud Edinburgh, 22 Feb. 1505]:—TEST. *ut in carta* 3178. xv. 7.

3232. Apud Edinburgh, 25 Maii.
REX confirmavit cartam Joh. Stewart de Ardgowane, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DUNCANO CAMPBELE de Glenurquhay militi, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Schean, Balloch, et Achacharn, extenden. annuatim ad 20 libratas terrarum, vic. Perth:—TENEND. de rege in feodo:—TEST. Arch. com. Argadie dom. Campbele et Lorne, Hugone com. de Eglyntoun dom. Montgumry, Wil. Menteith de West Kerse, Wil. Murray de Tulibardin, And. Murray de Kippo, militibus, M. Joh. Campbele rectore de Kilmartyne, et Walt. Grahame de Kilbride:—cum subscriptione manuali: — Apud Edinburgh, 24 Maii 1508]:—TEST. *ut in carta* 3215.
xiv. 473.

3233. Apud Edinburgh, 25 Maii.
REX,—quia terre et baronia de Balmane, clamate per Georgium comitem de Rothes tanquam successorem quondam Geo. Leslie ejus progenitoris, in dominio et vic. de Kincardin, in regis manibus per 26 annos elapsos extiterunt ratione nonintroitus,—et pro firmis earundem terre subscripte appreciate fuerunt et regi assignate ;—igitur, pro bono servitio, concessit familiari suo servitori ANDREE WOD de Fethirkern, et ejus heredibus,—terras de Estir Strathe, in dicta baronia :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :—Test. *ut in carta* 3178. xv. 8.

3234. Apud Edinburgh, 27 Maii.
REX confirmavit cartam Joh. Borthik de Balwolsy, — [qua concessit nepoti suo ALEXANDRO BORTHIK, heredibus ejus et assignatis, — terras de Balwolsy, Balmonthe *alias* Gordonyshall nuncupat., cum tenentibus, &c., vic. Fiffe ;—necnon dicto Alexandro Borthik, et CRISTIANIE CUNYNGHAME ejus sponse, ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, — terras de Lany, cum tenentibus, &c., vic. Edinburgh :—Reservato sibi libero tenemento terrarum de Balwolsy, Balmonthe, ac quarte partis de Lany :—Test. Adam Creichtoun (de) Ruthvennys milite, David Borthik, Joh. Stewart burgense de Edinburgh, Joh. Mailvile, Rob. Cunynghame de Westbornys, et Alex. Spens :—Apud Edinburgh, 25 Maii 1508] :—Test. *ut in carta* 3215. xiv. 475.

3235. Apud Edinburgh, 27 Maii.
REX concessit JOHANNI MONTGUMRY de Corscrag militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cragley, extenden. ad 2½ mercatas antiqui extentus, in ballia de Cunynghame, vic. Are ;—quequidem fuerunt Dionisii Logane in tenandria, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem absque consensu :—Reddend. tres sectas ad tria placita capitalia curie balliatus de Largis, una cum wardis, &c., cum contingerent :—Test. *ut in carta* 3178. xv. 9.

3236. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REX,—quia in causa obtenta per Joh. Haldane de Glennegas militem, filium et heredem quondam Jac. H. de G. militis, 7 Feb. 1507, super Alex. Campbell de Ardauche, de 70 mercis persolvendis de cretum extitit,—et literis vicecomiti de Striveling directis, terre subscripte per dict. Alex. de rege per servitium warde et relevii tente, defectu bonorum mobilium, pro dictis 70 merc. una cum 46 solidis pro feodo vicecomitis, appreciate sunt et dicto Joh. vendite ; — igitur concessit dicto JOHANNI HALDANE, heredibus ejus et assignatis,— 3 mercatas 12 solidatas 4 denariatas terrarum de Eringibboun Wester contigue adjacen. circa messuagium dicti Alex., vic. Striveling ;—et voluit quod dict. Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. *ut in carta* 3178. xv. 11.

3237. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REX confirmavit cartam Mathei com. de Levenax dom. Dernlie,—[qua concessit regis familiari JOHANNI STRIVILING de Cragbernard militi, heredibus ejus et assignatis,— terras de Glorate, extenden. annuatim ad 9 lib. 10 sol. 5 den. cum obulo antiqui extentus, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane ;—de quibusquidem unam partem extenden. ad 2 lib. 17 sol. 2 den. ant. ext. Jac. Flemyng de Bord resignavit ; et residuum Eliz. Kincaid de eodem cum consensu Thome K. sui sponsi, necnon Jacobus Turnbule, et Margareta Hepburne cum consensu Walt. Sellare sui sponsi, per procuratores, et David Somervile de Plane et Cristina Hepburne personaliter, resignaverunt : — Reddend. dicto comiti tres sectas curie apud Belloch, necnon wardam, &c., cum contingerent :— Test. David episc. Lesmoren., Joh. Stewart de Mynto, Alex. Stewart de Gastoun, Joh. Maxwell de Pollok, Geo. Lindesay, Jac. Stewart, Rob. Maxwel vicario de Erskin, Wil. Danyelstoun notario publico, et Wil.

Flemyng :—cum subscriptione dicti Math. manuali:—Apud burgum de Edinburgh, 27 Maii 1508] :—TEST. *ut in carta* 3373.
xv. 155.

3238. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REX, pro bono servitio, ad feodifirmam dimisit familiari suo WILLELMO MURRAY de Tulibardin, et ejus heredibus masculis arma et cognomen de M. gerentibus,—terras de Trewin, extenden. ad 8 libratas antiqui extentus, cum lacu et insula de le Dryile, cum piscationibus, turre et fortalicio earundem, cum communi passagio, &c. per terras de Ouchtirtire dict. lacui et insule ex parte boreali adjacentes, necnon unam mercatam terrarum de Ouchtirtire quam tunc occupabat David Murray, jacen. in longitudine per borealem partem dict. lacus a torrente de Dewny usque ad marchiam de Monyvard apud finem rupis, et in latitudine usque ad summitatem dict. rupis ad Thomcastell ad boream sicut tres ingentes lapides gresii stant ex parte occidentali dict. rupis, et sic descendendo versus occidentem usque ad *le laruche* de le Tailzourcroft et ad Craganduly et Kirkfurd de Connolane, extenden. ad quartam partem de Estir Ouchtirtire, in dominio de Stratherne, vic. Perth : — REDDEND. pro Trewin firmam duplicem, viz. 16 libras, pro lacu, &c., 20 solidos, pro una mercata de Ouchtirtire 2 mercas, in augmentationem rentalis regii, nomine feodifirme :—TEST. *ut in carta* 3178.
xv. 12.

3239. Apud Edinburgh, 6 Jun.
REX confirmavit cartam Rob. Cunynghame, filii et heredis apparentis Alex. C. de Polmais militis, ac domini feodi baronie de Polmais - Cunynghame,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ROBERTO BRUCE burgensi de Striveling, et MARGARETE SANDELANDIS ejus sponse, — terras de Auchinbowy, in dicta baronia, vic. Striveling : — TENEND. dictis Rob. et M., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Rob. quibuscunque, de rege in feodo: —TEST. Walt. Chepman, D. Jac. Ellem capellano, Joh. Bannantyne, Tho. Hasuell, et Joh. Keyn :—Apud Edinburgh, 27 Apr. 1508]:—TEST. *ut in carta* 3215.
xiv. 476.

3240. Apud Edinburgh, 7 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris sui Joh. Striveling de Cragbernard militis,—[qua, — pro salute animarum regis, Math. com. de Levenax sui superioris domini terrarum subscript., ac quondam And. Stewart dom. Avendale cancellariique Scotie, Colini com. Ergadie, &c., Geo. Abirnethy prepositi ecclesie collegiate de Dunbertane, et Alex. Stewart de Avendale, sue ipsius, et Margarete Abirnethy sue conjugis, &c.,—in puram elemosinam concessit uni capellano perpetuo in ECCLESIA PARROCHIALI DE CAMPSY et in CAPELLA sua erecta in honorem B.V.M. infra locum et maneriem DE CRAGBERNARD,— annuum redditum 6 mercarum 10 solidorum de terris suis de Cragbernard, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane, et 6 mercarum de terris suis de Glorat, in dict. comitatu et vic. :—TEST. Joh. Stewart de Mynto milite, M. Adam Culquhone rectore de Gowane, Jac. Hammiltoun, Joh. Parise, Rob. Callandare de Dowratour, Wil. Flemyng, et Walt. Stirveling :— Apud Inchennene, 6 Jun. 1508] :—TEST. *ut in carta* 3361. xv. 132.

3241. Apud Edinburgh, 9 Jun.
REX concessit suo familiari clerico et servitori quotidiano M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, heredibus ejus et assignatis,—terras de Overmenzeane, in baronia de Olivercastell, vic. Peblis ;— quequidem fuerunt Johannis dom. Flemyng tanquam immediate tenentis de rege, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu; et in quibus dictus Joh. dom. F. consensum prebuit per scriptum manu ipsius et notarii publici subscriptum, ut dict. M. Joh. in dictis terris de rege tenend. infeodatus esset ;— et quas rex pro bono

servitio univit baronie de Haltoun-Murray alias Blakbarony :—REDDEND. servitium warde, &c.:—necnon assignavit dicto M. Joh. nonintroitum dict. terrarum cum proficuis :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xv. 64.

ANNO REGNI 21. ANNO DOMINI 1508.

3242. Apud Edinburgh, 16 Jun.
REX,—pro bono servitio, et in recompensationem summarum per quondam Jacobum III. quond. Alexandro Leslye de Warderis debitarum tempore quo idem Alex. compotorum rotulator extiterat,—concessit filio dicti Alex. JOHANNI LESLIE de Warderys, et ejus heredibus, — officium ballivatus terrarum suarum regalitatis de Gareauche, vic. Abirdene, viz. terrarum de Glanderstoun cum molendino, Tulyfoure, Duncanstoun, Donydure cum molendino, Rochmwriell, Knokinbard cum molendino, Ardoun, Buchanistoun cum molendino, Hairlaw, Mekle Durno cum molendino, Torreys, Rihill, Warthill, et davate terrarum suarum de Inverowry cum molendino ; — quod officium rex univit terris de Warderis ut esset pertinentia earundem :—TEST. *ut in carta* 3038. xv. 43.

3243. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX, tanquam senescallus Scotie, concessit ALEXANDRO HAMMYLTOUN, filio et heredi apparenti Wil. H. de Bathcat, et heredibus dicti Alex.,—terras de Bathcat, in baronia de B., vic. Renfrew ;—quas dictus Wil. apud Glasgw resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret: —TEST. *ut in carta* 3178. xv. 10.

3244. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX confirmavit et ad feodifirmam dimisit JOHANNI LESLIE de Warderis, et ejus heredibus, — terras thanagii de Kintor subscriptas, viz. terras de le Over et Nethir Dawate de Kyntor, cum molendinis earundem, Creichie, Tavilty, Mekil Kynnaldy cum molendino, Litill Kynnaldy, Petmeddene, Nethir Dise, et annuos redditus earundem, cum piscariis super aqua de Done infra bondas dict. terrarum, cum lacu et paludibus earundem, vic. Abirdene; —quequidem fuerunt dicti Joh. tanquam heredis Alex. L. de W. patris ejus, per cartam eidem Alex. per Jacobum III. in minori etate factam, et quas idem Joh. personaliter resignavit, et quas rex ei pro bono servitio ac in recompensationem, &c. (*ut in carta* 3242), de novo concessit et quitteclamavit: — REDDEND. Willelmo episc. Abirdonen. et ejus successoribus, pro decimis denariis ei et ecclesie cathedrali Abirdonen. debitis, 4 libras 4 solidos ; et vicecomitibus de Forfare, viz. heredibus quondam Alex. Ogilvy de Oucterhouse quibuscunque, 3 lib., ac regi 51 lib. 2 sol. 8 den., nomine feodifirme :—TEST. *ut in carta* 3178. xv. 15.

3245. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Joh. Kennedy de Blairquhan militis, —[qua in puram elemosinam concessit D. Joh. Redepeth capellano et ejus successoribus divina celebraturis in CAPELLA S. NINIANI per se noviter constructa in loco vulgariter vocato le Crevis de Cree, in baronia sua de Myrtoun alias Frethrid, vic. Wigtoun,—annuum redditum 8 librarum 19 solidorum, quem habebat ex suo conquestu a Joh. Stewart de Argowane, de terris et baronia de Alway, in dominio de Kile-regis, vic. Are :—TEST. Jac. K. suo filio, Tho. K. de Litill Dunroid, M. Uchtredo Adouell de Dalquhoane, Wil. Cunynghame, Math. Stewart, Joh. Fergussoun, et D. Joh. Makilwynzeane capellano :—Apud Blairequhan, 15 Jun. 1508]: —TEST. *ut in carta* 3215. xiv. 477.

3246. Apud Edinburgh, 23 Jun.
REX, cum consensu Duncani Mundwell filii et heredis quondam Joh. M. de Egirnes, concessit KENTIGERNO MURRAY de Brochtoun, et ejus heredibus,—terras de Egirnes et Ballinteir, vic. Wigtoun ;—

quequidem fuerunt dicti quond. Joh., de rege tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem absque consensu : —REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Wigtoun, necnon wardam, &c., cum contingerent:—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. *ut in carta* 3178.

xv. 13.

3247. Apud Edinburgh, 4 Jul.

REX confirmavit JOHANNI DOMINO SYMPILL, et Domine MARGARETE CREICHTOUN ejus sponse,—terras de Sutheinane, cum turre, fortalicio et molendino earundem, in ballia de Cunynghame, vic. Are ; ac molendina granorum et fullonum de Auchindonane, cum terris molendinorum, pasturis, multuris et sequelis earundem, infra baroniam et vic. de Renfrew ;—quas idem Joh. personaliter resignavit, et quas rex de novo univit baronie de Simple :—TENEND. dictis Joh. et M. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xv. 87.

3248. Apud Edinburgh, 10 Jul.

REX concessit DAVID BLAIR, filio et heredi apparenti Geo. B. in Bendochy, et MARJORIE DURY ejus sponse,—dimedietatem ville et terrarum de Petty, cum dimed. molendini earundem, vic. Forfare ; —quas dictus Geo. resignavit :—TENEND. dictis D. et M. et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Georgii quibuscunque :—REDDEND. dimed. libre piperis nomine albe firme :—RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xv. 52.

3249. Apud Edinburgh, 14 Jul.

REX confirmavit cartam Tho. Fothringhame de Powry,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DAVID MAXWELL de Polgavy, et CRISTINE KYNNARD ejus sponse,—terras suas de Balloderane, vic. Forfare :—TENEND. dictis D. et C., et eorum alteri diutius viventi, quibus deficientibus, heredibus dicti D. quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. M. Karalo Fothringhame rectore de Adzale, D. Rob. Maxwell, capellanis, Jac. Fothringhame, Geo. Fullartoun, Joh. Strathauchin, Geo. Guld, et D. Wil. Roberti capellano ac notario publico :—Apud Dunde, 11 Jul. 1508] :—TEST. *ut in carta* 3215.

xiv. 479.

3250. Apud Edinburgh, 16 Jul.

REX confirmavit cartam Joh. Mowat de Loscragy et Freswik,—[qua, pro bono merito, concessit fratri suo ALEXANDRO MOWAT, inter patrem suum et Isobellam Lesly ejus sponsam genito,—dimedietatem terrarum de Ester Dryne et Contaneloid in Ros, necnon toftas et croftas suas in burgo de Dingwell :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis quibuscunque reversuras : —FACIEND. dicto Joh. forinsecum servitium regis quantum ad dict. dimed. pertinebat; et REDDEND. unum denarium strivlingorum nomine albe firme :—TEST. Dominis Wil. Keith de Inverugy et Gilb. Hay de Ardendrach, militibus, Alex. Hay de Moukhallis, Pat. Stewart de Lateris, D. Alex. Jhonstoun vicario de Rothimay, et Wil. Mowat :— Apud Turref, 27 Maii 1507] :—TEST. *ut in carta* 3178.

xv. 16.

3251. Apud Edinburgh, 19 Jul.

REX concessit familiaribus suis ALEXANDRO ELPHINSTOUN de Invernochty, et ELIZABETHE BERLAY ejus sponse,—terras dominicales de Kildrummy, le New, Wester Clova, Auld Auchindore, Drummahufe, Dosky, Cukishill, molendinum de Kildrummy, Auchinvene, Corryhill, Qwiltis, Ardquhonquhare, Culispik, Inverburquhare, Wester Inverburquhare, Estir Ergeith, Culquheich, Discory, molendinum ejusdem, Pettinlauch, Glencoy, et le Newtoun, in comitatu de Mar, vic. Abirdene, extenden. in regis rentali ad 82 libras 18 solidos, 6 mertas, allocando 5 sol. pro qualibet merta, 12

bollas et 2 firlotas avenarum annuatim; ac etiam custodiam castri de Kildrummy, cum turribus, fortalicio et ortis ejusdem, una cum advocatione et donatione capellanie de Dene, in comitatu et vic. predict. : —TENEND. dictis Alex. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, regi reversuras :—REDDEND. pro terris 82 lib. 18 sol. cum 6 mertis, allocando (*ut supra*), 12 bollas et 2 firlotas avenarum, et insuper in augmentationem 40 mercas, nomine feodifirme; necnon duplicationem dicte feodifirme ad introitum heredum; et pro custodia castri, &c., unam rosam rubeam in festo Nativitatis S. Johannis Baptiste nuncupat. *Mydsummer*, nomine albe firme : —TEST. *ut in carta* 3178. xv. 14.

3252. Apud Edinburgh, 19 Jul.
REX concessit ALEXANDRO GADERARE, burgensi de Elgin, et ejus heredibus, — terras et villam de Sleltok, in baronia de Innes, vic. Elgin; — quas familiaris regis miles D. Joh. Forman, et Alex. Innes de eodem, portionarii hujusmodi terrarum, resignaverunt :—TEST. *ut in carta* 3038. xv. 44.

3253. Apud Striveling, 27 Jul.
REX confirmavit GEORGIO HUME de Spottis, et KATHERINE HALKERSTOUN ejus sponse,—terras de Doune, occidentalem dimedietatem de Brumehouse, et 10 terras husbandias in villa et territorio de Spott, quas Jac. Spottiswod et David Pollok tunc in assedatione habebant, cum molendino earundem, vic. Edinburgh, in constabularia de Hadingtoun;—quas idem Geo. personaliter apud Edinburgh resignavit : — TENEND. dictis Geo. et K., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 3038. xv. 45.

3254.[1] Apud Edinburgh, 2 Aug.
REX confirmavit cartam familiaris sui servitoris Rob. Bertoun de Over-Berntoun, domini terrarum de Crawmond-Regis,— [qua, pro certa compositione sibi persoluta, ad feodifirmam dimisit consanguineo suo DAVID LOGY, nepoti et heredi quondam Johannis L. in le Quenisferry, heredibus dicti D. et assignatis,—illam tenandriam terre de Crawmond-regis que olim pertinebat dicto Joh., cum domibus et toftis ejusdem, in fine orientali dict. ville et territorii, in dominio de Over Berntoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto Rob. 10 sol. nomine feodifirme, ac tres sectas ad tria placita capitalia de Over Berntoun :—TEST. Jac. Logane vicecomite deputato de Edinburgh, Jac. Brady filio et apparente herede Gilb. B. de Kennet, Joh. Bertoun fratre suo germano, Alex. Cokburn commorante in le Curry, Rob. Hereot, Alex. Young, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis : — Apud Edinburgh, 10 Jun. 1508] :—TEST. *ut in carta* 3038. xv. 47.

3255. Apud Edinburgh, 3 Aug.
REX confirmavit cartam David Scott de Petloure, — [qua vendidit et alienavit ALEXANDRO KYNCRAGY, fratri germano regis familiaris D. Joh. K. decani Abirdonensis, heredibus dicti Alex. et assignatis, — illam suam tertiam partem terrarum de Westir Petloure et Nachinary, quam Joh. dom. Drummond de dicto Dav. in pignore habuit, vic. Fiffe,—pro ipsa summa pecunie per dictum Alex. tanquam suum assignatum dicto dom. persoluta :— TENEND. de rege in feodo :—TEST. And. Aytoun, Joh. Mudy, Tho. Balvard, Arch. Bikertoun, Dominis Joh. Gourlay et Joh. Kerkettill capellanis :—cum subscriptione dicti Dav. manuali :—Apud Edinburgh, 29 Jul. 1508] :—TEST. *ut in carta* 3165. xiv. 489.

3256. Apud Perth, 6 Aug.
REX confirmavit JOHANNI CHARTERIS de Cuthilgurdy, et JONETE GRAY ejus sponse,—terras et baroniam de

[1] This charter contains the names of Alex. Mowbray of Cammok, and Joh. Mowbray, as owners of adjoining lands.

Cuthilgurdy, vic. Perth ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Jon., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xv. 56.

3257.[1] Apud Edinburgh, 6 Aug.
REX concessit familiari suo servitori WILLELMO DRUMMOND alias SPICE-HOUSE, et ejus heredibus,—terras de Croftweit, cum domibus et edificiis earundem, in le Kirktoun de Creif, comitatu de Stratherne, vic. Perth, inter terras de Galwailbeg et ecclesiam parrochialem de Creif ;—quas Wil. Watsoun resignavit :—REDDEND. tres denarios argenti nomine albe firme :—TEST. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 124.

3258. Apud Brechinen., 8 Aug.
REX,—pro speciali favore erga Jac. Dunbar de Cumnok, ac pro edificatione et poletia fiendis in baronia de C. et signanter apud ecclesiam parrochialem de C. pro asiamento et hospitatione ligeorum illuc confluentium, —creavit terras ecclesiasticas et glebam dict. ecclesie de C., extenden. ad duas mercatas antiqui extentus, in dicta baronia de C., vic. Are,—in liberum burgum in baronia nuncupand. BURGUM DE CUMNOK;—cum facultate inhabitantibus emendi et vendendi, &c., necnon ut forent burgenses et haberent potestatem eligendi ballivos, &c., cum avisamento et consensu baronis de C.,—proviso quod ballivi essent inhabitatores infra burgum,—necnon habendi crucem foralem ac forum die Sabbati singulis ebdomadis et nundinas publicas annuatim die S. Mathei in autumpno et per octavas ejusdem, cum theoloneis, &c.,—ac cum licentia M. Tho. Campbell canonico Glasguensi ac prebendario dicte ecclesie de C., et ejus successoribus, ad assedandum terras glebe in perticatas burgales pro edificatione et reparatione desuper fiend., in proficuum dicte ecclesie vel saltem sine dampno ipsius, cum consensu dict. baronis: —SALVIS baroni de C. libertate et curia dict. baronie, ac privilegio sanguinis et bludewitis:—TEST. *ut in carta* 3567. xvii. 11.

3377. Apud Edinburgh, 3 Oct.
REX confirmavit cartam Mich. Lindesay de Fairgarth,—[qua, cum consensu Herbarti L. filii sui et heredis apparentis, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ANDREE RORISOUN de Bardanach, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dunragane, extenden. ad 5 mercatas antiqui extentus, in parrochia de Glencarne, vic. Drumfres:—TENEND. de rege in feodo: —TEST. Joh. Creichtoun de Hartwod, Joh. Grahame burgensi de Edinburgh, Rogero Lindesay, Pat. Creichtoun, Rob. Roxburgh, et Joh. Gray notario publico:—Apud Edinburgh, 1 Oct. 1509]:—TEST. *ut in carta* 3361. xv. 133.

3378. Apud Edinburgh, 7 Oct.
REX concessit JOHANNI HAY, filio et heredi apparenti Johannis dom. Hay de Yestir, et ELIZABETHE DOUGLAS ejus sponse,—20 libratas terrarum de Westir Hoprew, 20 lib. de Fulyarde, Scheilhoipe, et Winterhoipe, ex parte australi aque de Megot, in baronia de Hoprew, vic. Peblis; ac 20 mercatas terrarum de Ugstoun, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh,—exceptis le Tortmedow et Hallmedow, in dicta baronia;—quas dictus dom. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti domini quibuscunque:—RESERVATO dicto domino libero tenemento de Ugstoun, pro tempore vite ejus matris Elizabethe domine Yestir:—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 194.

3379. Apud Edinburgh, 24 Oct.
REX, pro bono servitio, concessit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE, dom. Baidyenach, — terras de Drumboy, cum brasina earundem, vic. Invernys; — quas univit terris de Invernys, dicto Alex. pro custodia castri de I. datis:—TEST. *ut in carta* 3361. xv. 142.

3380. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REX confirmavit cartam Roberti dom. Creichtoun de Sanquhare,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JACOBO CRECHTOUN, filio

et heredi apparenti Ade C. de Ruthvenyns militis,—dimedietatem suam terrarum de Formale et Fornochty, vic. Forfare :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc. cognomen et arma de C. gerentibus, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus ejus heredibus quibuscunque, de rege in feodo : —TEST. Joh. Crechtoun de Hertwode, M. Joh. Skrimgeour de Glastre, Rogero Kirkpatrick de Knok, And. Smyth burgense de Edinburgh, Edw. Crechtoun, Wil. Crechtoun, Joh. Bunch, et Alex. Clerk notario publico:—cum subscriptione sua manuali : —Apud Edinburgh, 27 Oct. 1509]:—Insuper, pro speciali favore, voluit quod secta per dictum Jac. pro baronia de Cragis danda sufficeret pro dictis terris:—TEST. *ut in carta* 3361. xv. 143.

3381. Apud Edinburgh, 31 Oct.

REX, tanquam tutor et gubernator filii sui primogeniti Arthuri principis et senescalli Scotie, confirmavit cartam Rob. Francys domini de Stane,—[qua concessit M. WILLELMO MONTGOMERY dom. de Grenefeild, filio naturali Hugonis com. de Eglingtoun, &c., et ELIZABETHE FRANCYS, filie sue naturali uxorique dicti Wil.,—terras suas de Stane, Sanctbridiskirk, Bourtrehill, cum tenentibus, &c., in ballia de Cunynghame, vic. Are :—TENEND. dictis Wil. et Eliz., eorumque diutius viventi, et heredibus de eorum corporibus legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Wil. quibuscunque, de senescallo in conjuncta infeodatione : — RESERVATIS sibi libero tenemento, et uxori sue rationabili tertia :—REDDEND. communem sectam in curiis ballie de Cunynghame apud Irwin ; una cum warda, &c., cum contingerent, et homagio :—TEST. Joh. et Jac. Montgomery germanis dicti com. de Eglingtoun, Constantino Montgomery, Joh. Monfoid, Dominis Joh. Symontoun notario publico, et Joh. Leich capellano, ac Wil. Mure clerico : — Apud Kilwynning, 22 Jan. 1508] :—Necnon cartam Hugonis com. de Eglingtoun, &c.,—[qua concessit dictis M. Willelmo Montgomery et Elizabethe Francis,—annuum redditum quatuor celdrarum avenatice farrine, et unius libre piperis, de terris dominii de Stane, Sanctbridiskirk, et Bourtrehill, infra balliam de Cunynghame, vic. Are :—TENEND. dictis Wil. et Eliz., eorumque alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. de eorum corporibus legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil., quibus omnibus def., sibi suisque heredibus reversurum :—REDDEND. unam libram piperis nomine albe firme :—TEST. Wil. abbate de Kilwynning, Joh. et Jac. Montgomery germanis dicti com., Joh. Monfod herede apparente de eodem, Constantino Montgomery, Dominis Joh. Symontoun notario publico, Joh. Leich capellano, et Wil. Mure clerico :—Apud Kilwynning, 22 Jan. 1508] :—TEST. *ut in carta* 3361.

xv. 139.

3382. Apud Edinburgh, 2 Nov.

REX, pro bono servitio, concessit JACOBO JOHNESTOUN, filio quondam Ade J. de eodem, et ejus heredibus,—terras de Johnestoun, cum turre, fortalicio, manerio et loco earundem, advocatione et donatione rectorie ecclesie parrochialis de J., 20 libratas terrarum de Kirkpatrik-Flemyng, viz. 10 lib. de Dowskelly cum molendino in proprietate, et 10 lib. de Caversholme in tenandria ; ac 10 mercatas terrarum de Wamfray, cum tenentibus, &c., in senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis ;—quequidem fuerunt dict. Ade, et pro certis summis et amerciamentis itinerum justiciarie de Drumfreis, per dictum Adam pro ipso, et ut plegium pro aliis personis, regi debitis, regi appreciate et assignate fuerunt ; de quibus debitis rex dictum Jac. exoneravit : —TEST. *ut in carta* 3586.

xvii. 91.

3383. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX confirmavit cartam Joh. Montgomery de Corscrag militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JACOBO WYNZET de Boisfeilde, heredibus ejus et assignatis,—12 solidatas terrarum de Freland, in baronia de Kilbride, vic. Lanark :—TENEND. de rege in feodo :—Apud Edinburgh, . . Jun. 1509] :—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 179.

3384.[1] Apud Are, 4 Nov.
REX,—quia literis directis vicecomiti de Wigtoun, terre subscripte, per Normannum Makculloch de Larglegastell et Normannum ejus filium de rege in capite tente, pro 115 mercis Johanni Gordoun de Lochinver debitis appreciate fuerunt et dicto Joh. assignate; — igitur concessit dicto JOHANNI GORDOUN, et ejus heredibus, —tres mercatas terrarum antiqui extentus de Larglagastell, vic. Wigtoun;—et voluit quod dicti N. et N., heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. "*ut in aliis cartis ejusdem date.*" xv. 117.

3385. Apud Edinburgh, 12 Nov.
REX,—quia per arbitratores inter familiarem suum Alex. Makculloch de Mertoun militem tanquam executorem testamentarium quondam Egidie Douglas sponse quondam Edw. Maxwell de Tynwald, et Edwardum Maxwell de T. nepotem heredem executorem et intromissorem bonorum dicti quond. Edw., decretum fuit quod idem Edw. 120 mercas dicto Alex. persolveret,—et literis directis David Tempilman nuncio vicecomiti in hac parte, terre subscripte per dict. Edw. de rege in capite tente, 23 Oct. 1509 pro dicta summa, ac pro 6 mercis pro feodo dicti vicecomitis, appreciate fuerunt et dicto Alex. vendite;—igitur concessit dicto ALEXANDRO MAKCULLOCH, et ejus heredibus,—3 mercatas terrarum de Mouir antiqui extentus, in baronia de Mureith, vic. Wigtoun;—et voluit quod dictus Edwardus et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in carta* 3311. xv. 37.

3386. Apud Edinburgh, 28 Nov.
REX concessit ALEXANDRO STRATOUN de Lowranstoun, et ejus heredibus, —terras et baroniam de Stratoun, cum tenentibus, &c., que olim pertinebant dicto Alex., viz. in proprietate tenandria de Stratoun, vic. Edinburgh, terre de Litill Futhes, vic. Kincardin (exceptis terris dominicalibus, viz. le Manis de S. cum mansione, domibus, pomeriis, ortis, columbariis et pratis, terris vocat. le Hoill de S., una cum molendino de S. et terris molendini cum multuris, et *le hale Suckin* totius baronie de S., que remansure erant cum regis familiari M. Jac. Henrysoun clerico generali justiciarie, virtute decreti arbitralis), et in tenandria terre de Southous, vic. Edinburgh, le Clois de Peblis, vic. Peblis, Seybeggis, Castlecarry et Skaithmure, vic. Striveling;—quequidem ob alienationem majoris partis earundem absque consensu in manibus regis recognite fuerunt, et dicto Jac. Henrysoun concesse,—qui Jac. dictas terras, exceptis terris supra nominatis, resignavit;—et quas rex de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Stratoun:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Edinburgh, necnon wardam, &c., cum contingerent:—cum licentia ad infeodandum de novo tenentes:—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 187.

3387. Apud Edinbugh, 29 Nov.
REX confirmavit cartam Wil. Scott de Balwery militis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis JOHANNI LUNDIN de eodem militi, et ejus assignatis,—annuum redditum 12 mercarum de tertia sua parte terrarum de Seres, vic. Fyffe:—REDDEND. regi unum denarium nomine albe firme:—TEST. Pat. dom. Lindesay de Byris, M. David Setoun rectore de Fethirkerne, Rob. Lundyn de Benhame, M. Tho. Lundin prebendario de Forlevin, et D. Joh. Young capellano ac notario publico:—Apud Edinburgh, 4 Dec. 1509 (*sic*)]:—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 158.

3388. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REX concessit familiari suo JOHANNI MURRAY de Fawlohill, heredibus ejus et assignatis, pro bono servitio, —terras de Pelehill, vic. Selkirk, minutas custumas et firmas burgales ville et burgi de Selkirk, una cum officio vicecomitis de Selkirk:—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme, necnon faciend. annuatim com-

[1] Dated *an. reg.* 21. Either this or the A.D. must be wrong.

potum in scaccario :—TEST. *ut in carta* 3361. xv. 149.

3389. Apud Striveling, 7 Dec.

REX confirmavit cartam quondam David ducis Montis-rosarum et com. Craufurdie, —[qua, pro fideli servitio, concessit familiari suo servitori WILLELMO CARMICHELL, heredibus ejus et assignatis,— terras suas de Crukitstane, in dominio de Crawfurde-Lindesay, vic. Lanark :— FACIEND. tres sectas ad tria placita capitalia apud capitale messuagium de Crawfurde-Lindesay juxta castrum ejusdem :—TEST. D. Alex. Guthre de eodem milite, Walt. Muncur de Knap, D. Geo. Jaksoun rectore de Finevin, M. Joh. Michelsoun vicario de Abirkennoch, et Joh. Murray :—Apud civitatem Brechinensem, 16 Jun. 1490] :— Necnon cartam Archibaldi com. Angusie dom. Douglas,— [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit Willelmo Carmichell burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras predict. ;—que ob alienationem majoris partis earundem in manibus regis forisfacte fuerant et dicto Arch. per regem concesse: — REDDEND. dicto com. unum denarium nomine albe firme :—TEST. M. Gawino Douglas preposito ecclesie collegiate B. Egidii de Edinburgh filio suo, Pet. Carmichell, M. Tho. Boyd rectore de Carmichell, D. Symone Glado capellano, Wil. Wemys, et Alex. Clerk notario publico :—Apud Edinburgh, 4 Dec. 1509]: —TEST. *ut in carta* 3361. xv. 144.

3390. Apud Striveling, 8 Dec.

REX,—pro poletia ac edificatione ac bono regimine inter inhabitantes habend., ac ad faciend. ipsos legibus obedientes qui prius indomiti et inobedientes eisdem fuerunt,— ad feodifirmam dimisit JOHANNI GRAUNT de Fruchy, et ejus heredibus masc.,—12 mercatas terrarum de Bordlaund de Urquhart, cum castro et fortalicio earundem, 6 merc. de Kile S. Niniani cum molendino earundem, 6 merc. de Karowgar, 6 merc. de Drumboy, 3 merc. de Wester Bunlaod, 3 merc. de Middil Bunlaod, 3 merc. de Estir Bunlaod, 6 merc. de Ballimakauchane, 6 merc. de Gartale, 6 merc. de Polmale et Dulchangy, 9 merc. de tribus Inchbrimys, 3 merc. de Mekle-Deveauch, cum officio forestarie foreste de Cluny, cum mappalibus *le schelis* dicte foreste, extendentes in integro ad 46 libratas terrarum novi extentus, in dominio de Urquhart, Invernys, vic.—reservata regi proprietate foreste de Cluny cum mappalibus, &c., necnon terris de Petcarill-chapell, quas capelle S. Niniani de Urquhart reservavit ; —quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam et feodifirmam de Urquhart :— REDDEND. 46 libras, et duplum dicte firme ad primum introitum heredum, una cum maritagio cum contingeret, ac 6 solidos 8 denarios in regii rentalis augmentationem :—ac etiam dict. Joh. et heredes inveniendo et sustentando unam suffultam lanceam, viz., 3 sufficientes equestres, pro quibuslibet 10 libratis terrarum, tempore guerre extra regnum ; una cum omnibus defensalibus personis dictas terras inhabitantibus ad regis mandatum tempore convocationis ligeorum ;—necnon dict. Joh. et heredes astruendo et edificando in capitali messuagio de Urquhart turrim cum antemurale sive propugnaculo ex lapidibus et calce pro custodia ab invasione furum et malefactorum ; ac aulam, cameram, coquinam cum ceteris domibus necessariis, viz. panitria, pistrino, brasina, orio, bostare, ustrino, casea viz. *le cott*, luco, columbari, pomario, cum arborum cepibus, cum industria seu conquestu agri silvestris in pratis et pasturis, clausuris *le stiling*, reformatione regie vie publice infra dictas terras, cum seminatione canabi et lini, proficuorum communium custodia, viz. cum pontibus lapidiis seu ligneis, *le fald-yettis* et *le stilis*, et cum communi transitu infra dict. terras ; —et cum contingeret dictum Joh. et heredes convictos fore de proditoria traditione, murthuro, seu communi furto, tunc amitterent feodifirmam ; datoque compositionem facerent pro eorum vita, postea heredes non intrarent absque regis consensu, et ecclesie decimas et oblationes persolverent ; et non liceret dictas terras in toto vel in parte alienare sine regis licentia :—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 173.

3391. Apud Striveling, 8 Dec.
REX,—(pro causis in carta 3390 narratis),—ad feodifirmam dimisit JOHANNI GRAUNT, filio seniori Johannis G. de Fruchy, et ejus heredibus masc.,—terras de Glenmorischane, viz. 40 solidatas de Conechane, 40 sol. de Craske, 40 sol. de Euachcur, 40 sol. de Auchlayn, 40 sol. de Wester Tullelechart, 40 sol. de Ester Tullelechart, 40 sol. de Wester Duldragin, 40 sol. de Ester Duldragin, 40 sol. de Inverwik, 40 sol. de Blaree, 40 sol. de Over Inver, 40 sol. de Nether Inver, 40 sol. de Coulnakirk, et 20 sol. dimedietatis de Mekle Cluny, extenden. in integro ad 27 libratas terrarum in novo rentali, in dominio de Urquhart, vic. Invernys;—quas pro specialibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam et feodifirmam de Glenmorischane:—REDDEND. 27 libras, et duplicando firmam ad primum introitum heredum, una cum maritagio cum contingeret, ac 6 solidos 8 denarios in regii rentalis augmentationem, &c. (*ut in carta* 3390) :—TEST. *ut in carta* 3417.

xv. 174.

3392. Apud Striveling, 8 Dec.
REX,—(pro causis in carta 3390 narratis),—ad feodifirmam dimisit JOHANNI GRANT, filio juniori Joh. G. de Freuchy, et heredibus ejus masc.,—4 libratas terrarum de Corrymony, 4 lib. de Morall, 8 lib. de quatuor Mekleis, 40 solidat. de Lochlett, 40 sol. de Auchincamarag, 40 sol. de Deveauch, 20 sol. dimedietatis de Mekle Cluny, et 40 sol. de Petcarillcroy, extenden. in integro ad 27 libratas terrarum in novo rentali, in dominio de Urquhart, vic. Invernes; — quas pro specialibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam et feodifirmam de Corrymony :—REDDEND. 27 libras, et duplicando firmam ad primum introitum heredum, una cum maritagio cum contingeret, ac 6 solidos 8 denarios in regii rentalis augmentationem &c. (*ut in carta* 3390) :—TEST. *ut in carta* 3417.

xv. 175.

3393. Apud Striveling, 15 Dec.
REX confirmavit cartam David Dunbar de Durris,—[qua, ro quadam summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit D. WILLELMO PATRICII (PATERSOUN) rectori de Boleskin, heredibus ejus et assignatis,—terras de Durris, vic. Invernes: —TENEND. de rege in feodo :—RESERVAND. sibi spatium 60 pedum et non ultra super summitate montis vocati vulgariter Tordurris :— TEST. Magistris et Dominis Gawino Dunbar archidiacono S. Andree, Joh. Spens succentore ac officiali Moravien., Tho. Lesly rectore de Kingusy, Baraldo Lesly prebendario S. Egidii de Elgin, David Douglas de Pettindreich, Wil. Douglas, Joh. Terras burgensi de Elgin, D. Don. Thome capellano de Duffous, et M. And. Sinclere vicario de Lagane, notariis publicis :—Apud burgum de Elgin, 26 Oct. 1509] :—TEST. *ut in carta* 3417.

xv. 191.

3394. Apud Edinburgh, 24 Dec.
REX confirmavit cartam Edw. Maxwell de Tynwald ac dom. baronie de Mureith,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit matri sue MARGARETE DOUGLAS, sponse quondam Johannis dom. Carlile, — 40 solidatas terrarum de Blareboy antiqui extentus, per Tho. Clerk et Joh. Maklunfaw occupatas, in baronia de Mureith, vic. Wigtoun :—TENEND. dicte M. durante ejus vita, et post ejus decessum Johanni Carlile ejus filio et heredibus masc. de corpore ejus legit. procreandis, quibus deficientibus, sibi et suis propinquioribus heredibus reversuras, de rege in feodo :—TEST. Wil. et Geo. Maxwell fratribus suis germanis, Pat. Flemyng, Wil. Johnestoun, Joh. Grahame, Wil. Maxwell, Alex. Young, Joh. Gray, et Jac. Young, notariis publicis :—cum subscriptione sua manuali :—Apud Edinburgh, 22 Dec. 1509] :—TEST. *ut in carta* 3373.

xv. 161.

3395. Apud Edinburgh, 24 Dec.
REX confirmavit cartam Edw. Maxwell de Tynwald ac dom. baronie de Mureith,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit matri sue MARGARETE DOUGLAS, sponse quondam Johannis dom. Carlile,—tres libratas terrarum baronie de Mureith antiqui extentus,

viz. 40 solidatas de le Mowr, per Joh. et Nich. Mondwele occupatas, et 20 sol. de Scheilhauch, per Joh. Mure occupatas, vic. Wigtoun :—TENEND. dicte M. pro tempore ejus vite, et post ejus decessum Geo. Carlile ejus filio et heredibus masc. de corpore ejus legit. procreandis, quibus deficientibus, sibi et suis propinquioribus heredibus quibuscunque reversuras, de rege in feodo :—cum subscriptione sua manuali :—TEST. et de data *ut in carta* 3394] :—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 162.

3396. Apud Edinburgh, 28 Dec.
REX confirmavit cartam And. Sandelandis, filii quondam Joh. S. de Hilhouse,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO OLIPHANT, et BEATRICI BLACATER ejus sponse,—4 mercatas terrarum de Estir Hilhouse, quas habuit sibi appreciatas pro 80 mercis per se super quondam Joh. S. de H. fratrem suum recuperatis, vic. Linlithqw : — TENEND. dictis Wil. et B., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. M. Joh. Brady archidiacono S. Andree infra partes Laudonie, M. Joh. Sauchy rectore de Pettary, M. Jac. Ogilvy rectore de Spyne, M. Jac. Currour, M. Mich. de Lacu, Jac. Young, et Joh. Gray, notariis publicis : — Apud Edinburgh, 27 Sept. 1509]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 124.

3397. Apud Edinburgh, 5 Jan.
REX concessit familiari suo WALTERO CHEPMAN burgensi de Edinburgh, et AGNETI COKBURNE ejus sponse,—40 solidatas terrarum antiqui extentus nuncupatas Ewerland, in villa et territorio de Crawmond-regis, vic. Edinburgh ;—quas idem Wil. personaliter resignavit ; — ac terras de Preistfeild, cum tenentibus, &c., juxta communem moram burgi de Edinburgh, vic. antedict. ;—quas Jac. Wardlaw de Ricartoun resignavit :—TENEND. dictis Walt. et A., et ipsorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscunque : —REDDEND. pro Ewirland servitium lavacri debit. et consuet., et pro Preistfeild par cirothecarum die B. Egidii in ecclesia B. Egidii de Edinburgh, nomine albe firme :—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 151.

3398.[1] Apud Edinburgh, 8 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam familiaris clerici sui M. Walteri Drummond decani Dunblanensis,—[qua, cum consensu Jacobi episc. Dunblanen. et capituli ejusdem, pro salute animarum regis, regine, principis Arthuri, sue, Johannis dom. Drummond fratris sui, Elizabethe ejus sponse, proliumque eorum, ac quondam M. Joh. D. decani Dunblanen. avunculi sui, &c., in puram elemosinam concessit ad sustentationem unius capellani perpetui in ECCLESIA CATHEDRALI DUNBLANENSI ad altare B. Nicholai in insula per se nuper reparata inter introitum janue australis et chorum,—annuum redditum 10 mercarum de terris de Estir et Myddil Camschynny, in comitatu de Stratherne, vic. Perth ; ann. red. 13 solidorum 4 denariorum de tenemento Geo. Sinclere in civitate Dunblanen. ex parte australi vici quo itur ad Mentomyre, juxta torrentem vulgariter *Ald Menych Burne* ac de crofta ejusdem Geo. ; tenementum ex parte occidentali vie per quam itur ad Ramule, cum fronte et cauda sicut jacebat, cum parva crofta ad idem spectante ex parte boreali vie prope Homehill ; tenementum ex parte orientali dicte vie, cum fronte et cauda ; domum ex parte occidentali ejusdem vie contiguam oriaustrali parti cimiterii ; tenementum inhabitatum per D. Joh. Frasere capellanum, ex parte australi vici per quem itur ad Mentomyre,

[1] This charter contains also the following names of proprietors of bounding lands :—Joh. Baxtare, Wil. Kemp, Joh. Drummond, Sir Joh. Kyngoure chaplain, umquhile Sir Joh Mersar, Sir Wil. Drummond, Joh. Dawsoun, Sir Rob. Braidfute.

in dicta civitate; necnon terras suas de Quhitehill, in dominio de Glendovene-Lindesay, vic. Perth, cum communi pastura, quas tenuit de Pat. dom. Lindesay de Byris sub reversione summe 100 mercarum; ita quod post relaxationem dict. terrarum prefata summa disponeretur super aliis terris aut annuis redditibus dicto altari applicandis:—TEST. Jac. episc. Dunblanen., Magistris et Dominis Walt. Forbes, Jac. Belsis, et Jac. Wilsoun, dicte ecclesie canonicis, Joh. Cheisholme vicario de Dunnyn, et Jac. Suthirland curato:—Apud civitatem Dunblanensem, 22 Sept. 1509]:—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 152.

3399. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX confirmavit WILLELMO DOMINO LEVINGSTOUN, et AGNETI HEPBURN ejus sponse,—terras duarum partium de Calen et Calendrath, vic. Perth; binas partes terrarum et baronie de Cultir, cum advocatione et donatione ecclesie de C., vic. Lanark; et 33 solidatas 9 denariatas terrarum de Cragstoun, in territorio de Kilsith, vic. Striveling;—quas idem Wil. resignavit:—TENEND. dictis Wil. et A., et eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Wil. quibuscunque:—TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 98.

3400. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REX concessit WALTERO KYNNARDE, filio Thome K. de Cowbyn,—terras et baroniam de Cowbyn, cum tenentibus, &c., vic. Fores;—quas dictus Tho. resignavit:—TENEND. dicto Walt. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xv. 165.

3401. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX concessit PATRICIO AGNEW vicecomiti de Wigtoun, heredibus ejus et assignatis,—terram sive tenementum in burgo de Wigtoun, olim pertinen. Gilb. Wricht alias Makmurrary bastardo nato, postea quondam D. Johanni W. capellano filio et heredi dicti Gilb., et tunc regi tanquam ejus ultimo heredi:—REDDEND. firmam burgalem:—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 156.

3402. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX,—quia literis directis vicecomiti de Striveling ad distringendum Alex. Cunynghame de Polmais militem, et Rob. C. ejus filium et heredem apparentem, pro 152 libris 8 mercis regi debitis,—terre subscripte, per dictum Rob. in feodo et dict. Alex. in libero tenemento de rege in capite tente, pro dicta summa appreciate fuerunt et regis familiari Rob. Colvile de Uchiltre tanquam regis assignato vendite;—igitur concessit dicto ROBERTO COLVILE, et ejus heredibus,—terras de Estir Polmais, cum piscaria, extendentes ad 50 solidatas antiqui extentus, in baronia de Polmais, vic. Striveling;—salvo Dunc. Forestare de Gardene militi libero tenemento pro 5 annis secundum tenorem appreciationis ei desuper confecte;—et voluit rex quod dicti Alex. et Rob., et eorum heredes, haberent regressum, quandocunque dictam summam, &c. persolverent infra septennium:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvi. 8.

3403. Apud Edinburgh, 29 Jan.
REX confirmavit cartam M. Alex. Ogilvy de Cardale,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI OGILVY de Skatterty, filio naturali Joh. O. de Myltoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ardmaly, Mydculveys, Torrax, et Muralehous per Gilb. Turtre occupat., in baronia de Abirkerdoure, vic. Banf:—TENEND. de rege in feodo:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. O. patri, de consensu Joh. O. filii:—TEST. M. Walt. Ogilvy fratre suo, M. Alex. Ogilvy in Glassauch, D. Malcolmo Mortimare capellano, Geo. Craufurd, et Wil. Tarbat:—cum subscriptione sua manuali:—Apud Edinburgh, 27 Jan. 1509]:—TEST. *ut in carta* 3373. xv. 159.

3404. Apud Edinburgh, 3 Feb.
REX concessit ALEXANDRO LEVINGSTOUN, filio et heredi apparenti Wil. dom. L., et ejus heredibus,—terras et baroniam de Kalendare, cum castro, tenentibus, &c.,

terras de Erth, Kilsith, Polmais, Levilandis, et Croft-federale, cum tenentibus, &c., vic. Striveling; dimedietatem terrarum et baronie de Cultir, cum tenentibus, &c., vic. Lanark; terras de Calen, Calentreth, et Dowglas, cum pendiculis, *le owtsettis*, tenentibus, &c., vic. Perth; cum advocationibus et donationibus ecclesiarum de Monyabro, Cultir, et Slamannane;—quas dictus Wil. resignavit; et quas rex incorporavit in unam liberam baroniam de Calendare:—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret; ac libero tenemento binarum partium de Calen, Calendrath, ac duarum partium de Cultir, cum advocatione et donatione ecclesie de Cultir, et 33 solidatis 9 denariatis de Cragstoun in Kilsith, Agneti Hepburn sponse dicti Wil.:—TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 99.

3405. Apud Invernys, 4 Feb.

REX concessit CRISTINE SUTHIRLAND, filie Hugonis S. de Tarbull, et JOHANNI STEWART ejus sponse advenienti,—terras de Thurball, in comitatu de Suthirland, vic. Invernys;—quas dictus Hugo resignavit:—TENEND. dictis Cristine et Joh., ac eorum alteri diutius viventi, et heredibus (inter ipsos legitime procreatis), quibus deficientibus, heredibus dicti Hugonis quibuscunque reversuras:—TEST. *ut in carta* 3361.

xv. 138.

3406. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REX concessit ALEXANDRO DOMINO HUME, magno camerario suo ac gardiano orientalium et mediarum marchiarum regni versus Angliam,—terras et baroniam de Hume et Dunglas, cum castris, fortaliciis, advocatione, donatione et jure patronatus prepositure et prebendarum ecclesie collegiate de Dunglas, cum pendiculis, molendinis, multuris, tenentibus, &c.; terras de Susterpeth, Kello, Chirnsyde, cum molendinis, advocatione et donatione ecclesie ejusdem, 20 terras husbandias de Lethame contigue jacen. alias nuncupat. le Volt, terras de Leyhous, 4 mercatas in villa de Lethame que pertinebant quondam Edw. Redpeth, terras de Howlawis, Manderstoun, 6 mercat. de Mersingtoun vocat. le Plewland, 6 mercatas de Hassingtoun, terras et baroniam de Ester Upsidlingtoun, cum piscaria de Halyweill in aqua de Tweda, ac omnibus aliis piscariis infra dictam baroniam, advocatione et donatione ecclesie de Upsidlingtoun, terras de Todrik, Betscheill, duas terras infra territorium de Duns vocat. Panlaurig, terras de Foulschotlawis, vic. Berwik; terras et baroniam de Hassingdane cum pendiculis, tenentibus, &c., terras de Apiltrehall, terras et baroniam de Broxfeild cum molendinis, tenentibus, &c., vic. Roxburgh; dimedietatem terrarum de Inveralloun, dimed. molendini earundem, vic. Striveling; terras et baroniam de Hownum-manys, Over Chatto, Over Craling, cum manerio et molendinis earundem, terras de Lyn, vic. Roxburgh; terras et dominia de Ewisdale cum tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum superioris et subterioris earundem, ac terras de Fiddiltoun, Blakhall, Glenvorane, Glenrauchane, Hardway, Mospaul, Unthank, Mospeble, ac omnes alias terras infra dict. dominium de Ewisdale et vic. Drumfreis; necnon terras dimed. de Maw, vic. Fyffe; quas omnes, exceptis dimed. de Maw, Hassingdane et Apiltrehall, idem Alex. personaliter resignavit, et quam dimed. de Maw Walt. Strang de Petcorthy resignavit, et que terre de Hassingdane et Apiltrehall fuerunt ejusdem Alex., et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem;—et quas omnes rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Hume:—TENEND. Hume, Dunglas, Susterpath, et Kello prefato Alex. et ejus heredibus masc. legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque cognomen et arma de Hume gerentibus; ceteras terras, &c., dicto Alex. et ejus heredibus quibuscunque:—REDDEND. pro Hume, Dunglas, Susterpeth, et Kello unum denarium argenti nomine albe firme; pro ceteris terris, &c., ad tria placita capitalia cujuscunque vic. ubi dicte terre jacebant unam sectam, ac wardam, &c., cum contingeret:—TEST. 30. 42. 57. 48. 91. 60.

xv. 163.

3407. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit MARGARETE PETCARNE sponse quondam David Murray, in vitali redditu, et ejus filio PATRICIO MURRAY, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum feminarum absque divisione, in feodo,—terras de Uchtirtire et Correglen, in dominio et senesc. de Stratherne, vic. Perth : — Tenend. cum piscationibus, exceptis salmonibus, *le keppir*, et *smoltis*, cum carbonariis, reddendo regi decimum onus carbonum quos ipsos lucrari contingeret : — Reddend. pro Uchtirtire, tunc extenden. ad 16 libras, summam 20 lib. cum parte martarum debit. et consuet. ; pro Correglen, tunc extenden. ad 6 lib., summam 8 lib. cum parte martarum debit. et consuet.; ac solvend. duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret ; — necnon edificando et sustinendo sufficientem mansionem de lapide et calce, cum aula, camera, orreo, bostari, stabello, columbario, pomeriis, ortis, apium custodibus dictis *le be-hivis*, cum cepibus et plantatione quercuum, &c., stagnis, pontibus pro ligeorum passagio ;—et si contingeret eos de murthuro, communi furto, aut voluntaria receptatione communis furti convictos fore, ipsi feodifirmam forisfacerent, &c. ;—ac etiam inveniendo pro qualibet 10 librata duos equestres unum eorum cum lancea, cum uno equo onerativo ad faciend. regi servitium in guerris et exercitibus quum requisiti forent ;—necnon solvendo multuras, &c. ; et non liceret eis accedere in exercitum dictum *le oisting*, cum aliquibus aliis nisi cum rege aut regis locumtenentibus; nec alienare dictas terras in toto vel in parte absque licentia regis :—Test. "*ut in aliis cartis.*" xvi. 95.

3408. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REX ad feodifirmam concessit LUCE BRUCE, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori de heredibus femineis absque divisione, — terras de le Myltoun, extenden. tunc ad 8 libratas, in dominio de Stratherne, vic. Perth :—Tenend. (*ut in carta* 3407):—Reddend. 10 lib., cum parte marte debita et consueta, nomine feodifirme ; ac duplicando firmam ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent ;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407) :—Test. *ut in carta* 3586. xvii. 80.

3409. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit DORMUNDO MAKFERSANE, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,— terras de Duchra-Estir alias Blairbaith, Strauthneawane, Gertnamuk, Drumtone, et Straanduchra, extenden. tunc ad 6 libras 13 solidos 4 denarios, et 13 *le Weddeis* ferri, in dominio et senesc. de Menteith, quas Wil. Stewart et ejus filius prius in assedatione habuerunt :—Tenend. (*ut in carta* 3407):—Reddend. 13 lib. 6 sol. 8 den., una cum 13 *le Weddeis* ferri aut 33 sol. 4 den.; ac duplicando firmam ad primum introitum heredum ; una cum maritagio cum contingeret ;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407) : —Test. *ut in carta* 3417.
xv. 176.

3410. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit WALTERO BUCHQUHENNANE in libero tenemento, et DUNCANO BUCHQUHENNANE ejus filio et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in feodo,—terras de Leonach, ad 4 libras tunc. extenden., et Garrauchty, ad 53 solidos 4 denarios tunc extenden., in dominio de Buchquhidder, vic. Perth :—Tenend. (*ut in carta* 3407):—Reddend. pro Leonach 12 lib., una cum martis debit. et consuet., et pro Garrauchty 8 lib.; ac solvendo duplum dicte firme ad primum introitum heredum, una cum maritagio cum contingeret;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—Test. *ut in carta* 3417.
xv. 177.

3411.[1] Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit DUNCANO BUCHQUHANNANE, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum

[1] A boll of barley and one sheep are reckoned in this charter as equal to 6s. 8d. in money.

fem. absque divisione,—terras de Cambusbeg, ad 40 solidos tunc extenden., et Correquhorumby, ad 33 sol., unam bollam ordei, et unum mutonem tunc extenden., in dominio de Buchquhidder, vic. Perth:—TENEND. (*ut in carta* 3407) :—REDDEND. pro Cambusbeg 4 libras una cum martis debita et consuet., pro Correquhorumby 4 lib. 16 sol. 8 den. cum parte martarum debit. et consuet., in augmentationem regii rentalis ad summam 4 lib. 16 sol. 4 den.; ac solvendo duplum dicte firme ad primum introitum heredum, una cum maritagio cum contingeret;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—TEST. *ut in carta* 3417.

xv. 178.

3412. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REX ad feodifirmam dimisit M. WILLELMO SINCLERE, et ejus heredibus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—terras de Bankis de Row, tunc extenden. ad 4 libras 13 solidos 4 denarios, 3 celdras avenarum, et 12 pultrias, in senesc. Menteith, vic. Perth,—cum ista conditione quod Agnes Banx gauderet sua parte hujusmodi terrarum quam tunc occupabat pro tempore vite sue :—TENEND. (*ut in carta* 3407) :—REDDEND. 13 lib. 6 sol. 8 den. cum parte martarum pro firma avenis et pultriis de eisdem debitis; et duplum dicte firme ad heredum primum introitum, cum maritagiis cum contingerent; —necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407): —TEST. "*ut in cartis precedentibus.*"

xviii. 159.

3413. Apud Striveling, 7 Feb.

REX confirmavit cartam Archibaldi com. Angusie, &c., — [qua, — pro impletione decreti arbitralis inter se et Jonetam Kennedy filiam quondam Johannis dom. K. promulgati, — et pro renunciatione terrarum et baronie de Braidwod, cum turre et fortalicio ejusdem ac tenandria de Heuidis ac annuo redditu 13 solidorum 4 denariorum de ipsa tenandria, cum jure patronatus hospitalis S. Leonardi prope burgum de Lanark, necnon terrarum et baronie de Craufurd-Lindesay cum castro et fortalicio ejusdem, cum tenentibus, &c., ac donatione capelle seu capellaniarum dicte baronie, ac etiam terrarum de Dunsiar, Kettilschele, foreste de Dye, terrarum de Handaxwod, Trottanschaw, Horsehop, et Birecleuch, unitarum baronie sue de Boithuile, vic. Lanark, —concessit dicte JONETE KENNEDY, in vitalem redditum,—terras baronie seu dominii de Boithuile, cum castro et fortalicio ejusdem, ac donatione capelle sive capellaniarum dicte baronie, vic. Lanark,— exceptis dictis terris de Dunsiar, &c.:— REDDEND. dicto com. 6 solidos 8 denarios nomine albe firme :—TEST. M. Gawino Douglas filio suo preposito ecclesie collegiate B. Egidii de Edinburgh, M. Tho. Boid rectore de Carmichell, Tho. Corry de Keldwod, Alex. Boid, Edw. Wauch, et D. Wil. Broune capellano:—cum subscriptione sua manuali :—Apud Edinburgh, 7 Feb. 1509, hora quarta post meridiem]: —TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xvi. 22.

3414. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REX confirmavit cartam Wil. Menteith de West Kerse militis, dom. baronie ejusdem, —[qua concessit WILLELMO STRIVELING de Cader, heredibus ejus et assignatis, —terras de Ouchiltreis cum manerio et molendino earundem, in dicta baronia, vic. Striveling, — pro gratitudinibus, &c. ;— quas idem Wil. S. de dicto Wil. M. tenebat; et dicta baronia in regis manibus recognita fuit, et dictus Wil. M. cum thesaurario composuit et infeodationem obtinuit cum licentia ad infeodandum suos tenentes :—REDDEND. dicto Wil. M. wardam et relevium cum contingeret, necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictam baroniam: —TEST. Rob. Menteith filio suo, Rankino Menteith, Wil. Menteith, M. Joh. Striveling, Rob. Striveling, et Wil. Hammiltoun :—Apud Edinburgh, 7 Feb. 1509]: —TEST. *ut in carta* 3417. xv. 183.

3415. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REX confirmavit cartam Alex. Innes de eodem,—[qua, pro quadam summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ROBERTO MURRAY de Foquhaberis, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Brandistoun, in comitatu Murravie, vic. Elgin, et baronia de Innes :—TENEND. de rege in feodo :—

TEST. Rob. Innes de Rotnakenze, Tho. Innes de Elrig, Alex. Dun, Rob. Jamesone, Rob. Innes filio Roberti I. in Kokistoun, Alex. Youle :—Apud Elgin, 13 Aug. 1508]: —TEST. *ut in carta* 3417. xv. 213.

3416. Apud Striveling, 20 Feb.
REX concessit ALEXANDRO COMITI DE HUNTLIE dom. Baidyenach, et ejus heredibus,—terras de Reidpeth, Nethir Reidcleuch, Wolstruther, Quykiswod, et Spottiswod, que fuerunt tenandrie dominii de Gordoun; et remanentiam dicti dominii, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione capellanie B.V.M. de Huntlie nuncupat. *le Chantory*, vic. Beruik;—quequidem tenandrie fuerunt dicti Alex. de rege tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu; et remanentiam dicti dominii idem Alex. personaliter resignavit;—et quas tenandrias rex iterum univit dicte remanentie, et creavit omnes simul in unam liberam baroniam de Gordoun :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Berwik, necnon wardam, &c., cum contingeret :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 198.

3417. Apud Edinburgh, 21 Feb.
REX concessit JOHANNI MAILVILE, et ejus heredibus,—binam partem terrarum de Baldovy, ac terras de Disart cum tenentibus, &c., una cum piscariis dictarum terrarum in aqua de Southesk, vic. Forfare;—quequidem fuerunt dicti Joh., et in manibus regis recognite erant ob alienationem majoris partis earundem absque consensu; —et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Disart :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfare, necnon wardam, &c., cum contingeret :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. 30. 99. 42. 57. 84. 48. 91. 60. 89. xv. 170.

3418. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX concessit familiari suo ADE HEPBURN de Craggis, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Dunloppis, cum molendino, tenentibus, &c., advocatione et donatione ecclesie et capellaniarum dicte baronie, vic. Forfare;—quas Georgeus com. de Rothes dom. Leslie resignavit :—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 190.

3419. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit et quitteclamavit ANDREE DOMINO GRAY justiciario suo, et ejus heredibus,—rupem de Bruchty, cum terris de B., castro, fortalicio, domibus, edificiis et piscaria earundem, vic. Forfare; —quequidem fuerunt dicti And. per resignationem Archibaldi comitis Angusie, et quas idem And. resignavit :—TEST. *ut in carta* 3417. xv. 212.

3420. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX, pro bono servitio, concessit JOHANNI DOMINO MAXWELL, et ejus heredibus,—terras de Gordonstoun, extenden. ad dimedietatem terrarum de Glenkene nuncupat. Bennahede, Akede-nenchu, Knokneman, Strowkawin, et Hottirduskane, cum molendino granorum de Bonnahede, lacu et messuagio de Lochinvire, ac terras de Grenane, cum molendino, senesc. Kirkcudbrycht;—que fuerunt dicti Joh. in tenandria, per ipsum tente de rege in alba firma, et de ipso Gordonstoun per Joh. Gordoun de Lochinvere, et Grenane per Alex. Stewart de Garrules militem; et que omnes in manibus regis ob alienationem absque consensu recognite fuerunt;—et quas rex incorporavit in unam liberam baroniam de Grenane : — REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—cum licentia ad infeodandum dictos tenentes :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvi. 10.

3421. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit cartam Mathei com. de Levenax, &c.,— [qua concessit ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE, &c., fratri suo in lege, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Garlokhede, extenden. ad 4 mercatas antiqui extentus, in comitatu de Levenax, vic. Dunbertane,—in plenariam solutionem reste summe 2000 mercarum causa dotis promisse per quondam Johannem dom. Dernlie suum patrem quond. Colino com. de Ergile, et tunc per se ut

heredem dicti Joh. dicto Arch. ut heredi et executori dicti Col. ac cessionario aliorum executorum debite :— Reddend. dicto Mat. unum denarium nomine albe firme :—Test. Jacobo Glasguen. archiepisc., Hugone com. de Eglingtoun, Joh. Culquhone de Luse, Joh. Stringling de Cragbarnarde, militibus, Joh. Campbelle de Ardkinglas, et M. Jac. Henrisoun clerico justiciarie generali :— Apud Edinburgh, 1 Feb. 1509] :—Necnon aliam cartam ejusdem,—[qua, in partem solutionis reste ejusdem summe, concessit eidem Archibaldo comiti de Ergile, &c., heredibus ejus et assignatis,— terras suas de Crag-neilstoun, extenden. ad 5 libratas ant. ext., in baronia et vic. de Renfrew :—Reddend. dicto Mat. unum denarium nomine albe firme :—Test. et de data *ut supra*] :—Test. "*ut in aliis cartis.*"

xvi. 78.

3422. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit familiari suo ALEXANDRO COKBURNE, filio et heredi apparenti familiaris sui Wil. C. de Langtoun militis, camere sue hostiarii principalis, et heredibus dicti Alex.,—terras et baroniam de Langtoun, cum molendino, tenentibus, &c., vic. Beruik; necnon terras et baroniam de Cariddin, et molendinum nuncupat. le Loch-myll de Linlithqw, cum tenentibus, &c., vic. Linlithqw, una cum officio principalis hostiarii regis, capiendo de rege ac domicilii regii servitoribus liberationem quotidie pro ipso cum duobus armigeris et duobus architenentibus cum eorum equis et servitoribus pro custodia earundem;—quas dictus Wil. personaliter resignavit; et quas baronias rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Langtoun, cuiquidem univit dictum officium ut esset dependentia dicte baronie :—cum potestate creandi liberum burgum in baronia infra dictas terras de Langtoun, et habendi crucem et forum singulis ebdomadis ac nundinas publicas bis in anno, cum aliis privilegiis sicut dicto Alex. placeret,—proviso quod burgenses aliis privilegiis non uterentur nisi que eisdem per dictum Alex. et ejus heredes data forent :—Reddend. unum denarium argenti nomine albe firme :— Reservatis libero tenemento dicto Wil., necnon rationabili tertia ejus sponse cum contingeret, cum libero tenemento terrarum de Stobbis-wod, le Craiyis et Stokfute, ejus sponse reservato :—Test. *ut in carta* 3373.

xv. 166.

3423. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX concessit ANDREE HERING de Glasclune, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Glasclune, cum pertinen. et pendiculis proprietatis ejusdem, viz. terras dominicales, manerium et fortalicium de G., Estir G., Westir G., Cochrich, Over Balcarne, Balbirdo (sive Barburdo), dimedietatem de Over Fornocht, dimed. de Ballany et Cothill, cum molendinis granorum et molendinis fullonum, una cum tenentibus, &c., viz. terras de Balkely, Nethir Balkarne, Calbridistoun alias Litil Burnebane, Estir Fornocht, Westir Fornocht, dimed. de Over Fornocht, et dimed. de Ballany; terras de Lethindy, cum jure patronatus, advocatione et donatione capellanie B.V.M. infra ecclesiam de Lethindy, terras de le Kirktoun, Pettindreich, et Blakloch, cum molendinis, vic. Perth,—exceptis terris de Balkele jacen. infra vic. Forfare,—ac etiam terras de Tulibole, cum molendinis, pendiculis, tenentibus, &c., vic. Fyffe;—quequidem baronia de Glasclune fuit dicti And., et ob alienationem majoris partis earundem in manibus regis recognita fuit; et quas terras de Lethindy, &c., idem And. personaliter resignavit;—et quas omnes rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Glasclune :—Reddend. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, una cum wardis, &c., cum contingeret :— cum licentia ad infeodandum tenentes baronie de Glasclune :—Test. *ut in carta* 3373.

xv. 168.

3424. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REX confirmavit WILLELMO HAY de Lochboy (Lochloy), et ejus heredibus,— terras de Lochloy cum molendino, Park, Incheoch, Knoknakilze, et Urchny, vic. Narne;—quas idem Wil. resignavit; et quas rex pro singulari favore incorporavit in unam liberam baroniam de Lochloy :—Test. *ut in carta* 3373.

xv. 169.

3425. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX ad feodifirmam dimisit Patricio Forestare aldermanno, Willelmo Inglis et Johanni Maklellane ballivis, ac toti comunitati BURGI DE KIRKCUDBRYCHT, et eorum successoribus,—terras nuncupat. le Castell-manys de K., tunc extenden. ad 40 solidatas, prope dictum burgum, in senesc. de Kirkcudbricht, vic. Drumfreis :—REDDEND. 40 solidos, et ultra 20 sol. in regii rentalis augmentationem : —TEST. *ut in carta* 3373. xv. 167.

3426. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REX confirmavit JOHANNI DOMINO FORBES, et CRISTINE LUNDIN ejus sponse,—terras et baroniam de Fudes, vic. Abirdene ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et C., ac eorum alteri diutius viventi, in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in carta* 3417.
xv. 172. et 199.

3427. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX concessit familiari suo servitori WILLELMO SCOTT de Balwery militi, et ejus heredibus,—terras de Strathmiglo, alias nuncupat. Eglismartin, cum manerio, fortalicio, terris dominicalibus et molendinis earundem, Estir et Westir Pitlour, Auchnary, Carncatt, Kilgour, Hairhope, Drumduff, Rauchmakgallyn, cum molendinis earundem, Duray, Pitscotty cum molendino, Callinch, Keirnys, cum molendinis, tertiam partem de Pitfurane, cum principali messuagio earundem ;—quequidem terre de Westir Pitlour et Auchnary fuerunt David Scott de Westir Pitlour, fratris dicti Wil., et cetere terre fuerunt dicti Wil., et omnes in manibus regis ob alienationem majoris partis earundem recognite fuerunt ;—ac etiam tertiam partem baronie de Seres, viz. villam de S., Craghall cum principali messuagio de C., Balquhy, Baltuly, Kingarrat, et tertiam partem molendini de S., terras de Burnschelis, Dempstartoun, Kilboisland, Scolloland, Drumreichlak, Langisland vocat. le Ward, et Redy, cum molendino de Dempstartoun, cum pendiculis, *le owtsettis*, tenentibus, &c., vic. Fyffe ;—quas idem Wil. personaliter resignavit ;—et quas omnes rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Strathmiglo ; — cum potestate erigendi villam de Strathmiglo in liberum burgum in baronia, cum cruce et foro ebdomadatim, et nundinis publicis bis in anno, et cum aliis privilegiis sicut dicto Wil. placeret, — ac cum potestate rodas, toftas et tenementa in feodifirma ac burgagio assedandi, quoscunque artifices, &c., habendi,—salvis regi custumis ;—proviso etiam quod ballivi, &c., dicti burgi nullo alio privilegio uterentur nisi eis que per dict. Wil. et ejus heredes condonata forent :—REDDEND. unam communem sectam ad curias vic. de Fyffe, que ad voluntatem regis esset adjudicator, viz. *le dempstare*, in dictis curiis ; cum wardis, &c., cum contingerent ;—proviso quod quotiens contingeret dictam baroniam cadere in warda, burgenses dicti burgi minime essent amoti a tenementis, sed persolverent regi firmam burgalem :—insuper concessit dictis burgensibus wardam et nonintroitum quos cadere contingeret super burgo, toftis, tenementis, rodis aut ortis ejusdem, quantum in feodifirma assedaretur dictis burgensibus, —solvendo regi firmas burgales ;—ulterius, non liceret regi removere inhabitantes de tenementis tempore warde seu nonintroitus, nec de eisdem magis percipere ;—ac etiam rex pro bono servitio concessit dicto Wil. et heredibus totum suum juris titulum ad dictas terras et baroniam, specialiter non obstante forisfactura quondam Murdaci ducis Albanie :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. *ut in carta* 3531.
xvi. 25.

3428. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REX concessit et pro bono servitio quitteclamavit DAVID MURRAY burgensi de Abirdene, et ejus heredibus,—piscariam dimedietatis unius rethis in vadis vulgariter nuncupatis *le furdis* aque de Dee, vic. Abirdene ;—quam Wil. M. filius et heres dicti D., qui eandem de rege in libero burgagio tenuit tanquam dependentiam de Rubislaw, resignavit :—TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 100.

3429. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX concessit ROBERTO LUMMISDENE de Maidlare, et ejus heredibus,—terras de Fowlis-Mowat cum molendino, Knokreauch et Balchemy ac molendinum earundem, in baronia de Quysny, vic. Abirdene ;—que terre, &c. de Fowlis-Mowat fuerunt dicti Rob., tente de Georgeo com. de Rothes ut terre annexate baronie de Ballinbreich ; et cetere terre fuerunt dicti Geo. ut una pars baronie de Quysny annexate baronie de Ballinbreich, de rege tente per servitium warde et relevii; et omnes in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu ;—et dictus Rob. thesaurario persolvit pro compositione dictarum terrarum summam 300 mercarum :—Tenend. de rege quousque dictus comes vel heredes ejus in dictis terris et baroniis infeodati forent, et dictum Rob. infeodarent; et deinde Tenend. de dicto comite tanquam barone de Ballinbreich et Quysny : —Reddend. interim annuatim regi unam sectam in curia capitali vic. de Abirdene post festum S. Michaelis tenend., necnon wardas, &c., cum contingerent :—Test. *ut in carta* 3586.

xvii. 84.

3594. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX concessit CUTHBERTO COMITI DE GLENCARNE, et MARIOTE DOWGLACE ejus sponse, ac eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et WILLELMO CUNYNGHAIM eorum filio et heredi apparenti, et ejus heredi bus, in feodo,—terras comitatus et baronie de Glencarne, viz. in proprietate terras de Auchin(c)ane, Lochquhir, Darnangill, Manquhirnane, Kirkcubre, Uver (et Nether) Glencorse, duas mercatas terrarum de Cragnestoun, Powrane, Conrait, Mynnisgrill ; et in tenandriis terras de Glenneslane, Soundevell, (Scalistoun), Bardannoch, Crechane, Stronchilloch, Drunloch, Dalmacurane, Glen-jaine, Dalquhot, Collegawpoch, Trorarane, Mannulloch, Cormyligane, Marganyd, Corrochdow, Blaroch, Benbowy, Stronbay, Uvercorrochdowis, Nethercorrochdowis, Craggannoch, Cadiltach, Neis, Brigend, Stronemelygane, Awpyn, Markmanny, Clochquhannoch, Kirkconnell, Croglingmask, Queatstoun, Lawn, Stanehous, Thristemark, Margmalloch, Tanelagoch, Margwastane, et Margragoch, cum tenentibus, tenandriis, *le owtsettis*, libere tenentium servitiis, advocationibus et donationibus ecclesiarum earundem ;—que fuerunt dictorum Cuthberti, &c., et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu ;—et quas rex, pro bono servitio, incorporavit in liberos comitatum et baroniam de Glencarne, ac villam et mansionem in terris de Darnangill, prope ecclesiam de Glencarne, voluit esse principale messuagium ejusdem :—Reddend. annuatim unum par calcarium deauratorum, nomine albe firme :—cum licentia ad infeodandum libere tenentes : —Test. *ut in carta* 3586.

xvii. 86.

3595. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX, de consensu Geo. Creichtoun burgensis de Striveling, ad feodifirmam dimisit familiari suo JOHANNI STRIVELING de Keir militi,—terras de Balcarras, prius extenden. ad 7 libras 6 solidos 8 denarios, 2 celdras frumenti, 2 celdras 4 bollas ordei, 24 capones, 48 pultrias; necnon molendinum de B., prius extenden. ad 40 sol., 1 celd. 2 bol. ordei, et 24 capones, in dominio et vic. de Fyffe :—Tenend. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori de heredibus fem. absque divisione : —Reddend. annuatim 25 lib. 14 sol. 7 den., 1 celdram 5 bollas 2 furlotas ordei, 2

pectas frumenti, 2 celd. 8 bol. 3 furl. ordei, 48 capones et 48 pultrias; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum; necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—Test. *ut in carta* 3586. xvii. 90.

3596. Apud Edinburgh, 24 Jul.
REX ad feodifirmam dimisit ADE COMITI DE BOITHUILE, et ejus heredibus,—terras et locos foreste de Fernichope, Kirksteid, Dryhop, et dimedietatem de Henwell, in warda de Yarow, foresta et dominio de Ettrik, vic. Selkirk:—Reddend. annuatim 80 libras, in augmentationem regii rentalis ad summam 10 lib:—Test. *ut in carta* 3619. xvii. 121.

3597. Apud Edinburgh, 26 Jul.
REX concessit et quitteclamavit ALEXANDRO HUME de Polworth, et MARGARETE CREICHTOUN ejus sponse, —terras de Brygeamschelis, extenden. ad 30 mercatas terrarum, vic. Beruik;—quequidem fuerunt appreciate personis subscriptis pro certis summis super dictum Alex. ut filium et heredum quondam Pat. H. de Polworth militis recuperatis, viz. 10 mercate David Hume de Weddirburn militi, 10 mercate Phil. Nesbitt de eodem, et 10 mercate quondam Hen. Haitlie de Mellostanis qui eas concessit nepoti suo Hen. H.; et quarum dicti David, Phil., et Hen. junior cum consensu M. Cuthberti Balye rectoris de Sanchare sui tutoris, pro solutione sibi facta de dictis summis per dictum Alex., suam quisque partem resignaverunt:—Tenend. dictis Alex. et M., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque:—Reddend. unam sectam ad curiam capitalem vic. de Beruik post festum S. Michaelis tenend., necnon wardam, &c., cum contingerent:—Test. "*ut in aliis cartis.*" xvii. 56.

3598. Apud Edinburgh, 27 Jul.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Johannis dom. Drummond,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit Willelmo episc. Abirdonen. cancellario Universitatis Abirdonen., et ejus successoribus, ad sustentationem unius prebendarii in artibus magistri in theologia studentis ac continuo residentis in NOVO COLLEGIO UNIVERSITATIS ABIRDONENSIS,—partem suam terrarum de Dunlugus et Meredene, vic. Banff:—Tenend. de rege juxta tenorem carte admortizationis desuper et confirmationis conficiende:—Test. And. Elphinstoun de Selmys, Joh. Drummond filio suo, Walt. Drummond, Magistris Alex. Spittale, Walt. Drummond, et David Grundestoun: —cum subscriptione sua manuali:—Apud Edinburgh, 24 Jul. 1511]:—Test. *ut in carta* 3567.. xvii. 23.

3599. Apud Edinburgh, 27 Jul.
REX confirmavit cartam Alexandri com. de Huntlie, &c., factam ELIZABETH GRAY DOMINE GLAMMYS,—de terris et dominio de Strathowin, cum castro et fortalicio de Drummyn, piscationibus et molendinis, vic. Banf; et de terris de Obyn et Glenmuk et Glentannyr, cum mansione de Lochcanmour, lacu ejusdem, omnibus piscationibus et molendinis in dictis terris existen., ac de terris de Balhenny, 3 quarteriis de Esse, New-mardrom, Auld-mardrom, Scordarg, Ardlony, Smythistoun, Noth, Kirknee, Mytas, Coldrane, Drumquharg, Over-Dunbulge, Tulloch, Quhirrochquhy, et Cormerylawir, cum molendinis et piscationibus earundem, in baronia de Straithbogy:—Tenend. de rege in vitali redditu:—Test. *ut in carta* 3586. xvii. 87.

3600. Apud Edinburgh, 29 Jul.
REX confirmavit et quiteclamavit WILLELMO LESLIE de Balquhane,—terras de Balquhane, le Nethertoun de Knokinblew, le Auldtoun de Knokinblew, 4 bovatas terrarum de Harlaw, terras de Selvye, Lochtillach, Quhitecors, et Knokalloquhy cum molendino, 2 bovatas de Ressavate, binam partem de Warderis-Flemyng, binam partem de Wrais, terras de Syde cum molendino, *le Alehous* ejusdem, terras de Seguyden et Erlisfeild, in regalitate de Gariauch, vic. Abirdene;—quas idem Wil. personaliter resignavit; et quas rex, pro bono servitio,

incorporavit in unam liberam baroniam de Balquhane :—TENEND. dicto Wil. et ejus heredibus in antiqua infeodatione, predecessoribus ejus per comites de Mar data et per Jacobum I. confirmata : — REDDEND. annuatim regi unam communem sectam in curiis vic. de Abirdene, una cum wardis, &c., cum contingerent:— TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 95.

3601. Apud Edinburgh, 30 Jul.
REX,—quia direxerat literas Jac. Stewart vicecomiti deputato de Banff, ad distringendum Alex. Innes de eodem pro 40 libris super eum per Willelmum episc. Abirdonen recuperatis pro secundis decimis baronie de Abirkerdour, ecclesie cathedrali Abirdonen. per antiquam fundationem David regis Scotorum debitis, et defectu bonorum mobilium terre subscripte die Veneris 25 Apr. 1511 pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto episc. vendite ;—igitur concessit dicto WILLELMO EPISCOPO ABIRDONENSI, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem terrarum de Myresyde, extenden. ad 40 solidatas terrarum, vic. Banf :—REDDEND. unam sectam ad curiam capitalem vic. de Banf, post festum S. Michaelis tenend., necnon wardam, &c., cum contingerent : — et voluit rex quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 93.

3602. Apud Edinburgh, 31 Jul.
REX confirmavit cartam Joh. Ogilvy de Laveroklaw, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit THOME DOMINO FRASERE DE LOVET, heredibus ejus et assignatis,— terras suas de duabus Moys vulgariter nuncupat. Ardranich, ac quartam partem de Munchrow, sextam decimam partem de Inglistoun, quartam partem de Fopochye, octavam partem de Dawoch et Belladrum et dimediam partem crofte de Doun, cum piscariis de *le yaris*, cum tenentibus, &c., in dominio de Bewfort in le Ard, vic. Invernys :—REDDEND. regi wardam et relevium cum contingeret, cum servitio debit. et consuet.: —TEST. Rob. Gray filio domini de Gray, Roderico Makkenze, Tho. Huntar, Arch. Makmurisoun, Wil. Murray, Wil. Fentoun, Tho. Fraser Alexandersoun, armigeris, D. And. Cuthbert vicario de Wardlaw, D. Joh. Bard, et D. Nycholayo Barchan notario publico : — Apud ecclesiam parrochialem de Wardlaw, 14 Jun. 1511] :— TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 23.

3603. Apud Edinburgh, 1 Aug.
REX confirmavit cartam Joh. Lindesay de Colvintoun, — [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit M. JACOBO HEPBURNE rectori de Dalry, heredibus ejus et assignatis, — terras de Birthwod, Stanegill, Wodlandis, Husberyhill, et Wolfeilde (Wolfclide?), una cum tenentibus, &c., in baronia de Cultir, vic. Lanark :—REDDEND. annuatim regi 2 denarios nomine albe firme :—TEST. M. Matheo Ker vicario de Petircultir, Wil. Ker, Wil. Grahame, M. Geo. Langmure, et Alex. Clerk, notariis publicis : — Apud Edinburgh, 24 Oct. 1510] : — Necnon aliam cartam ejusdem, — [qua concessit eidem M. Jacobo Hepburne, heredibus ejus et assignatis,— terras suas dominicales de Colvintoun, terras et villam de C., ac terras suas de Cummyrlande, una cum turre et capitali messuagio de C., in baronia de C., vic. Lanark,—in securitatem et speciale warantum terrarum in priore carta contentarum :—REDDEND. annuatim regi 2 den. nomine albe firme :—TEST. *et de data ut supra*] :—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89. xvii. 25.

3604. Apud Edinburgh, 1 Aug.
REX confirmavit cartam Mathei com. de Levenax, &c.,—[qua, pro servitio, &c., concessit ALEXANDRO STEWART, filio et heredi quondam Heberti (seu Roberti) S. de Galstoun,—20 mercatas terrarum de Galstoun antiqui extentus, viz. terras de Auchinbert, Dalloy, le Straicht, cum molendino, Perisland, le Malmontis, Clokisland, Langhous, Brewlandis, cum terris adjacentibus ecclesie de Galstoun eisdem pertinen., cum omnibus edificiis sibi pertinen. juxta dictam ecclesiam, necnon terras de Eschyardis, in dominio

de Galstoun, ballia de Kile-stewart, vic. Are;—quequidem, cum aliis 10 mercatis terrarum ant. ext. et custodia turris ejusdem, extenden. in integro ad 20 libratas ant. ext., fuerunt dicti quond. Rob., et in manibus dicti com. recognite extiterunt per 7 annos ratione nonintroitus dicti Alex.; et quas 10 mercatas et custodiam turris idem Alex. renunciavit pro securiori infeodatione in ceteris terris:—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus deficientibus, dicto comiti reversuras:—REDDEND. annuatim dicto com. tanquam domino de Galstoun unam albam rosam nomine albe firme:—TEST. Joh. Culquhone de Luse, Petro Houstoun de eodem, militibus, Rob. Crawfurd de Kilbirny, Pet. Maxwell de Newark, Alex. Dunlop de eodem, M. Constantino Dunlop, et Wil. Dunlop;—cum subscriptione sua manuali:—Apud Edinburgh, 28 Jul. 1511]:—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 36.

3605. Apud Edinburgh, 1 Aug.

REX concessit M. JACOBO HEPBURNE rectori de Dalry, et ejus heredibus,—terras de Plumtoun et Palmaddy, cum molendinis earundem, in senesc. Kirkcudbrycht,—pro certa compositione pecuniaria thesaurario soluta;—quequidem fuerunt Jac. Makgee et Wil. Maklellane de Bondy, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu:—REDDEND. annuatim unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium senesc. de Kirkcudbrycht, una cum wardis, &c., cum contingerent:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. *ut in carta* 3586.

xvii. 94.

3606. Apud Edinburgh, 5 Aug.

REX ad feodifirmam dimisit familiari suo JOHANNI MULTRARE,—terras de le Newtown de Markinch, in dominio et vic. de Fiffe, prius extenden. ad 6 libras 13 solidos 4 denarios:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim 10 lib., ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—TEST. *ut in carta* 3716.

xviii. 33.

3607. Apud Edinburgh, 7 Aug.

REX, pro bono servitio, concessit WILLELMO LESLYE, fratri germano Georgei com. de Rothes, et ejus heredibus,—terras de Ester-Fethy, cum molendino, *le Brewland* et *Smethiland* earundem, in baronia de Fethis, vic. Forfare, annexatas baronie de Ballinbreich, vic. Fyffe;—quequidem fuerunt dicti Wil. in vitali redditu, de dicto Geo. tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis dicte baronie de Ballinbreich:—TENEND. de rege, quousque dictus Geo. aut heredes ejus dictam baroniam cum annexis, &c., recuperarent, et dictum Wil. in dictis terris infeodarent; et postea TENEND. de dicto Geo. tanquam barone de Ballinbreich:—REDDEND. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Forfare, tenend. post festum S. Michaelis, ac wardam, &c., cum contingerent:—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 35.

3608. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX, pro favore speciali et pro bono servitio, ratificavit BURGO DE IRWIN, ac ballivis et communitati ejusdem,—omnes donationes, libertates, privilegia et immunitates eis per predecessores suos concessas:—insuper voluit quod quandocunque burgenses vel inhabitantes dicti burgi ad quascunque curias attachiari contingeret, ipsi ad libertatem dicti burgi replegiarentur:—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 28.

3609. Apud Edinburgh, 8 Aug.

REX concessit PATRICIO GRAY, filio et heredi apparenti Andree dom. Gray, et ejus heredibus,—terras de Killibrocho *alias* Monskeid, et Disart, cum *le owtsettis* et villis ac locis earundem, vic. Perth;—que fuerunt dicti And., de rege tente per servitium warde et relevii, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem absque consensu:—REDDEND. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Perth post festum S. Michaelis tenend.,

necnon wardam, &c., cum contingerent :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. *ut in carta* 3619. xvii. 115.

3610.[1] Apud Edinburgh, 8 Aug. REX concessit PATRICIO DOMINO LINDESAY de Biris, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Chaumerlane-newtoun, cum dependen., *le outsettis*, tenentibus, &c., vic. Roxburgh;—que usitate et reputate fuerunt de dicta baronia, sive contigue jacebant cum principali villa ejusdem sive divise ;—quequidem fuerunt dicti Pat., et alienate fuerunt quondam Patricio comiti de Boithuile per ipsum de rege tenend., et postea in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu: — REDDEND. annuatim unam sectam ad tria placita capitalia vic. de Roxburgh, cum wardis, &c., cum contingerent :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 105.

3611. Apud Edinburgh, 9 Aug. REX concessit WILLELMO COKBURNE, filio et heredi apparenti Wil. C. de Scraling militis, et ejus heredibus,—pro bono servitio, necnon in contentationem pro certa summa per regem eidem Wil. juniori nomine dotis promissa, causa matrimonii inter ipsum et Margaretam Cokburne regine servitricem completi,—dimedietatem terrarum de Bolloleys extenden. annuatim ad 6 mercas, terras de Ballardy ad 5 merc., in baronia de Abirnyte, terras de Est-Newtoun in Baldane, quas Alex. Gowrlaw tunc occupabat, ad 9 merc., et 7 mercatas terrarum de Ballegarno, et 40 solidatas earundem quas Alex. Irland tunc occupabat, dimed. terrarum de Drongy ad 18 mercas, et 2 mercatas terrarum de Ballegarno quas D. Tho. Andersoun capellanus tunc occupabat, extenden. annuatim in integro ad 50 mercas, vic. Perth ;—quequidem fuerunt Rob. Creichtoun dom. de Sanchar et de Kynnole, et defectu bonorum mobilium pro 327 libris 16 solidis regi debitis per Jac. Licthoun nuntium vicecomitem in hac parte appreciate fuerunt et regi vendite :—et voluit rex quod dictus Rob., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c. persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 31.

3612. Apud Edinburgh, 9 Aug. REX concessit familiari suo JOHANNI FORMAN de Edyerstoun (militi), et ELENE RUTHERFURD ejus sponse,—terras de Rutherfurd et Wellis, cum piscariis earundem in aqua de Tweda, vic. Roxburgh ;—que fuerunt quondam Ricardi Rutherfurd de eodem, et post ejus decessum dicte Elene, que introivit ad easdem ut soror et heres dicti Ric., de baronibus de Caveris tenend.; et tota baronia de Caveris in manibus regis recognita fuit ob alienationem majoris partis ejusdem absque consensu ;—et rex easdem pro bono servitio Andree episc. Moravien. commendatarii de Pettinweme et Dryburgh in Scotia ac Cottinghame in Anglia, ac ipsius Joh. Forman ejus fratris germani, ac etiam pro eo quod dicti episc. et Joh. regi persolverunt 1000 libras pro warda et maritagio dicte Elene, concessit, quitteclamavit, et in unam liberam baroniam de Rutherfurd incorporavit :—TENEND. dictis Joh. et Elene, ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Helene quibuscunque :—REDDEND. annuatim unam sectam ad curiam capitalem vic. de Roxburgh post festum Pasche tenend., necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 3586. xvii. 101.

3613. Apud Edinburgh, 9 Aug. REX concessit JACOBO DOUGLAS, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Caveris, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione ecclesie de Spittale et capellanie de Carlaverik, viz. in proprietate villam de Caveris cum terris, castro, manerio

[1] Dated A.D. 1504. Placed here in conformity with the regnal year. It must have been granted after the death of Patrick Earl of Bothwell, who died 26 Nov. 1508. *Vide* No. 3271 *supra*.

et molendino, 2 terras domincales, unam vocat. Cott et alteram Eschebank, terras de Trowis, Elfleche, Yarlsid, et terras dominicales ejusdem, terras de Cavilling, Langside, Blakbull, Synglie, Stanishop, Pencrise, 20 solidatas in Collefurd, terras de Driloch, Murelaw, Elrechill, Dennum-manis cum advocatione supradicta; et in tenandria terras et villam de Dennum cum molendino, Dennummysdene, Balyehag, Stobbis, Dennum-manis nuncupat. Todehollis, Litill Roulwod cum turre ejusdem, Foularis-landis, le Helm, et Middill cum 2 molendinis, viz. granorum et fullonum, Fewhawroule cum molendino, Quhitrik, Caverismure, Gyislandis, Tillelee, Cauldcleuch, et 20 solidatas terrarum nuncupat. *Johnne-the-lardis-landis*, viz. Roxburgh; — que fuerunt per dictum Jacobum de rege per servitium warde et relevii tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et quas rex pro singulari favore ac pro bono servitio de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Caveris :— REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Roxburgh, ac wardam, &c. cum contingerent: — cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 43.

3614. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX concessit SIMONI PRESTOUN de eodem militi, et ejus heredibus,—terras de Cragmelor, cum castro, fortalicio et molendino earundem, jure patronatus et donatione capellanie fundate de terris de Cameroun, vic. Edinburgh;—quarum tertiam partem, cum castro, fortalicio et jure patronatus antedictis, idem S. personaliter resignavit; et binam partem cum molendino idem S. tenuit de Rob. Levingstoun de Drumry milite, qui eandem de rege tenuit per servitium warde et relevii, et dicta pars in manibus regis recognita fuit ob alienationem;—et quas omnes rex pro favore, &c., incorporavit in unam liberam baroniam de Cragmelor:—REDDEND. annuatim pro dictis castro, fortalicio, &c., unum denarium nomine albe firme; et pro ceteris tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Edinburgh, necnon wardam, &c., cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 41.

3615. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX concessit JOHANNI SETOUN de Lauthreisk, et ejus heredibus,—terras de le Fareleis-landis et le Riggis, in baronia de L., vic. Fiffe;—que adjudicate sunt in manibus regis fuisse per 50 annos ratione nonintroitus;—et quas rex de novo univit baronie de Westir Lauthreisk :—REDDEND. annuatim wardam, &c., cum contingeret :— cum licentia ad infeodandum tenentes :— TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xvii. 61.

3616. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX concessit ANDREE RE(D)PETH, filio et heredi apparenti Willelmi R. de Grenelaw-Redpeth, et heredibus dicti And.,—terras et baroniam de Grenelaw-Redpeth, cum annexis, extenden. ad 12 libratas antiqui extentus, vic. Beruik;— quas dictus Wil. resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 3586.

xvii. 96.

3617. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX ad feodifirmam dimisit KATERINE DOWGLACE, sponse quondam Joh. Liddale, in vitali redditu, et JOHANNI LIDDALE filio dicti quondam Joh., ac heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione in feodo,— terras et locum foreste de Aleburn, prius extenden. ad 24 libras 10 solidos annuatim, in warda de Tweda, infra forestam et dominium de Ettrik, vic. Selkirk :—REDDEND. annuatim 30 lib., ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent; necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407) :—TEST. *ut in carta* 3619.

xvii. 106.

3618. Apud Edinburgh, 10 Aug.
REX confirmavit RANALDO OWDNY de eodem, et ISOBELLE PANTOUN ejus sponse,—terras de Oudny cum molendino, Tulyaif, et Auchloun, vic. Abirdene;— quas idem Ran. resignavit: — TENEND

dictis Ran. et Isob. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Ran. quibuscunque :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 46.

3619. Apud Edinburgh, 11 Aug.

REX,—quia direxerat literas Roberto Rait de Drumtokte, vicecomiti deputato de Kincardin, ad appreciand. terras subscriptas pro transactis firmis earundem ad spatium 40 annorum regi adjudicatis ratione nonintroitus, et regis clericus M. Jac. Wischert pro infeodatione in eisdem cum thesaurario composuerat,—et Johanne Wischert de Petterro, possessore earundem, per David Huchonsoun unum marorum dicti vic. summonito, apud *le Carne* de Carntoun infra parochiam de Fordoun 14 Maii 1511 eedem terre pro 23 mercis annuatim, 920 mercis in integro, appreciate sunt et dicto Jac. vendite ;—igitur concessit dicto M. JACOBO WISCHERT, et ejus heredibus, —terras de Carnbegis, vic. Kincardin :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, necnon wardam et relevium cum contingerent :—et voluit rex quod dictus Joh. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. 86. 30. 87. 99. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89.

xvii. 102.

3620. Apud Edinburgh, 11 Aug.

REX,—quia direxerat literas Johanni dom. Hay de Yester, vicecomiti de Peblis, ad distringendum Joh. Elphinstoun de Henderstoun ad valorem 80 mercarum regi debitarum pro warda dimedietatis terrarum de Crukstoun et dimed. maritagii heredis earundem,—et summonito dicto Joh. per Joh. Bennet serjandum dicti vic., certi boves, equi et grana dicti Joh. E. ad 38 merc., et pro remanentia dicte summe 6 mercate terrarum de Henderstoun vocat. Scheilnes, viz. quelibet mercata novi extentus pro 7 mercis, 31 Oct. 1510 appreciate fuerunt et regi vendite,—et Tho. Williamsoun burgensis de Peblis dictam summam thesaurario persolvit ;—propterea concessit dicto THOME WILLIAMSOUN, et ejus heredibus,—terras antedictas, vic. Peblis : — REDDEND. annuatim servitium warde et relevii debit. et consuet. :—et voluit rex quod dictus Joh. E. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. *ut in carta* 3619.

xvii. 103.

3621. Apud Edinburgh, 12 Aug.

REX confirmavit cartam Wil. Ogilvy de Stratherne militis,—[qua, pro quadam summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WALTERO ROSS in Holme, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Kynstary, vic. Narne :— TENEND. de rege in feodo :—TEST. Hugone Ross de Kylrawak, Joh. Ogilvy de Laveroklaw, D. Wil. Patricii rectore de Boleskyn, M. Jac. Currour, Alex. Dik, Alex. Fordiss, D. Joh. Dingwale et M. Alex. de S. Claro presbyteris, ecclesiarum de Petty et Legane vicariis, notariis publicis :—Apud ecclesiam de Petty, 4 Feb. 1508] :—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 105. 89.

xvii. 27.

3622. Apud Edinburgh, 13 Aug.

REX confirmavit cartam Archibaldi com. Argadie, &c., ac magistri hospitii sui,—[qua concessit filio suo ARCHIBALDO CAMPBELL,—4 mercatas terrarum de Origage, 2 merc. de Craggane, 4 merc. de Clynage, 2 merc. de Glenrysadill, 1 merc. de Strone, 1 merc. de Garforling, 2 merc. de Cullintraithe, 2 merc. de Aireoure, 4 merc. de Roage, 2 merc. de Achidownwoll, 4 merc. de Airmore et Kynnacrag, 2 merc. de Achingerryne, 2 merc. de Dowpeyne, 2 merc. de Bereddirtnaawyne, 2 merc. de Achequhoise, 1 merc. de Escardy, 1 merc. de Glenkill, 4 merc. de Torintruk, 1 merc. de Glenfeauche, 4 merc. de Cragnentacache, 2 merc. de Achinglachauche et Clachaig, 4 merc. de Dowimore, 1 merc. de Fewrlynlocha, 4 merc. de Crassa, 1 merc. de Ardmenis, 4 merc. de Largunsoun, 6 merc. de Teiredkyn, 4 merc. de Coulgalgreif, 2 merc. de Kilpayn, 4 merc. de Creir, 4 merc. de Kilmalowaig, 2 merc. de Drumdrysaig, 4 merc. de Sengart, 4 merc. de

Ormsay, 4 merc. de Dawargeworgane, 2 merc. de Claichbrek, 4 merc. de Barlongart, 4 merc. de Skippinnich, 2 merc. de Glenskippaill, et 2 merc. de Gilpane (Kilpane), una cum custodia castri de Skippinnych, in baronia de Skippinnych, vic. Tarbart :—Tenend. dicto Arch. filio et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis quibuscunque :—Reddend. annuatim dicto comiti servitia warde, &c., cum servitiis per mare et terram quotiens ipse aut heredes predicti requisiti forent, tenendo 2 *le galaise*, unam 16 remorum et aliam 14 remorum pro servitio dicti com., et solvendo annuatim 24 bollas farrine, 24 ordei, et 30 petras casei apud dictum castrum :—Reservato libero tenemento dicto com. : — Test. Colino Campbell filio suo et herede apparente, Joh. C. de Ardkinglas, Rob. C. in Carik, Dominis Joh. Deware preposito de Kilmoun, Donaldo Madfadzane procuratore de Lismorense, Arch. Leich cancellario ejusdem, Joh. Finlosoun vicario de Kilmorich ac notario publico, Tho. Montgomery, et Duncano Makdunnochy Campbell :—Apud Dunnwne, 30 Jul. 1511] :— Test. *ut in carta* 3621. xvii. 33.

3623.[1] Apud Edinburgh, 13 Aug. REX confirmavit ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE, &c., et ELIZABETHE STEWART ejus sponse,—5 mercatas terrarum de Inschinnernosk, 5 merc. de Orchard, 10 merc. de Glenmassane, Glenmakmurcho, et Glentassane, 2 merc. 6 solidatas 8 denariatas de Invercapill, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Weg, 2 merc. 5 sol. 8 den. de Dargach, 2 merc. 6 sol. 8 den. de Gallocheill, extenden. in integro ad 20 libratas terrarum antiqui extentus, in baroniis de Strathauchin et Kilmwn, vic. Ergile ; — quas idem Arch. personaliter resignavit: — Tenend. dictis Arch. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Arch. quibuscunque secundum formam antiqui infeofamenti, in liberis baroniis imperpetuum :—Test. *ut in carta* 3619. xvii. 112.

3624. Apud Edinburgh, 14 Aug. REX confirmavit et quitteclamavit DAVID LESLIE de Petcaple, et ejus heredibus secundum tenorem antique infeodationis et carte quondam David L. et ejus heredibus desuper confect.,—terras et molendinum de Petcaple, cum donatione et jure patronatus capellanie intitulate de Petcaple fundate ad altare B.V.M. infra capellam de Gariauch, 22 bovatas terrarum de Rothsyviot, dimedietatem terrarum et molendini de Creichmond, octavam partem de Ardune, tertiam partem de Hairlaw, 3 quarteria terrarum de *le Alehous* de Legatisdene (excepta decimasexta parte de Legatisdene), et annuum redditum 4 mercarum de terris de Creichmond, cum *le owtsetis* tam edificatis quam edificandis quibuscunque, in regalitate de Gariauch, vic. Abirdene ;—quas idem David resignavit ; et quas pro bono servitio rex incorporavit in unam liberam baroniam de Petcaple :—Reddend. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Abirdēne post festum S. Michaelis tenend., necnon wardam, &c., cum contingeret :— Test. *ut in carta* 3619. xvii. 111.

3625. Apud Edinburgh, 15 Aug. REX ad feodifirmam dimisit HENRICO STEWART,—terras de Culcowy, annuatim extenden. ad 13 mercas, celdram victualium pro qua allocat. tenentibus ejusdem 16 solidos, cum merta et mutone, allocan. pro merta 5 sol., pro mutone 12 denarios ; Drumnamarge, ad 10 merc., celdram victualium, cum merta et mutone, cum allocatione predicta ; Murane, ad 18 merc., 2 celdras victualium, cum 2 mertis et 2 mutonibus, cum allocatione predicta, 8 bollas ordei, et duodenam *le pultre* absque allocatione predict. ; una cum molendino Rubei regis castri, ad 2 mercas, in dominio de Ardmannach, vic. Invernys, extenden. in integro ad 43 merc. annuatim :—Tenend. dicto Hen. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :— Reddend. annuatim 41 libras, 4 celdras et

[1] Dated *an. reg.* 20 : probably by mistake.

8 bollas victualium, 4 mertas, 4 mutones, et 8 duodenas pultriarum libere absque allocatione predicta, in augmentationem regii rentalis ad summam 21 mercarum 6 sol. 8 den.; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret;—necnon edificando, &c., (*ut in carta* 3407) :—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 29.

3626. Apud Edinburgh, 15 Aug.

REX concessit GEORGIO FORBES de Auchintoill, et ejus heredibus,—terras de Carnecouly, Thomquhatty, Thomnacoulok, et Petberne, in baronia de Cuschny, vic. Abirdene;—quequidem fuerunt dicti Geo., tente de Georgio com. de Rothes ut annexe baronie de Ballinbreich, que baronia in manibus regis fuit recognita ob alienationem majoris partis ejusdem absque consensu;—et pro quibus terris dictus Geo. F. cum thesaurario composuit :—TENEND. de rege quousque dictus comes et heredes ejus dictam baroniam recuperarent et dictum Geo. F. in hujusmodi terris infeodarent; et deinde TENEND. de dicto com. tanquam barone de Ballinbreich et Cuschny :—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 30.

3627. Apud Edinburgh, 15 Aug.

REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, JOHANNI COMITI CRAUFURDIE, dom. Lindesay, — terras et baroniam de Glennesk, viz. in proprietate terras et le Manys de Dalbog, cum manerie, molendino, *le alehous*, et piscatione ejusdem, terras de Brabmarehill, Glenmark, Glenle, Kirktoun, *le alehous* de Glenmark, Auchryny, Mygvy, Dalbrek, Auchlochry, Bailye, Glenneffo (sive Glenoffy), molendinum de Ratnovy, Cornavrane, Inverkeny, Kercarncors, Glenmore, Auchory, Tulibernis, Drumcarne, Fynnoche, Argeich, molendinum de Lethno, Dunhasny, Dulblay, Schannache, Cornscorne, Estire Tullo, Westire Tullo, Ballinsagart, dimedietatem de Glascory, Derahill, le Halch de Dulfork, Kindrochat, et Stranokatty; et in tenandria terras de Aidzell, Banhard, Inverescandy, cum molendino granorum, molendino fullonum et *le brewland* earundem, Glentennot, Carnycors, 2 le Schenquhorris cum *le alehous*, terras de Ardache, Auchedin, Auchintowill, cum molendino de Achedin, terras de Dulquhobire, Duldarg, Auchry, Tullidiffy, Makindab, Tulydiffy le Wodtoun, Broklaw, Bogtoun, et Clochy; cum pendiculis, annexis, tenentibus, &c., jure patronatus, advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum, piscationibusque earundem super aquas de Northesk et Escundy, et omnibus aliis piscationibus infra bondas dicte baronie, vic. Forfare;—quequidem fuerunt dicti comitis, et in regis manibus recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et quas rex incorporavit in unam liberam baroniam de Glennesk, et maneriem de Dalbog voluit esse principale messuagium ejusdem :—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus ejus heredibus secundum priorem formam tentionis dictarum terrarum, viz., tantas terras in tallia existen. ad transeund. heredibus tallie, in libera baronia, et foresta ubi silve et arbores crescentes existebant :—REDDEND. annuatim sectam ad placitum capitale de Forfare prius debit. et consuet., cum wardis, &c., cum contingerent :—insuper dictus Joh. infeodaret suos tenentes solven. proportionabiliter sicut dictus Joh. solvebat, exceptis tenandriis et terris David Lindesay militi pertinen., in quibus ipse David et heredes infeodarentur sicut ipse David, libere ab omni periculo forisfacture :—RESERVATIS in manibus regis omnibus vitalibus redditibus et tertiis dominarum, excepto vitali redditu quem Mariota Hume sponsa ipsius Joh. prius habuit :—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 42.

3628. Apud Edinburgh, 17 Aug.

REX,—quia burgenses et mercatores de Abirdene magna dampna et incommoda perpessi sunt ob exportationem lane, pellium, coreorum et victualium extra vic. de Abirdene in contrarium privilegiorum dicti burgi,—commisit preposito, ballivis et burgensibus BURGI DE ABIRDENE, et eorum successoribus,—potestatem ad eschaetandum et ad regis usum capiendum omnia hujusmodi bona extra dictum vic. et libertatem burgi abducta absque solutione

magne custume, et concessit eisdem dimedietatem eschaete eorundem bonorum pro eorum laboribus, &c., de altera vero dimed. in scaccario regis annuatim compotum erant reddituri. xvii. 116.

3629. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX,—pro specialibus favoribus erga Jac. Dunbar de Cumnok, et pro edificatione et poletia fiendis apud ecclesiam de ALDERNE pro hospitatione ligeorum,—creavit 16 acras terrarum vocat. le Bordland dicto Jac. pertinen., jacen. apud dictam ecclesiam, vic. Narne,—in liberum burgum in baronia imperpetuum;—cum facultate inhabitantibus emendi et vendendi, et quod fierent burgenses, et haberent potestatem eligendi ballivos, &c., tenendi crucem foralem et forum ebdomidatim in die Lune, et liberas nundinas in die S. Macarii et per octavas ejusdem;—cum *le thollis*, &c.;—necnon cum potestate dicto Jac. et ejus heredibus dictas terras in particatis burgalibus assedandi:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 55.

3630. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, JOHANNI STRIVELING de Kere militi, et MARGARETE FORESTARE ejus sponse,—binas septem partes terrarum de Lumbany, in baronia de Ballinbreich, vic. Fyffe;—quequidem fuerunt dicti Joh., tente de Georgeo com. de Rothes ut una tenandria baronie de Ballinbreich, que baronia in manibus regis recognita fuit ob alienationem majoris partis ejusdem absque consensu:—TENEND. dictis Joh. et M. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus tallie dicti Joh., de rege quousque dictus Geo. aut heredes ejus dictam baroniam recuperarent et dictos Joh. et M. in dictis terris infeodarent; et postea TENEND. de dicto Geo. in feodo:—REDDEND. interim annuatim regi tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, et wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 65.

3631. Apud Edinburgh, 20 Aug.
REX confirmavit cartam quondam Joh. Lindesay domini de Cowantoun militis,—[qua concessit servitori regis JOHANNI CARMICHELL, filio quondam Johannis C. militis, et ejus heredibus,—pro servitio sibi impenso,—terras suas de Medowflat, in baronia de Cowantoun, vic. Lanark;—quas Wil. de Gilry personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim dicto Joh. L. 6 denarios argenti nomine albe firme:—TEST. Wil. de Carmichell dom. ejusdem, M. Tho. de Mertoun rectore ecclesie parrochialis de Carmichell, Dominis Hen. de Wod et Wil. Hert capellanis notariis publicis, Rob. Inglis, Symone de Mure, Mauricio de Carmichell, et Jac. de Balcasky, scutiferis:—Apud Cowantoun]:—Insuper pro bono servitio easdem quitteclamavit:—TEST. *ut in carta* 3837. xviii. 169.

3632. Apud Edinburgh, 21 Aug.
REX concessit HENRICO DOMINO SINCLERE, et ejus heredibus,—annuum redditum 40 solidorum de terris de Logyruffe, vic. Abirdene;—quiquidem ab antiquo perceptus fuit per ejus predecessores barones de Newburgh, et tunc in manibus regis fuerat per 50 annos elapsos ratione nonintroitus;—et quem rex univit baronie de Newburgh ut esset pars ejusdem:—TEST. *ut in carta* 3619. xvii. 108.

3633. Apud Edinburgh, 21 Aug.
REX confirmavit cartam Ranaldi Oudny de eodem,—[qua, pro certa summa pecuniaria sibi persoluta, concessit et quitteclamavit M. DAVID GARDIN de Kynansith, et JONETE TULLOICH ejus sponse,—dimedietatem terrarum de Tullicorthy, in dominio seu territorio suo de Auchloune, in baronia de Kynedward, vic. Abirdene;—quequidem fuit dicte Jonete, de dicto Ranaldo tanquam domino de Auchloune in alba firma tenta; et postquam integre terre de Auchlone et Tullicorthy, cum residuo dicte baronie de Kynedward, regi pertinere adjudicate fuerant, et per Georgeum dom. Seytoun legitimum heredem ad easdem renunciate extiterant, rex dictum Ranaldum in dictis terris infeodavit pro certa compositione,

cujus dicti David et Jon. partem sibi contingentem persolverunt :—TENEND. dictis David et Jone et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Jonete quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. And. Hering de Glasclune, Tho. Forestare de Giblestoun, Rob. Stewart filio et herede apparente Pat. S. de Latheris, Alex. Pantoun filio et herede apparente Joh. P. de Petmeddane, Michaele Strathenry de eodem, Jac. Hering, Joh. Lawsoun, Alex. Yong et Alex. Clerk notariis publicis :—Apud Edinburgh, 9 Aug. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3621.
xvii. 34.

3634. Apud Edinburgh, 26 Aug.
REX confirmavit WILLELMO ROLLOK de Duncrowb, et ejus heredibus,—terras de Duncrowb, Laidcaty, Pettinskeich, le Kirktoun de Dunnyng, et Fyndony, cum molendino granorum et molendino fullonum earundem, vic. Perth ;—quas idem Wil. resignavit ; et quas rex pro favore incorporavit in unam liberam baroniam de Duncrowb : — insuper, pro edificatione, &c., ac pro asiamento et hospitatione ligeorum, creavit dictas terras de KIRKTOUN DE DUNNYNG in liberum burgum in baronia ;—cum facultate inhabitantibus emendi ac vendendi, &c., et quod essent liberi burgenses, et potestatem haberent eligendi, cum avisamento dicti Willelmi et ejus heredum, ballivos, &c.,—necnon habendi crucem foralem ac forum singulis ebdomadis die Lune, ac nundinas publicas annuatim die S. Fyndoci et per octavas ejusdem, cum theoloncis &c. ;—ac cum potestate dicto Wil. et ejus heredibus ad assedandum dictas terras in perticatas burgales pro edificatione et reparatione desuper fiend. : — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, necnon wardam, &c., cum contingerent ;—exonerando dictum Wil. de omni secta, &c., in curiis senesc. de Stratherne :—TEST. *ut in carta* 3619.
xvii. 110.

3635. Apud Edinburgh, 27 Aug.
REX,—memoria revolvens fidelia servitia quond. Patricii Hepburne com. de Boithuile, &c., in singulis arduis materiis et negotiis infra regnum et extra ei commissis, in ipsius vite grave periculum, magnosque labores et sumptus et expensas que ejus consilio et prudentia in bonum deducte erant effectum, —concessit et confirmavit ADE HEPBURNE COMITI DE BOITHUILE filio dicti Pat.,—dominium et baroniam de Halys, cum castro, turre et fortalicio earundem, cum omnibus villis, annexis, *outsetis*, molendinis, tenentibus, &c., una cum advocatione, donatione et jure patronatus ecclesie de Hauch nuncupat. prebende de Lintoun, et capellanie de Mekle ; terras de Pitcokkis cum ecclesia et prebenda earundem et capellania de Bourehous; terras et baroniam de Auldhamstokis, cum villis, annexis, *outsettis*, molendinis, tenentibus, &c., una cum ecclesia de Auldhamstox, capella de Colbrandispeth, et hospitali earundem, terras de Est Crag, Heprig, dimedietatem terrarum et baroniarum de Yestir et Duncanelaw, cum prepositura de Bothanis, ecclesiis et capellaniis earundem ; integram dimedietatem baronie de Morame, cum ecclesia ejusdem, una cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., infra vic. Edinburgh et constabulariam de Hadingtoun; terras et dominium de Creichtoun, cum castro et manerio earundem, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., advocatione et donatione et jure patronatus prepositure de Creichtoun, prebendarum et capelianiarum earundem, terras de Murehous et Caprestoun, infra vic. de Edinburgh principalem; officium vicecomitis principalis de Edinburgh, et de Edinburgh infra constab. de Hadingtoun, cum juribus, &c., hujusmodi officii ; baroniam et terras de Quhitsum, cum ecclesia earundem, Prendergaist, Quhitrig, Alchester, Schirefbigging, Schireflandis, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., vic. Beruik; officium vicecomitis de Beruik et balliatus de Lauderdale, cum juribus, &c. ejusdem; terras et baroniam de Tounyettame, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c.; terras de Fermyngtoun, cum hospitali earundem, tenentibus, &c.; terras de Langnewtoun, cum turre, molendino, tenentibus, &c.; terras et baronias de Weltoun, cum ecclesia carun-

dem, et villis, &c., molendinis, tenentibus, &c.; terras et baroniam de Chalmerlane-Newtoun, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., vic. Roxburgh; terras de Alemere, cum turre, molendino, tenentibus &c., vic. Selkirk; terras et baronias de Dryvisdale et Carutheris, cum molendinis, advocatione et donatione ecclesie de Carutheris, tenentibus, &c., infra senesc. Vallis Anandie, vic. Drumfreis; terras et baronias de Kirkmichell, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., terras de Terrauchty cum turre et fortalicio earundem, Dounlark, et Mabye, et Crukis, cum silvis, tenentibus, &c., vic. Drumfreis; terras et baroniam de Erlistoun nuncupat. Glenken, cum villis, &c., molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de Dalry, infra senesc. Kirkcudbricht; terras et dominium de Boithuile, cum foresta, mora, tenentibus, &c., advocatione et donatione prepositure de Boithuile, prebendarum et capellaniarum earundem, ecclesie de Hawik, prebende in dicto collegio, et ecclesie de Bertrameschottis, vic. Lanark; terras et baronias de Elgeriggill et Wailstoun ac Dolphinstoun, cum advocatione et donatione ecclesiarum de Wailstoun et Dolphinstoun, terras et baroniam de Dunsyare, cum villis, &c., molendinis, tenentibus, &c., dictarum baroniarum, vic. Lanark; necnon officium Admiralli Scotie, cum libertatibus &c., ejusdem;—quas terras, baronias, &c., idem Adam personaliter resignavit; et que officia fuerunt dicti ejus patris;—et quas et que rex, pro bono servitio, &c., incorporavit in unum liberum comitatum et baroniam de Boithuile, et castrum de Halis principale fore voluit messuagium ejusdem;—ac voluit omnes tenentes et inhabitantes dicti comitatus fore de vic. de Edinburgh infra constabulariam de Hadingtoun;—insuper concessit eidem Ade totum jus suum et clameum ad dictas terras, &c., ratione quacunque, et specialiter non obstante forisfactura quondam Georgei com. Marchiarum, Alexandri ducis Albanie, aut quarumcunque aliarum personarum:—Tenend. in libera baronia, ac forestas et nemora in libera foresta:—Reddend. annuatim pro dictis terris, &c., unum denarium argenti nomine albe firme; pro dictis officiis debitam justitie ministrationem, et faciend. compotum in scaccario:—Test. 86. 30. 87. 99. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89.

xvii. 122.

3636. Apud Edinburgh, 28 Aug.

REX confirmavit DAVID WEMYS de eodem militi, et ejus heredibus,—terras de Wemys-schire, Litill-Lune, Tulibrek, Cameroun-myln, le Halch, Donyface, Petconnochy, Westere Tarbet, Wester Drone, et Hildrone, vic. Fyffe; terras de Elchok et Balabraham, tertiam partem de Strathardill, dimedietatem de Ardargy, terras de Kunard, vic. Perth; et terras de Balhalwell, vic. Forfare; una cum *le outsettis*, molendinis, tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem; — quas idem David personaliter resignavit; et quas rex pro speciali favore incorporavit in unam liberam baroniam de Wemys; — et pro incremento poletie infra regnum, dedit eidem David et heredibus—licentiam creandi *le* HAVIN TOUNE DE WEMYS, *le* KIRKHILL DE KIRKMICHAELL, BALLINKELIE, et BALLYNNALD,—liberos burgos in baronia, cum cruce forali et foro singulis ebdomadis, et nundinis publicis bis in anno, cum potestate emendi et vendendi, &c., ballivos, &c., ordinandi, perticatas, toftos et tenementa in feodifirma burgalibus assedandi,—reservatis regi custumis mercantiarum in dictis burgis venditarum,—proviso etiam quod ballivi, &c., nullis uterentur privilegiis nisi his que eis per dictum David vel heredes conditionata forent;—insuper rex pro bono servitio concessit eidem David totum jus et clameum suum ad dictas terras, specialiter non obstante forisfactura quondam Murdaci ducis Albanie, &c.:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vicecomitatuum ubi terre jacebant, cum warda, &c., cum contingerent; proviso quod quotiens contingeret dictam baroniam regi in wardam devenire, burgenses et inhabitantes dictos burgos non removerentur a tenentibus suis;—et concessit rex dictis burgensibus, &c.,—wardas et nonintroitus cadere contingentes super dictis burgis,

&c.,—solvendo annuatim durantibus wardis regi firmas solitas:—Test. *ut in carta* 3621. xvii. 37.

3637.[1] Apud Edinburgh, 28 Aug. REX concessit AGNETI STEWART, filie quondam Jacobi com. Buchanie,—terras, dominium et baroniam de Creichtoun, cum castro, molendinis, silvis, parcis, pomeriis, ortis, annexis, tenentibus, &c., vic. Edinburgh; et tantas terras terrarum dominicalium de Trapirne jacentes insimul ad occiden. partem earundem, que reddebant annuatim 16 celdras frumenti et ordei, in baronia de Halys, ac terras de Petcokkis, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; necnon terras et baroniam de Erlistoun, cum molendinis, annexis, tenentibus, &c., in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbrycht;—quas Adam comes de Boithuile resignavit: — Tenend. dicte Agneti pro tempore ejus vite in una integra tenandria et libera baronia, et post mortem ipsius, dicto Ade et ejus heredibus tanquam annexas baronie et comitatus de Boithuile. xix. 25.

3638. Apud Edinburgh, 30 Aug. REX,—quia direxerat literas familiari suo servitori Geo. Campbell de Sexnok, et Matheo Campbell, vicecomitibus de Are, ad distringendum Johannem dom. Cathkert pro 200 libris in quibus adjudicatus fuit coram justiciario in pretorio de Edinburgh, pro nonintroitu David Craufurd de Kers, pro quo ipse Joh. devenit plegius, et pro 100 lib. ob nonintroitum David Kennedy militis dom. feodi de Blarequhan,—et defectu bonorum mobilium 10 mercate terrarum antiqui extentus de Dalmellintoun, vic. Are, viz. 3 mercat. de Mosdene, 3 mercat. de Daufarsane, 2 marcat. de Penny-Arthure, 1 mercat. de Clauchfone, et 1 mercat. vocat. Keilmark, 28 Jun. 1511, super solum terrarum de Mosdene, pro dictis summis appreciate fuerunt et regi assignate;—et quia direxerat literas eidem Geo. Campbell ad distringendum Joh. Schaw de Keris pro 200 lib. pro relevamine Roberti dom. Erskin qui devenit plegius pro ejus introitu in dicto pretorio,—et defectu bonorum mobilium, apud terras de Haly, 13 Aug. 1511, 15 mercate terrarum de Haly et Hely antiqui extentus, infra balliam de Kile-stewart, vic. Are, pro dicta summa appreciate fuerunt et regi assignate;—et quia dictus Geo. Campbell dictas summas thesaurario persolvit;—propterea concessit et quitteclamavit eidem GEORGEO CAMPBELL, et ejus heredibus, — terras suprascriptas: — Reddend. annuatim unum denarium nomine albe firme:—et voluit rex quod dicti Joh. dom. C., heredes ejus, Joh. S. et heredes ejus, haberent regressum quandocunque dict. summas &c., persolverent infra septennium: —Test. *ut in carta* 3619. xvii. 113.

3639. Apud Edinburgh, 2 Sept. REX, tanquam tutor et gubernator filii sui carnalis Jacobi comitis Moravie, confirmavit cartam Wil. Suthirland de Querelwod,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ALEXANDRO INNES de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Greschip, Galloflat, et Brouniscruk, in comitatu Moravie, vic. Fores:—Tenend. de rege:—Test. Joh. Innes de Dunkympty, Alex. Stewart de Portarestoun, Joh. Innes filio Rob. I. in Drany, Joh. Frasar, et Laurentio Murane, armigeris:—Apud Barnflathill, 12 Dec. 1496]:—Test. *ut in carta* 3621. xvii. 40.

3640. Apud Edinburgh, 3 Sept. REX confirmavit cartam Geo. Kennedy de Bennen,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit THOME KENNEDY de Bargany, et ejus heredibus masc.,—5½ mercatas terrarum suarum, viz. 3 merc. de Belard et Plaid quas And. Craufurde tunc occupabat, et 2 merc. de Trumgawnach et Drumbayne tunc occupatas per Martinum Kennedy, una cum dimedia merc. de Leffynaclere proxime adjacentem terris de Belard, tunc occupatam per Gilb. Greresoun, antiqui extentus, in proprietate et tenandria, in parrochia de Colmonell, comitatu de Carrik, vic. Are:—Tenend. de rege tanquam comite de Carrik:—Test. Vil. Colvile, Fergusio Kennedy de Knok-

[1] As a memorandum in Register.

dauf, Jac. Colvile, Rob. Maxwell, Fynlaio Maxwell, et D. Tho. Fergusoun capellano : —Apud Bargany, 26 Jul. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 39.

3641. Apud Edinburgh, 3 Sept.
REX ad feodifirmam dimisit ROBERTO COLVILE de Uchiltre,—terras et baroniam de Tulicultre, viz. terras de Balharty, Drummy, Schannach, Coschnachtane, Colinysdavach cum molendino granorum, Carntoun cum molendino fullonis, Ellokis-davok, et Harwisdawok, vic. Clakmannane, prius extenden. ad 41 libras 14 solidos, et 9 celdras brasii :—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione : — REDDEND. annuatim 50 libras, et 9 celdras brasii ; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret ; necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407) :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 41.

3642. Apud Edinburgh, 4 Sept.
REX concessit HENRICO WARDLAW de Torry militi, et ejus heredibus,—in proprietate terras de Burntoun, Dalginch, cum lacu de Balquharg, advocatione, donatione et jure patronatus capelle de Inchgall, et in tenandria terras de Tretoun cum marrasia, Estir-Newtoun, Over-Markinch, cum molendinis et acris earundem, Bychty, Pettinhaglis, cum *le outsettis* earundem, in dominio de Dalginch, vic. Fiffe ; quarterium terrarum de Blare-crambeth et de Kynnard, dimedietatem de Drumlochirnocht et de Byn, in baronia de Crambeth, vic. Fiffe ;—que fuerunt dicti Hen., et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu ;—et quas rex eidem de novo concessit una cum suo juris titulo ad easdem ratione forisfacture quondam Murdaci ducis Albanie, &c., seu ex aliqua alia causa ;—ac etiam pro bono servitio easdem univit dicti Hen. terris et baronie occidentalis partis de Lochorschire, ut essent libertatis ejusdem ;—concessit etiam eidem auctoritatem ad creandum VILLAM DE CORSHILL supra Inchgall, in liberum burgum in baronia, cum cruce et foro indies et speciali die fori ebdomadatim, cum nundinis bis in anno, cum potestate emendi ac vendendi, &c., et habendi ballivos, &c.,—proviso quod nulla auctoritate uterentur sed talibus sicut eis per dictum Hen. aut ejus heredes darentur :—REDDEND. annuatim sectam et servitium pro Lochorschire debit. et consuet. tantum, viz. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, cum warda, &c. : —cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 44.

3643. Apud Edinburgh, 5 Sept.
REX ad feodifirmam dimisit familiari suo M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, — 4 terras husbandias terrarum de Ballincreif, quas habuit Adam Nesbit in vitali redditu, unam terram husb. de B. quam occupabat Jac. Newtoun, tria quarteria unius ter. husb. occupat. per Elizabeth Sinclere, columbare, ortos sive pomerium earundem, cum domibus ante ortum constructis ex parte australi, cum acra retro ortum ex parte boreali, dicta *Dowcat-akir*, ac etiam molendinum de B., 28 acras cotagie ville de B., cum *le thirle multir* et *sukken* dominii, ville, terrarum et le Manes de B., Goffurd et Spittale, una cum officio balliatus ejusdem, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun :—TENEND. dicto Joh. et ejus heredibus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim pro dictis ter. husb., quarum quelibet prius extendebat ad 2 mercas pecunie, 6 bollas ordei, 3 capones et 6 *le pultre*,—et pro dictis columbari, ortis, domibus et acra, prius extenden. ad 300 pullos columbarum, mille ceria dict. *le cheris*, 6 solidos 8 denarios pecunie,—et pro dictis 28 acris, quarum quelibet prius extendebat ad 3 sol. pecunie et 6 pultrias,—necnon pro dicto molendino, prius extenden. ad 8 merc.,—in integro prius extenden. in pecunia ad 16 lib. 10 sol. 8 den.,—summam 20 lib., 2 celdras 2 bollas et 2 firlotas ordei, cum caponibus, pultriis, pullis columbarum et ceriis prescriptis ; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret ; necnon edificando et sustinendo sufficientem mansionem de lapidibus et calce, cum aula, camera, orreo, bostari, stabello, columbario, pomeriis, ortis,

apium custodibus dict. *le be hivis*, cum cepibus et plantatione quercuum, &c., stagnis, pontibus pro ligeorum passagio, &c.; ac inveniendo pro qualibet 10 librata dictarum terrarum duos equestres, unum cum lancea, cum uno equo onerativo ad faciend. regi servitium in guerris et exercitibus cum requisiti forent :—TEST. *ut in carta* 3619. xvii. 117.

3644. Apud Edinburgh, 8 Sept.
REX confirmavit cartam Petri Houstoun de eodem militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI FISCHARE burgensi de Edinburgh, et ISOBELLE WINDEZETTIS ejus sponse,—suam dimedietatem terrarum et ville de Westir-Quhitburne, extenden., ad 18 mercatas novi extentus, cum dimed. molendini ejusdem, quas terras Alexander Wallace, Adam Wellis, Agnes relicta quondam Jacobi Nemo, Wil. Inglis, And. Mayne, et Tho. Mayne tunc ad firmam habebant, in baronia sua de Westir-Quhitburn, vic. Linlithtqw : — TENEND. dictis Joh. et Isob. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Joh. quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. Pat. Houstoun filio suo et herede apparente, Walt. Young, Wil. Lokkart, burgensibus de Edinburgh, Joh. Montgumry, Joh. Merchell, Wil. Houstoun, Wil. Lokkart juniore, Joh. Gray, et Alex. Clerk, notariis publicis :—cum subscriptione sua manuali :—Apud Edinburgh, 6 Sept. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3621. xvii. 38.

3645. Apud Edinburgh, 17 Sept.
REX assignavit ADE COMITI DE BOITHUILE dom. Halis, heredibus ejus et assignatis,—summam 181 librarum 2 solidorum de resta compotorum vicecomitis de Edinburgh principalis redditorum in scaccario 1511 ; et summam 23 lib. de resta compotorum vic. de Edinburgh infra constabulariam de Hadingtoun redditorum 1511 ; ac summam 1200 lib. de restis extractuum trium itinerum justiciarie de Beruik ac balliatus de Lawderdail ultimo preterit. ; necnon omnes alias summas regi debitas per quondam Pat. com. de B., &c., patrem dicti Ade ratione officiorum predictorum ; ac etiam summam 11,870 lib. 13 sol. 4 den. in qua dictus Pat. adjudicatus fuit in itinere justiciarie de Drumfreis 24 Feb. 1503, in defectu nonintroitus hominum patrie de Ananderdale et aliorum ad dictum iter attachiatorum, pro quibus ipse Pat. plegius et fidejussor devenit ; et universas alias summas sibi per dict. Pat. quacunque ratione debitas ; — cum potestate ad prosequend. personas, &c.
xviii. 116.

3646. Apud Edinburgh, 19 Sept.
REX confirmavit cartam Rob. Menzeis de eodem militis,—[qua, pro quadam summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit DUNCANO CAMPBELL de Glenurquhy militi, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Crandnycht, cum molendino ejusdem, extenden. annuatim ad 12 mercatas antiqui extentus, in baronia de Menzeis, vic. Perth ;—quas idem Dunc. prius de dicto Rob. tenuit per alienationem eidem per ipsum factam :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Finlayo Maknab de Bowane, Walt. Grahame de Lochconne, Dunc. Makcans de Morinche, Dugallo Jhonnesoun notario, Dominis Dunc. Makknachtane et Malcolmo Wricht capellanis, Donaldo Makcarris, et D. Jac. Makgregoure notario publico :—cum subscriptione sua manuali : —Apud Insulam de Lochtaye, 18 Sept. 1511] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 69.

3647. Apud Edinburgh, 19 Sept.
REX confirmavit cartam Johannis com. Craufurdie dom. Lindesay,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori ROBERTO BERTOUN de Ovir-Berntoun, heredibus ejus et assignatis,—terras et villas de Balhungy et Ardestie, ac suam binam partem terrarum et ville de Donycane, in baronia de Downy, vic. Forfare :—TENEND. de rege in feodo : — TEST. Alex. Lindesay de Uchtirmonsy milite, M. David Gardin de Connansith, Karolo Fotheringhame rectore de Adzell, Joh. Cantolay capellano, Joh.

Gray et Jac. Young notariis publicis, et David Tullos (*seu* Culles) :—cum subscriptione sua manuali :—Apud Edinburgh, 15 Sept. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3635.
xviii. 14.

3648. Apud Edinburgh, 19 Sept.
REX confirmavit cartam Johannis com. Craufurdie, &c., — [qua concessit regis familiari servitori ROBERTO BERTOUN de Over-Berntoun, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Kirkbuddo, cum molendino earundem, vic. Forfare,—in speciale warantum terrarum, &c. (*in carta* 3647 *contentarum*) :—TENEND. de rege in feodo : — cum subscriptione et TEST. *ut in carta* 3647 :—Apud Edinburgh, 16 Dec. 1511 (*sic*)] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 15.

3649. Apud Edinburgh, 20 Sept.
REX, pro bono servitio, et pro summa 250 mercarum sibi persoluta, concessit DAVID RAMSAY de Culluthy, filio et heredi quondam David R. de C., et ejus heredibus,—terras de Balmaddyside et Pittauchop, in baronia de Ballinbreich, vic. Fyffe ;— que fuerunt dicti David, de Georgio com. de Rothes barone dicte baronie tente, et ob alienationem earundem in manibus regis recognite fuerunt : — TENEND. de rege, quousque dictus Geo. aut heredes ejus ad dictam baroniam introitum obtinerent ; et postea TENEND. de dicto Geo. :—REDDEND. interim regi annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, cum wardis, &c., cum contingerent :—RESERVATA rationabili tertia Jonete Balfoure sponse dicti quondam David :—TEST. "*ut in aliis cartis.*"
xvii. 57.

3650.[1] Apud Edinburgh, 24 Sept.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Elizabet Masoun, relicte quondam Joh. Skrymgeour burgensis de Dunde,—[qua in puram elemosinam concessit, ad sustentationem unius capellani ad altare S. Thome infra ECCLESIAM PARROCHIALEM DE DUNDE divina pro perpetuo celebraturo, — suam peciam terre infra dictum burgum infra clausuram tenementi S. Margarete ex parte boreali vici fori, de qua exibant 26 solidi 8 denarii annui redditus capellano perpetuo altaris S. Margarete ; necnon ann. red. 40 sol. de terra quondam Ric. Eilleis burgensis dicti burgi, ex parte boreali vici Ergadie ; et ann. red. 13 sol. 4 den. de terra quond. Nicholaii Gerves, ex parte australi vici Moravie ; ac ann. red. 13 sol. 4 den. de terra quondam Tho. Pattonsoun ex parte australi (vici) maris ; necnon ann. red. 26 sol. 8 den. de terra quondam Laurentii Ramsay, ex parte australi vici maris ; et ann. red. 26 sol. 8 den. de terra Joh. Nicholsoun ex parte orientali montis castri : —TEST. And. Thorntoun burgensi de Dunde, M. Wil. Drigud capellano, Joh. Drummond, Rob. Seres seniore, Rob. S. juniore, notariis publicis :—Apud Dunde, 27 Sept. 1510] :—TEST. *ut in carta* 3621.
xvii. 43.

3651. Apud Edinburgh, 24 Sept.
REX concessit ROBERTO LEVINGSTOUN de Drumry militi, nepoti et heredi quondam Wil. L. de D., et ejus heredibus, —terras nuncupatas le Hill de Auchinfure, Litill Bethburn (Bethokburn), et Berferne, cum tenentibus et tenandriis, jacen. in Inverkip, vic. Renfrew ;—quequidem alienate fuerunt per dictum Wil. quondam Roberto Mure de Polkelly sub reversione ; et tunc redempte extiterunt a Margareta Mure filia et herede dicti Rob. M., que easdem cum consensu sponsi sui Rob. Cunynghaim de Cunynghamheid resignavit :—TEST. *ut in carta* 3619. xvii. 119.

3652. Apud Edinburgh, 24 Sept.
REX, ob singularem favorem et pro bono servitio, concessit consanguineo suo CRISTIARNIO STEWART militi, — terras et dominium de Brechin et Nevare, cum fortaliciis, molendinis, annuis redditibus, advocatione et donatione ecclesiarum

[1] The following names of proprietors of bounding tenements occur in this charter :—Joh. Roger, Wil. Guld, Hen. Makkysoun, Joh. Bonnare senior, umquhile Joh. Pettillo, umq, Alex. Maw, umq. Tho. Lawsoun, and umq. Wil. Bowman.

et capellaniarum earundem, vic. Forfare ;— et easdem incorporavit in unam baroniam de Brechin :—TENEND. dicto C. ac legit. et propinquioribus heredibus ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, regi reversuram :—REDDEND. annuatim unam sectam ad quamlibet trium curiarum capitalium vic. de Forfare, cum wardis, &c., cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 3716.

xviii. 29.

3653.[1] Apud Edinburgh, 6 Oct.
REX confirmavit cartam Roberti dom. Creichtoun de Sanchare,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit HENRICO CREICHTOUN de Portdevin, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Ricartoun, in baronia de Renfrow, vic. Linlithqw :—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie in feodo :—TEST. Joh. dom. Haye de Yestere, Joh. Carmichell de Medowflatt, M. Wil. Creichtoun rectore de Kirkmichell, Wil. Murray de Tulchadam, Joh. Creichtoun de Blakburn, Joh. Creichtoun de Hartwod, Alex. Naper de Pettedy, D. Joh. Creichtoun vicario ecclesie S. Cuthberti sub muro castri de Edinburgh, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis :—cum subscriptione sua manuali : — Apud Edinburgh, 3 Oct. 1511] :—TEST. 86. 30. 87. 99. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89.

xvii. 47.

3654. Apud Edinburgh, 6 Oct.
REX concessit M. WILLELMO LYOUN, et ejus heredibus,—terras (et molendina) de Litill Mylne et Lochmylne de Forfare, cum mansione, domibus, terris molendinorum et piscariis earundem, vic. Forfare ; —quequidem pertinebant Jonete Tulloch sponse M. David Gardin, et Dorothee T. sponse Walteri Wod, filiabus et heredibus quondam Walt. T. de Bonyntoun ; et per ipsas alienate fuerunt M. Lyoun domino Glammys, de rege tenend. ; et ob alienationem absque consensu factam in manibus regis recognite fuerunt : — RESERVATIS dictis Jonete et Dorothee earumque heredibus, juribus reversionum si que habuerunt :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 62.

3655. Apud Edinburgh, 6 Oct.
REX concessit MARIOTE HUME COMITISSE CRAUFURDIE, in vitali redditu,— terras de le Manys baronie de Douny, cum capitali messuagio et manerio ejusdem, necnon terras de Dunfyn, Corlunghy, Newbiggin, Muredrum, et le Oxgang, in baronia de Douny, vic. Forfare ; —quas Johannes com. Craufurdie resignavit in favorem dicte sue sponse pro infeodatione ejus in vitali redditu, dicto Joh. et heredibus ejus tallie post ejus decessum reversuras,—in contentationem ejus vitalis redditus terrarum et baronie de Glennesk, vic. Forfare, quem dicta Mariota in sua virginitate habuit ante recognitionem dicte baronie,—ex eo quod dicta M. dedit consensum ad infeodand. dictum Joh. in dicta baronia :—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xvii. 66.

3656. Apud Edinburgh, 14 Oct.
REX ad manum mortuam concessit familiari clerico suo M. Thome Diksoun decano ECCLESIE COLLEGIATE DE LESTALRIG, ac canonicis et prebendariis in eadem, et eorum successoribus,—duas acras terrarum cum grano et prato arat. et manurat. contigue adjacentes ex parte australi ecclesie de L., inter commune passagium inter villas de L. et Nudry, terras de L., villam de L., et torrentem currentem infra pratum occidentale de L., vic. Edinburgh,—pro mansionibus, domibus et ortis dicto decano, &c. fiendis ; — quas Joh. Logane de Lestalrig miles resignavit :—FACIEND. suffragia, &c., necnon solvend. dicto Joh. annuum redditum 36 solidorum : —TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 64.

3657. Apud Edinburgh, 26 Oct.
REX confirmavit cartam Roberti dom.

[1] The preceding charter in the Register (xvii. 46) differs from this only by the omission of the words "tanquam senescallo Scotie" in the Tenendas clause ; and by giving the witnesses "*ut in carta* 3621."

Creichtoun de Sanchquhare, —[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit M. JOHANNI SKRYMGEOUR de Glastir,—terras et baroniam de Panbride, cum molendinis, portubus et piscariis, tenentibus, &c., cum annuis redditibus dicte baronie, vic. Forfare :—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc. inter ipsum et quondam Jonetam Ogilvy legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Joh. quibuscunque, de rege in feodo :—TEST. Rob. Dalzell de eodem, Joh. Creichtoun de Petlandy, Snawdone Precone regis, Magistris Jac. Skrimgeour canonico Lesmoren., Jac. Davidsoun, Wil. Barry, burgen. de Dunde, David Murray, Alex. Johnesoun, et D. David Bell capellano ac notario publico :—cum subscriptione sua manuali : —Apud Perth, 25 Oct. 1511] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 36.

3658. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX concessit JACOBO STEWART in Auchinbaddy, heredibus ejus et assignatis, —terras de Knokorth, in baronia de Aberkerdour, vic. Banff;—quequidem fuerunt Alex. Innes de eodem ; et in defectu bonorum mobilium (pro amerciamento 40 librarum, in quo adjudicatus fuit pro nonintroitu ipsius in itinere justiciarie apud Banf, et pro alio amerciamento 100 lib. in quo adjudicatus fuit pro nonintroitu coram justiciario in pretorio de Striveling) distringibilium, pro 63 lib. de dictis summis appreciate fuerunt et regi assignate ; quam summam dictus Jac. thesaurario persolvit : —REDDEND. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Banf post festum S. Michaelis ; necnon wardam, &c. cum contingerent :—et voluit rex quod dictus Alex., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c. persolverent infra septennium :—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xvii. 52.

3659. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX concessit ROBERTO INNES de Rothnekenze, heredibus ejus et assignatis, —terras de Monedy, et tertiam partem terrarum de Mireside, in baronia de Abirkerdour, vic. Banf ;—quequidem fuerunt Alex. Innes de eodem ; et in defectu bonorum mobilium pro amerciamentis (*in carta* 3658 *descriptis*) distringibilium, pro 77 libris de dictis summis appreciate fuerunt et regi assignate ; quam summam dictus Rob. thesaurario persolvit :—REDDEND. (*ut in carta* 3658) :—et voluit rex quod dictus Alex., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c. persolverent infra septennium :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xvii. 53.

3660. Apud Edinburgh, 18 Nov.

REX confirmavit cartam Jac. Edmonstoun de Buchquheddrok, et Elene Murray ejus sponse,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendiderunt et alienaverunt WILLELMO (MURRAY) de Tulchadam, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Buchquheddrok, cum tenentibus, &c., vic. Striveling :—TENEND. de rege in feodo :—RESERVATO sibi et ipsorum alteri diutius viventi libero tenemento earundem : —TEST. Geo. abbate monasterii S. Crucis prope Edinburgh, Rob. Colvill de Uchiltre, Magistris Adam Ottirburne, Walt. Layng, Jac. Lermonth, Ric. Narne, Dunc. Narn, And. Stewart, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1510] :—TEST. *ut in carta* 3621.

xvii. 45.

3661. Apud Edinburgh, 20 Nov.

REX,—quia in causa optenta per Malc. Drummond de Megoure, 9 Nov. 1503, super Alex. Wintoun de Andate, de 100 mercis secundum tenorem literarum dicti Alex. obligatoriarum solvendis decretum extitit,—et literis directis Alex. Bannarman de Wattertoun vicecomiti deputato de Abirdene, defectu bonorum mobilium terre subscripte, per dictum Alex. de rege tente in warda et relevio, pro dicta summa appreciate sunt et dicto Malc. vendite ;—igitur concessit dicto MALCOLMO DRUMMOND, et ejus heredibus,—5 marcatas terrarum de *le Schaddow-half* de Andate, per Wil. et Tho. Gray inhabitatas, vic. Abirdene :— et voluit quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam

summam, &c. persolverent infra septennium:—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 73.

3662. Apud Edinburgh, 20 Nov.
REX concessit JOHANNI MONCREIF de eodem militi, et ejus heredibus,—tertiam partem terrarum de Ester Coilsy, in baronia de Ballinbreich, vic. Fyffe;—que fuit dicti Joh., tenta de Georgio com. de Rothes tanquam una tenandria baronie de Ballinbreich; que tota baronia in manibus regis recognita fuit ob alienationem majoris partis ejusdem absque consensu:—Tenend. de rege, quousque dictus Geo. vel heredes ejus dictam baroniam recuperarent, et dictum Joh. in prefatis terris infeodarent; et deinde Tenend. de dicto Geo. tanquam barone de B. in feodo:—Reddend. interim regi annuatim unam (sectam) ad placitum curie capitalis vic. de Fyffe, post festum S. Michaelis; necnon wardam, &c., cum contingerent:—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 57.

3663. Apud Edinburgh, 9 Dec.
REX,—quia direxerat literas vicecomiti de Forfare ad distringend. prepositum, ballivos, consules et communitatem burgi de Dunde pro 100 libris grossorum monete Flandrie, quas Jac. Rollok burgensis dicti burgi tanquam plegius pro iisdem thesaurario persolverat,—et 22 Aug. 1511, 50 lib. de dicta summa solutis, annuus redditus subscriptus pro ceteris 50 lib. appreciatus fuit et dicto Jac. venditus;—igitur concessit dicto JACOBO ROLLOK, heredibus ejus et assignatis,—ann. red. 10 librarum monete Scotie de molendino burgi de Dunde, nuncupato molendino brasii de D., et de multuris ejusdem:—Reddend. servitium burgi debit. et consuet.:—et voluit rex quod dicti prepositus, &c., et eorum successores haberent regressum quandocunque dictam summam cum expensis persolverent:—Test. "*ut in aliis cartis.*" xvii. 54.

3664. Apud Edinburgh, 10 Dec.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Angusie et dom. Dowglas ac regalitatis de Kerymure,—[qua concessit HENRICO LOVELL de Ballumby militi, et MARGARETE MONCREIF ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione pro tempore vite eorundem, ac heredibus dicti Hen. quibuscunque,—terras suas de Eglismonitho, Balmosse cum 2 molendinis, le Brauchane, ac terras 2 partium de le Kirktoun de Monyfuth, et Justingleys, una cum omnibus piscationibus in mari et aqua de Taya versus dictas terras de M., J. et E. a littoribus earundem, ac cum omnibus portibus in eisdem, et privilegio capiendi *le bait* in dictis littoribus, infra regalitatem de Kerymure, vic. Forfare;—que fuerunt dicti Hen. seu saltem reputate tenandrie dicti comitis, ac jampridem cum ceteris terris dicti comitatus et regalitatis in manibus regis fuerunt per spatium 46 annorum ratione nonintroitus; et rex pro certa compositione, cujus ipse Hen. partem sibi contingentem persolvit, dictum comitem de novo infeodavit, cum licentia ad infeodandum de novo tenentes;—et idem Hen. dictas terras, &c. personaliter resignavit;—et dictus comes easdem in tenandriam seu dominium de Eglismonitho incorporavit, villamque de E. principale messuagium fore, quod *le chemis* Scotice dicitur, dicte tenandrie ordinavit:—Reddend. annuatim dicto com. unum denarium nomine albe firme:—Test. Wil. Dowglas milite filio suo, Petro Carmichell, Arch. Dowglas, Magistris Rob. Hammiltoun, et Tho. Boid rectore de Kirkmichell ac notario publico:—cum subscriptione sua manuali:—Apud Edinburgh, 22 Feb. 1510]:—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 60.

3665. Apud Striveling, 12 Dec.
REX confirmavit WILLELMO COMITI DE MONTROSE, &c., et CRISTINE WAWANE ejus sponse,—terras et baroniam de Abruvane, cum tenentibus, &c., vic. Perth; cum potestate *le cruvis* in aqua de Erne edificandi et utendi, et proficua eorum levandi;—quas idem Wil. resignavit:—Tenend. dictis Wil. et C. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et post eorum decessum legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque:—Test. *ut in carta* 3653. xvii. 48.

3666. Apud Edinburgh, 13 Dec.
REX confirmavit cartam Roberti dom. Creichtoun de Sanchare,—[qua concessit JACOBO CREICHTOUN de Frendracht militi, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Hiltoun-Malare et Kirktoun-Malare ac Westir Fergundeny (et le Newtoun de Fergundeny), cum molendinis, piscationibus, tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Perth,—in excambium pro terris de Kirkpatrik-Irnegray cum molendinis, &c. (*ut supra*), in senesc. Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis :—REDDEND. annuatim regi pro Hiltoun-M. et Kirktoun-M. unum den. nomine albe firme; pro ceteris servitium debit. et consuet. :—TEST. Joh. Creichtoun de Invernyte, Joh. Creichtoun de Hartwod, Joh. Dunnyng, Wil. Lyoun, Alex. Makneil, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis :—Apud Edinburgh, 11 Dec. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3653.
xvii. 49.

3667. Apud Edinburgh, 16 Dec.
REX,—in corroborationem et augmentationem infeofamentorum antea factorum, et pro singulari favore erga M. Rob. Elphinstoun rectorem de Kincardin-Oneil,—de novo admortizavit ECCLESIE DE KINCARDIN-ONEIL et rectori ejusdem, et ejus successoribus,—terras de le Kirktoun de Kincardin-Oneil, Westir-Kincardin, Stronduff, Cragtoun, Burrostoun, Colcardy, Estir-Slowy, Nethir-Slowy, Tulidrane, le Miltoun cum molendino et terris earundem, nemora de Harthmily in rupe de Slowy, et piscariam de Poteuch subtus et supra aquam de Dee, vic. Abirdene ;—quas dicte ecclesie rectores ex antiquo habebant in libera baronia :—insuper, pro edificatione apud dictam ecclesiam fienda, et pro hospitatione ligeorum, creavit terras de le Kirktoun de K., terras de Burrostoun et Cragtoun terris de le K. proxime adjacen., in liberum burgum in baronia, KINCARDIN ONEILL nuncupand.; — cum facultate inhabitantibus emendi et vendendi, &c., necnon ut forent burgenses, et quod dictus rector haberet potestatem eligendi ballivos, &c.; cum potestate tenendi crucem foralem, et omnem ebdomida forum in die Lune, et annuatim nundinas publicas in die S. Erchardi dicte ecclesie patroni, et per octavas ejusdem; cum thollis, &c.:—insuper, ut dicte ecclesie patronus, dedit dicto rectori licentiam terras de Kirktoun, Burrostoun et Cragtoun assedandi in perticatis burgalibus :—TEST. *ut in carta* 3653.
xvii. 51.

3668. Apud Edinburgh, 16 Dec.
REX concessit et quitteclamavit JOHANNI ROS, filio et apparenti heredi Johannis R. de Craggy, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Craggy, Westir-Malare, Pethavelis, cum molendino de C., tenentibus, &c., vic. Perth; necnon terras de Auchinleskane, Tullochlembar, Lakenscredane cum molendino, le Kirktoun, *le* thre Auchttowis, Cowill, Drumnes, cum *le outsettis*, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas dictus Joh. pater resignavit; et quas rex pro bono servitio in unam liberam baroniam de Craggy incorporavit, et maneriem de Malare fore principale messuagium ejusdem ordinavit :—REDDEND. annuatim unam sectam ad tria placita capitalia vic. de Perth, una cum wardis, &c., cum contingerent : — RESERVATIS libero tenemento de Craggy, Malare, Pethavelis, molendino de C., *le* thre Auchttowis, et Drumnes, dicto Joh. seniori, et rationabili tertia earundem ejus sponse, pro diebus ipsorum vite :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xvii. 59.

3669. Apud Edinburgh, 19 Dec.
REX concessit GEORGIO LESLY, et ejus heredibus,—terras de Drumbarrow, in baronia de Ballinbreich, vic. Fiffe;—que fuerunt dicti Geo., tente de Georgio com. de Rothes tanquam una tenandria baronie de B., et que integra baronia in manibus regis recognita fuit :—TENEND. de rege, quousque dictus comes aut heredes ejus dictam baroniam recuperarent et dictum Geo. L. in predictis terris infeodarent; et postea TENEND. de dicto comite in feodo : —REDDEND. interim regi annuatim unam sectam ad curiam capitalem vic. de Fiffe ad festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xvii. 63.

3670. Apud Edinburgh, 19 Dec.
REX concessit JOHANNI RAMSAY de Canterland, et ejus heredibus,— terras de Canterland, Kynnerd, et Cumystoun, vic. Kincardin;—que quidem fuerunt dicti Joh. in proprietate et tenandria, de rege per servitium warde et relevii tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et quas rex pro specialibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam de Canterland:— REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, necnon wardam, &c., cum contingerent: — cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. *ut in carta* 3724. xviii. 54.

3671. Apud Edinburgh, 23 Dec.
REX concessit, confirmavit et quitteclamavit WALTERO LICHTOUN de Ullishavin, et ejus heredibus,—terras de Ullishavin, cum turre, fortalicio, molendino et portu earundem, una cum communi pastura infra moras de Rossy, catellis tenentium et dictarum terrarum de U. inhabitantium, cum privilegio lucrandi et abductionis focalium tam in moris quam in maresiis infra dict. terras de R., exceptis terris dominicalibus de R., David Rossy de eodem pertinentibus, vic. Forfare;—quarum proprietatem idem Walt. personaliter, et superioritatem David Rossy per procuratores, resignaverunt;—necnon terras de Wester-Campsy cum silvis et speluncis earundem, necnon terras de Kynnard, vic. Forfare; et terras de Dullauthy cum piscariis earundem, vic. Kincardin; —quas idem Walt. resignavit;—et quas integras terras rex pro singularibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam de Ullishavin:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfare, necnon wardam, &c., cum contingerent:— TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89. xviii. 73.

3672. Apud Edinburgh, 27 Dec.
REX concessit familiari clerico suo D. JACOBO KINCRAGY decano Abirdonen., heredibus ejus et assignatis,—terras de Balhelvy, extenden. ad 20 mercatas terrarum novi extentus, et terras nuncupatas le Park de Balhelvy, et 7 acras vel eocirca nuncupat. Henrys - landis ad custodiam dicte parce ab antiquo spectantes, cum piscationibus aque de Tay, *le fery-bait* et passagio ejusdem, extenden. ad 10 merc. novi extentus, in baronia de Ballinbreich, vic. Fiffe;—que fuerunt Georgei com. de Rothes tanquam pars dicte baronie, que in manibus regis recognita fuit ob alienationem majoris partis absque consensu:— REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, necnon wardam, &c., cum contingerent:—et voluit rex quod dict. comes, heredes ejus vel assignati, haberent regressum quandocunque persolverent dicto Jac. 600 mercas simul in una summa, quam summam dictus Jacobus pro rege solvebat mercatoribus Edinburgi pro mercantiis ab eis ad usum regis per dictum Jac. tanquam clericum et factorem Jacobi archiepisc. Glasguen. thesaurarii regis receptis:— TEST. *ut in carta* 3635. xviii. 6.

3673. Apud Edinburgh, 29 Dec.
REX ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO KINCRAGY,—terras de Ald-Lundoris, cum 2 ortis, 3 cotagiis, et brasina viz. *le brewland* earundem, extenden. annuatim ad 24 libras 14 solidos 2 denarios, 24 bollas avenarum, 32 capones et 64 pultrias, in dominio et vic. de Fiffe:—TENEND. dicto Alex. et ejus heredibus masculis, quibus deficientibus, seniori de heredibus fem. absque divisione: — REDDEND. annuatim 40 libras, cum bollis, &c. ut antea; et duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent; —necnon edificando et sustinendo mansionem sufficientem, cum aula, camera, coquina, orreo, bostari, columbariis, ortis, pomariis aliisque edificiis, &c.; — et non liceret dictas terras in toto vel in parte alienare sub pena forisfacture; — necnon solvendo multuras debit. et consuet.:—TEST. *ut in carta* 3635. xviii. 7.

3674. Apud Edinburgh, 31 Dec.
REX confirmavit cartam Mergarete Colvile, filie et unius heredum quondam Wil. C. de Uchiltre militis,—[qua, cum consensu Rob. C. de Uchiltre sui tutoris et curatoris,

pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ANDREE KER de Farnyhirst, heredibus ejus et assignatis,—suam dimedietatem terrarum et baronie de Oxnem, cum dimedietate molendini earundem, cum tenentibus, &c., — terris de Heytoun et Maxtoun exceptis, — vic. Roxburgh : — Reddend. annuatim regi tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Roxburgh, necnon wardam, &c., cum contingerent :—Test. M. Tho. Ker rectore de Yettame, Wil. Kirktoun, Wil. Ker, Tho. Gledstanis, Joh. Wemys, Tho. Kinloch, M. Tho. Scott vicario de Wemet, Alex. Young et Alex. Clerk notariis publicis :—Apud Edinburgh, 30 Dec. 1511] :—Test. *ut in carta* 3716.

xviii. 27.

3675. Apud Edinburgh, 2 Jan.

REX concessit JONETE TERRELL,—terras de Inverbreky et Balnegall, in comitatu Rossie, vic. Invernys ;—quas eadem Jon. prius in manibus regis tanquam comitis Rossie resignavit in favorem And. Stewart filii sui carnalis et heredum ejus de corpore legit., quibus deficientibus, dicte Jon. reversuras ; et postea dictus Andreas diem clausit extremum absque legit. herede de corpore suo ; et tunc dicte terre regi pertinebant rationibus recognitionis et nonintroitus : — Tenend. dicte Jonete et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus ejus heredibus quibuscunque, de rege in feodo :—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 125.

3676. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX ad feodifirmam dimisit WILLELMO FORESTARE, filio et heredi apparenti Tho. F. de Crannok,—terras de Kyddisdale, in dominio Galwidie, vic. Wigtoun, prius extenden. ad 20 libras :—Tenend. dicto Wil. et ejus heredibus masculis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—Reddend. annuatim 23 lib. 6 sol. 8 den., ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret ;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407) :—Test. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xvii. 67.

3677. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REX confirmavit JOHANNI ALLIRDES de eodem, et JONETE LUNDY ejus sponse,—terras de Leyis, ac orientalem dimedietatem de Litill Barres, in baronia de Allirdes, vic. Kincardin ;—quas idem Joh. resignavit :—Tenend. dictis Joh. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscunque secundum tenorem carte tallie desuper confecte :—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 64.

3678. Apud Edinburgh, 11 Jan.

REX concessit familiari suo clerico M. JACOBO HENRYSOUN de Fordell, clerico generali justiciarie, et ELENE BATY ejus sponse,—tertiam partem septime partis terrarum et baronie de Fordell, cum molendino earundem, vic. Fiffe ; —quam regis consanguineus Alex. Elphinstoun resignavit ; et quam rex univit remanentie baronie de F. :—Tenend. dictis Jac. et E. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscunque : — Reddend. annuatim pro integra dicta baronia unam sectam ad quodlibet placitorum capitalium vic. de Fiffe, una cum warda, &c. :—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xvii .70.

3679. Apud Edinburgh, 14 Jan.

REX confirmavit cartam Wil. Craufurde de Lefnoriis et de Beax,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti GEORGEO CRAUFURDE, heredibus ejus et assignatis,—4 mercatas terrarum de Leffinnoriis, 10 solidatas de Blakethill, et 8 mercatas de Beax, cum turre et fortalicio earundem, antiqui extentus, una cum parte sua communi de communi terrarum de Terringzane, in Kyle-regis, vic. Are : — Reddend. annuatim regi unum denarium nomine albe firme :—Reservatis sibi libero tenemento, et Jonete Campbell ejus sponse rationabili tertia :—Test. Alex. Campbell de Skeryng

toun, Rob. Craufurde, Jac. Barde de Drummellin, et Joh. Dalrumpill :—Apud Leffinnoriis, 16 Dec. 1511] :— Necnon aliam cartam ejusdem, — [qua concessit eidem Georgeo Craufurde, heredibus ejus et assignatis, — suum annuum redditum de terris et baronia de Dallmellintoun, vic. Are :—REDDEND. annuatim regi unum den. nomine albe firme :—TEST. Hugone Campbell de Lowdoun milite, Geo. C., Matheo C., fratribus germanis, Jac. Douglas de Pennyland, Joh. Lokart de le Bar, et Alex. Campbell de Skeringtoun :—Apud Leffinnoriis, ult. die Feb. 1507] : — Insuper ratificavit divisionem factam per suam commissionem, in sua minore etate datam, de communi inter terras suas de Terringzeane et terras dicti Willelmi suprascriptas :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xvii. 74.

3680. Apud Edinburgh, 18 Jan.

REX, tanquam senescallus Scotie, confirmavit cartam Roberti quondam senesc. Scotie com. de Stratherne,—[qua confirmavit consanguineo suo D. JOHANNI SENESCALLI de Dernelie militi — terras de Croikisfow (*sive* Croisfow), Inchenane, et Perthaikscott, infra baroniam de Renfrow ; — quas idem Joh. apud Dernelie, coram dicto Rob. ac Joh. Senescalli dom. de Kyle ejus primogenito et herede, ac aliis, personaliter die Lune 10 Jan. 1361 resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Rob. filio ejus et heredi, ac ipso filio sine herede masc. superstite ab hac luce sublato, aliis heredibus masc. ipsius Joh. de corpore legit. procreatis, ac heredibus masc. dict. heredum de corporibus procreandis per lineam directam descendentibus :—FACIEND. communem sectam ad curiam baronie de Renfrow ad tria placita capitalia per annum, ac alia servitia debita et consueta :—et si contingeret dictos heredes deficere, concessit easdem terras Galtero Senescalli fratri dicti Joh. et heredibus masc. ejus de corpore, &c. (*ut supra*), quibus deficientibus, Alexandro S. fratri eorundem Joh. et Walteri, et ejus heredibus masc. &c., (*ut supra*), quibus def., illi qui proximior masc. de sanguine et cognomine ipsius Joh. pro tempore repertus foret, et ipsius heredibus masc. :—TEST. Joh. et Rob. de Pesselay et Kilwynnyn abbatibus, Rob. de Erskin, Hugone de Eglintoun, et Joh. de Lile, militibus :—cum sigillis dicti senescalli et dicti ejus primogeniti] :—ac etiam concessit MATHEO COMITI DE LEVENAX tunc heredi et possesori dominii de Dernlie, totum jus suum ad dictas terras ratione quacunque :—Insuper,—pro speciali favore, pro bono servitio, et pro conservatione castri de Croikisfow, manerii et palatii de Inchenane, et aliarum politiarum infra dictum dominium, a devastatione tempore warde dictarum terrarum per personas que forte donationem dicte warde optinere possent,—concessit dicto Matheo et ejus heredibus tallie,—castrum et fortalicium de Crokisfow, edificia, ortos, terras dominicales, parcam et clausuram earundem, terras dominicales de Dernlie, et molendinum earundem, terras de Dormondside, Nethirtoun, et Ald-Crukistoun, extenden. ad 20 libratas antiqui extentus, jacen. circa dictum castrum ; ac prefatum manerium et palatium de Inchenane cum parca et ortis ejusdem, terras dominicales de I., terras de Quhithill, villam de I., Raschelee, Wirthland, Fluriis, Cragtoun, et Gardenarland, cum integra communia earundem, extenden. ad 20 lib. ant. ext., in dicta baronia de Renfrow :—REDDEND. annuatim pro dictis 40 libratis unum denarium argenti nomine albe firme, et pro residuo dicti dominii servitium warde et relevii debit. et consuet. :—TEST. 86. 101. 30. 87. 102. 69. 107. 5. 83. 108. 22. 84. 48. 51. 54. 97. 81. 60. 88. 109. 110. 89.

xviii. 2.

3681. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REX confirmavit cartam Thome Bissat de Petmukstoun, mari feodi vic. de Abirdene, —[qua ad feodifirmam dimisit PATRICIO LESLIE burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Petmukstoun prope aquam de Dee, vic. Abirdene : —TENEND. de rege in feodo :—REDDEND. capellanis chori ecclesie parrochialis B. Nicholaii de Abirdene annuum redditum 12 mercarum pro anniversario et exequiis quondam Roberti Blinseile burgensis dicti burgi per eum fundatis ; et dicto Tho.

ann. red. 5 mercarum nomine feodifirme :—TEST. Joh. Mar, Geo. Bissat, Tho. Leicht, David Fynne, Joh. Balcrummy, burgen. de Abirdene, Joh. Chene, Dominis David Lyell et Joh. Striveling capellanis ac notario publico :—Apud Abirdene, 7 Dec. 1511] :—Insuper pro bono servitio dictas terras quitteclamavit :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 72.

3682. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX concessit JOHANNI FERGUSOUN de Douny, et ejus heredibus, — terras de Murthlie, Inverquhorsky, Dalrilzeanis, Leourch, Dulmava, Glenganot, Petbrane, et Kynnard, in dominio de Strathardill, vic. Perth ;—quas Dorothea Tulloch cum consensu Walteri Wod de Bonyntoun sponsi sui resignavit ; et quas rex pro speciali favore univit baronie de Douny:—REDDEND. annuatim sectam curie, &c., de dict. baronia prius debit. et consuet., necnon wardam, &c. terrarum suprascriptarum cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xvii. 71.

3683. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX concessit THOME DOMINO FRASER DE LOVET, et ejus heredibus, —dimedietatem terrarum de Ballecaranach et Arquhide (*seu* Erquhide), vic. Invernys, extenden. annuatim ad 7 libras 6 solidos 8 denarios in firmis, &c. ; — que fuerunt Alex. Auchansoun, de rege tente ; et pro summa 190 lib. 13 sol. 4 den., regi debita ratione nonintreitus per 26 annos, appreciate fuerunt et dicto Tho. deliberate tanquam assignato Walteri Ogilvy, cui wardam et nonintroitum dict. terrarum rex donaverat:—et voluit rex quod dictus Alex. et heredes ejus haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 35.

3684. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam David Strathachin de Kermily,—[qua in puram elemosinam, pro salute animarum regum Scotie, Willelmi episc. Brechinen., sue, Jonete Drummond sponse sue, &c., concessit D. Malcolmo Strubill capellano, et ejus successoribus, in CAPELLA B. V. M. DE KERMYLE celebraturis, — annuum redditum 5 mercarum de manerio suo de Carmyle, et molendino ejusdem, necnon 40 solidorum de ceteris terris suis husbandriis infra dominium de Kermyle, manerio et molendino de K. exceptis, in baronia de Panmure, vic. Forfare ; necnon 4 acras terrarum contiguas ad finem orientalem apud le Myltoun de Kermyle, una cum acra de *le suard* vel *medow* pro pastura animalium, ex parte australi aqueductus molendini ejusdem, et toftam et ortum in dicta le Myltoun, cum communi pastura 4 vaccarum cum sequelis in communitate de Kermyle, et 30 ovium, unius juvence cum ejus pullo si haberet unum, et unius equi et unius vacce 4 vaccarum predict. pascendarum ubi equi et vacce dicti David pascebantur infra terras et pasturam de Carmyle: —TEST. M. Alex. Gardyne vicario de Manys, M. David Gardyne, D. Alex. Maknab vicario de Edwy, Jac. Carnegy de eodem, Walt. Symsone, Joh. Davisone, et Joh. Strubill:—Apud Kermyle, 5 Mar. 1500] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xix. 4.

3685. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX concessit et quitteclamavit THOME BALLINGALL, et ejus heredibus,—terras de Riggis, que erant una pars de Fareleislandis, necnon unam partem de Linlithqwis-landis, infra dominium de Lauthreisk, vic. Fiffe ;—que fuerunt dicti Tho. ; et pro 500 libris pro firmis dictarum terrarum ad spatium 50 annorum, regi debitis ratione nonintroitus, per Hen. Ramsay de Redy et Tho. Grundistoun de Kingask vicecomites deputatos de Fiffe, appreciate fuerunt et regi assignate ;—quam summam dictus Tho. thesaurario persolvit :—REDDEND. servitium warde, &c. :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 11.

3686. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REX concessit et pro bono servitio quitteclamavit ROBERTO LAUDIRE de Bass militi,—terras de Popill vocat. Lauederislandis, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; — quas David Lawder

personaliter resignavit:— TENEND. dicto Rob. et ejus heredibus masculis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscunque:— REDDEND. annuatim duo paria calcarium deauratorum, nomine albe firme:—TEST. *ut in carta* 3635. xviii. 10.

3687. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX concessit ALEXANDRO OGILVY de Deskfurde, et ejus heredibus,—terras de Sandlauch, et piscarium earundem in aqua de Dovern, vic. Banff;—que fuerunt Jac. Stewart de Baddinspink, et regi appreciate fuerunt pro firmis earundem in regis manibus existen. per 25 annos ratione nonintroitus; et postea date fuerunt Jac. Stewart de Trakware; et dicti Jac. S. de T. et Jac. S. de B. easdem resignaverunt:— insuper rex pro favore, &c., concessit eidem Alex. firmas, &c., de terminis elapsis, et omne jus suum ad dictas terras:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Banf, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89.
xviii. 1.

3688. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX, diligenti tractatu cum officiariis suis desuper habito, confirmavit et quitteclamavit MATHEO COMITI DE LEVENAX, &c., et ejus heredibus,—comitatum de Levenax, dominium et terras ejusdem, et officium vicecomitis de Dunbartane, cum tenentibus, &c., jure patronatus, advocatione et donatione prepositure ecclesie collegiate de Dunbartane, prebendarum ejusdem, atque ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dicti comitatus et vicecomitatus, vic. Striveling et Dunbartane;—quos idem comes tunc possidebat;—insuper, pro speciali amore et pro bono servitio, univit dictum vicecomitatum prefato comitatui, et ordinavit quod una sasina apud manerium de Inchemering capienda pro ambobus sufficeret:—TENEND. in libero comitatu ac libera foresta, sicut quondam Malcolmus et Duncanus comites de Levenax seu quicunque alii predecessores dicti Math. eosdem possederunt:—TEST. *ut in carta* 3680. xviii. 3.

3689. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REX concessit Georgeo episcopo Dunkeldensi, capitulo Dunkelden., ac civibus et inhabitantibus civitatis et burgi in baronia de DUNKELD, et eorum successoribus,—pro speciali devotione erga S. Columbam dicte civitatis patronum, et tenerrimo amore erga dictum episc., et in augmentationem privilegiorum dicto burgo antiqua infeodatione concessorum, — libertatem habendi diem fori die Jovis ebdomidatim, et nundinas publicas in crastino post diem S. Columbe et per octavas ejusdem; cum potestate omnibus ligeis emendi et vendendi omnes mercantias; ac cum potestate dicto episc. et ejus ballivo baronie Dunkelden. pro tempore, omnes extravagantes *le sornaris* ac alios delinquentes infra dictam baroniam prout deceret puniendi, nullo dampno eis in justiciarie et camerarie itineribus inde generato:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus consimilis date.*"
xix. 16.

3690. Apud Edinburgh, 1 Feb.
REX confirmavit GEORGEO DOMINO SEYTOUN, et JONETE HEPBURNE ejus sponse,—terras et baroniam de Bernis vocat. Eist-Bernis et West-Bernis, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas terras de Eist-Bernis iidem Geo. et Jon. separatim, et terras de West-Bernis idem Geo., resignaverunt:—TENEND. dictis Geo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 12.

3691. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REX concessit JOHANNI STEWART, filio et heredi apparenti Mathei comitis de Levenax, &c., et ELIZABETHE STEWART ejus sponse, — terras et baroniam de Torboltoun, extenden. ad 100 libratas antiqui extentus, cum tenentibus, &c., advocatione et donatione ecclesie earundem, terras de Galstoun, cum turre, fortalicio, manerio, molendino, tenentibus, &c., advocatione et donatione capellanie earundem, extenden. ad 40

mercatas ant. ext., ac terras de Dregarne, ad 20 mercatas ant. ext., vic. Are;—quas dictus Matheus personaliter resignavit; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Torboltoun, et ordinavit aulam situat. super *le Courthill* de Torboltoun fore capitale messuagium ejusdem :—Tenend. dictis Joh. et Eliz., et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, reversuras dicto Math. et ejus heredibus masc. quibuscunque, secundum tenorem antiquarum ejus infeodationum : — Reddend. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Are post festum S. Michaelis, et wardam, &c., cum contingerent :—Reservato dicto Math. libero tenemento omnium tenandriarum dicte baronie, cum advocatione, donatione et jure patronatus supradictis :—Test. *ut in carta* 3635.

xviii. 9.

3692. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX concessit JOHANNI DOMINO HAY DE YESTER, filio et heredi quondam Johannis dom. H. de Y., et ejus heredibus,—terras et baroniam de Oliver-castell, cum tenentibus, &c., vic. Peblis, et terras de Todrik, vic. Selkirk;—que fuerunt dicti quond. Joh.;—necnon dimedietatem terrarum de Glenrusco, infra baroniam de Oliver-castell, vic. Peblis; — que fuit Johannis dom. Flemyng in superioritate, et Joh. Murray de Fawlohill in proprietate; —et que omnes in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et dict. dom. F. presenti infeodationi coram rege et thesaurario consensit;—et quas omnes rex pro speciali favore de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Oliver-castell : —Reddend. annuatim pro Todrik tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Selkirk, pro ceteris terris tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Peblis; necnon wardam, &c., cum contingerent :—cum licentia ad infeodandum tenentes : — Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 21.

3693. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX confirmavit cartam Alexandri com. de Menteith,—[qua concessit WALTERO GRAHAME,—lacum de Lochtoun (Lochconn?) cum insulis ejusdem, 2 mercatas terrarum de *le* Miltoun de Abirfull et molendinum ejusdem, 4 mercatas de Inchre, 23 solidatas 4 denariatas de *le* Kirktoun de Abirfull, 23 sol. 4 den. de Bofresle, 20 sol. de Bonente, 40 sol. de Dounance et Baleich, 3 libratas de Gartlonanbeg, Gartocharne et Girechat, extenden. in integro ad 18 merc. 6 sol. 8 den., in comitatu de Menteith, vic. Perth;—quia dictus Walt. de dicto Alex. habuit 18 merc. 6 sol. 8 den. terrarum de Kilbride, infra comitatum et vic. predictos, sibi per dictum Alex. warantizatas; que pretextu alienationis absque consensu regis, de quo tenebantur per servitium warde et relevii, recognite fuerunt :—Tenend. dicto Walt. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ad dict. Alexandrum reversuras : — Reddend. annuatim dicto Alex. unum denarium nomine albe firme : — Test. Jac. Menteith, Hen. Grahame, Geo. Creichtoun, Alano Stewart, et And. Nortoun :— cum subscriptione manuali dicti Alex. :—Apud Striveling, 14 Maii 1510] : —Test. *ut in carta* 3635. xviii. 8.

3694. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REX ad feodifirmam dimisit KAROLO MURRAY, — terras de Buchny, prius extenden. ad 10 libras 13 solidos 4 denarios, et terras de Cultrannech, ad 10 lib., in dominio de Stratherne, vic. Perth : — Tenend. dicto Kar. et ejus heredibus masculis, quibus deficientibus, seniori de heredibus fem. absque (divisione) : — Reddend. annuatim pro Buchny 14 lib., pro Cultrannych 12 lib. 10 sol.; cum martis debit. et consuet.; necnon duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent;—necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407 :)—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 17.

3695. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REX ad feodifirmam dimisit DAVID MURRAY, et CRISTINE ROS ejus sponse, — terras de Tullibanquhare, prius extenden. ad 16 libras, et Estire

Lochlyn, ad 8 lib., in dominio de Stratherne, senesc. ejusdem, vic. Perth: —TENEND. dictis D. et C. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter ipsos legit. proc., quibus def., heredibus masc. ipsius David, quibus omnibus def., seniori ejus heredum fem. absque divisione: —REDDEND. annuatim pro Tullibanquhare 20 lib. cum mertis debit. et consuet., pro Estire Lochlin 10 lib. sine mertis; necnon duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret; —necnon edificando &c. (*ut in carta* 3407) :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 18.

3696. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX concessit DAVID COMITI DE CASSILLIS dom. Kennedy, et MERGARETE BOID ejus sponse, et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et vitali redditu, — castrum et manerium de Cassillis, una cum terris subscriptis que erant pars proprietatis et baronie de C., viz. terris dominicalibus de C. cum molendino et *le* Myltoun earundem, parca de C., *le* Blare-boyis, Craufurdistoun, Pinmwreis, Giltremakgrane, Arinscheyn, Carsanstoun, *le* Hoilhous (*seu* Hilhous), Dounscheistoun, Bernfurd, Troquhan, extenden. ad 43 mercatas terrarum antiqui extentus;—concessit etiam eidem David, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Cassillis, cum castro et molendino earundem, Makilweynstoun, Mungumboristoun, Giltre, Ferdinwilliame, cum tenentibus et tenandriis earundem, viz. duabus *le* Kilmoriis, Giltre, Dalmortoun, et Dalreoch, ac terras de Glensthinschare, *le* Row, Over et Nethir *le* Ballochis, duas Knokynness, Glengept, Cragconray, Carnefor, Lochmungane, Dalquharne, Trabouk, duas Glengynnettis, *le* Bennane, Knokunschoch, Dallongfurd, Cragfyn, Bogire, Kingrossane, Forlene, Ellir-kenyoche, Ardinschein, Makwardinstoun, *le* Coif, *le* Killeke, infra comitatum de Carrik; —que fuerunt dicti David;—necnon tres mercatas terrarum de Makmartinstoun, tres mercat. de Garpin et Dalduf, 2 mercat. de Drummulin, 20 solidatas de Auchincros, 1 mercatam de Dalduf, 6 solidatas 8 denariatas de Dalcur, tres mercatas de Clonclauch, duas mercatas de Kirkbride, 1 mercatam de Bardonane, 6 solidatas 8 denariat. de Crago, 6 solidat. 8 denariat. de Ardoch, cum superioritate, tenente et tenandria 10 libratarum ant. ext. de Kilkerane, in dominio et territorio de Kilkenze, comitatu de Carrik, vic. Are;—que fuerunt Joh. Barde de Kilkenze;—et quas omnes dicti David et Joh. personaliter resignaverunt;—et que tres mercate de Knokunscheoch et Dallongfurd fuerunt dicti David, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis ipsarum;—et quas omnes terras rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Cassillis :—REDDEND. annuatim regi tanquam comiti de Carrik sectas ad curias comitatus de Carrik debit. et consuet., necnon wardas, &c., cum contingerent :—TEST. *ut in carta* 3716.

xviii. 32.

3697. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX confirmavit DAVID LYOUN de Kynnell, et ELIZABETH LINDESAY ejus sponse,—terras de Wester Brakys, et molendinum de Haltoun cum ejusdem terris, in baronia de Kynnell, vic. Forfare; —quas idem David resignavit :—TENEND. dictis D. et Eliz. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti D. quibuscumque :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 96.

3698. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REX concessit THOME SUTHERLAND, et ejus heredibus,—4 rodas terrarum et tenementorum contigue jacen. infra burgum de Invernys ex parte boreali ejusdem, inter terram quondam Ade Skynnare et terram Joh. Golland; et 2 rodas terrarum ex parte occidentali pontis dicti burgi;—que regi pertinebant per decessum Willelmi S. fratris dicti Tho., qui bastardus decessit absque legitimis heredibus de corpore suo procreatis :— REDDEND. firmam burgalem,

&c. :—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 14.

3699. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX concessit JOHANNI MAKALLOUN, filio et heredi apparenti Alexandri Makcalloun, — terras de duabus Inwyry, Thirveis, et Edinglas, in comitatu de Mar, vic. Abirdene ; — quas dictus Alex. resignavit :— TENEND. dicto Joh. et ejus heredibus, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque : — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, una cum servitio debit. et consuet. ; — RESERVATO libero tenemento dicto Alex. ;—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 13.

3700. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REX confirmavit cartam Wil. Forbes de Reras militis,— [qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit regis familiari ANDREE WOD de Largo militi, et ELIZABETHE LUNDY ejus sponse,—terras suas de Northir-Faufeild et Frostleis, in baronia de Reras, vic. Fiffe : —TENEND. dictis And. et Eliz., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti And. quibuscunque, de rege in feodo :— TEST. Hen. Ramsay de Redy, Laurentio Bekertoun, Wil. Wemys, Wil. Salmond, Joh. Morgane, Joh. Adamsoun, Alex. Maknell, Joh. Gray, et Jac. Young, notariis publicis:—cum subscriptione sua manuali : —Apud burgum de Edinburgh, 12 Dec. 1511] :—TEST. *ut in carta* 3716. xviii. 30.

3701. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REX concessit PATRICIO GRAY, filio et heredi apparenti Andree dom. Gray, et heredibus dicti Pat.,—terras de Killebroochane, Bodinskeid, Estire et Westire Borannych, cum molendinis et piscariis earundem, locis, *le outsettis*, &c., vic. Perth ; —que fuerunt dicti And., de rege tente per servitium warde et relevii, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem, et postea dicto Pat. concesse, qui easdem personaliter resignavit ;—et quas rex pro favore incorporavit in unam liberam tenandriam de Bodinskeid:—REDDEND. annuatim unam sectam ad placitum capitale vic. de Perth post festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 16.

3702. Apud Edinburgh, 17 Feb.
REX,—quia 13 Jan. 1505 terre subscripte, per Joh. Oliphant de Drone de domino de Rossith tente in capite (una cum terris de Binzeane, Dumberny, et aliis quartis partibus terrarum de Petcaithly, quas idem Joh. de rege tenuit) appreciate fuerunt et Johanni dom. Oliphant assignate, in partem waranti terrarum de Scherastoun, orientalis quarte partis de Dunfally, cum *le Murefaldis*, terrarum de Logan, Galmore, et medie quarte partis de Dunfally, per dict. dominum obtenti ;—et quia tunc decretum extitit quod Joneta Stewart, Cristina S., et Hen. Adinowty, heredes lineales quondam Henrici Stewart de Rosyth, suam superioritatem terrarum subscriptarum amiserunt ratione nonintroitus ;—igitur, tanquam dominus superior, concessit dicto JOHANNI DOMINO OLIPHANT, et ejus heredibus, —quartam partem terrarum de Petcaithly nuncupatam *Stewartis-quarter*, vic. Perth :— TEST. *ut in carta* 3724. xviii. 49.

3703. Apud Edinburgh, 22 Feb.
REX confirmavit JOHANNI CAMPBELL militi, et MURIELLE CALDOURE de eodem ejus sponse,—terras thanagii de Caldore, ac terras baroniarum de Clunes et Boith, terras de Balmakaith, et dimedietatem ville de Rait, vic. Narne ; terras de Moy, vic. Fores ; terras de Dounmakglas et duabus Kinkellis, Kindeis, Invermerky, Mulquhaich et Drumworny, vic. Invernys ; —quas eadem Muriella resignavit ; et quas omnes, cum castro et fortalicio de C., rex pro speciali favore incorporavit in integrum thanagium ac liberam baroniam de Caldor : —TENEND. dictis Joh. et M. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Murielle

quibuscunque :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Narne, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 31.

3704. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX confirmavit cartam familiaris sui Andree Wod de Largo militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit consanguineo suo, regis familiari, WILLELMO WOD filio secundo Walteri Wod de Bonyntoun, heredibus ejus et assignatis,—5 libratas suas quarte partis terrarum dominicalium de Rossy, in baronia de R., vic. Forfare:—TENEND. de rege in feodo:—TEST. David Lyoun de Kynnell, Tho. Lyoun, Joh. Davidsoun, Joh. Morgane, Alex. Makneil clerico, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis:—cum subscriptione sua manuali:—Apud Edinburgh, 3 Feb. 1511] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 24.

3705. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX confirmavit cartam familiaris sui And. Wod de Largo militis,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit consanguineo suo WALTERO WOD de Bonyntoun, heredibus ejus et assignatis,—5 libratas terrarum de Pettarros, in baronia de Rossy, vic. Forfare :—TENEND. de rege in feodo :—TEST., cum subscriptione, et de data *ut in carta* 3704, *omisso* Alex. Makneil clerico, *et addito* Joh. Makneill clerico] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 25.

3706. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REX, pro bono servitio, concessit WILLELMO MURRAY de Tulibardin, et ejus heredibus,—terras de Bordland de Glencoy, in baronia de Tulibardin, vic. Perth ;—que fuerunt dicti Wil., et regi appreciate fuerunt pro solutione summe 100 librarum in quibus adjudicatus fuit in itinere justiciarie de Perth pro introitu cujusdam viri nuncupati Makkintire in eodem; quam summam rex ad instantiam Archibaldi com. de Ergile eidem Wil. remisit, et prefatas terras baronie de Tulibardin reintegravit:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 186.

3707. Apud Edinburgh, 3 Mar.
REX concessit WILLELMO COMITI MARISCALLI dom. Keith, &c., heredibus ejus et assignatis,—terras de Auchinhampar, Dounys, et Auchinhynach, vic. Banf ;—que fuerunt dicti Wil. in tenandria, de rege tente per servitium warde et relevii, et post alienationem earundem in manibus regis recognite fuerunt :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Banf, necnon wardam, &c., cum contingerent :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 20.

3708. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX,—quia familiaris suus Wil. Cokburne, filius et heres apparens Willelmi C. de Scraling militis, cum thesaurario pro 250 mercis regi per Robertum dom. Creichtoun de Sanquhare debitis composuit,—et quia literis directis vicecomiti de Perth, defectu bonorum mobilium terre subscripte, per dict. Rob. de rege tente, 30 Maii 1511 pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto Wil. juniori vendite ;—igitur concessit dicto WILLELMO COKBURNE juniori, et ejus heredibus,—terras de Baldene, quas David Blare tunc occupabat et inde reddebat annuatim 9 bollas frumenti et 9 bollas ordei, pretium bolle 6 sol. 8 den., summa 9 merc.; 2 mercatas prati dictarum terrarum preter dictas terras pro dictis frumento et ordeo assedatas ; necnon 3 bollas frumenti et ordei de firmis dictarum terraurm de Baldene quas Alex. Gourlay tunc occupabat, pretium *ut supra*, summa totalis 12 merc. 6 sol. 8 den. annuatim, vic. Perth :—et voluit quod dictus Rob., heredes ejus vel assignati, haberent regressum quandocunque dict. summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 163.

3709. Apud Edinburgh, 5 Mar.
REX confirmavit cartam Alex. Martine, domini partionarii de Gibbotstoun,—[qua concessit filio suo et apparenti heredi FLORIMUNDO MARTINE, et ejus heredibus,—dimediam partem terrarum suarum de Gibbotstoun; necnon eidem Florimundo, et MARGARETE STRANG ejus sponse,

filie Geo. S. domini partionarii de Balcasky, et heredibus inter dictos Flor. et M. legit. procreatis quibuscunque, ac diutius eorum viventi in conjunctam infeodationem, quibus deficientibus, sibi et heredibus suis legitimis quibuscunque,—alteram dimed. earundem terrarum: — REDDEND. regi wardam &c.: — RESERVATIS sibi libero tenemento, et sponse sue rationabili tertia cum contingeret:—TEST. Walt. Strang dom. de Petcorthy, D. Wil. Banys curato de Carnbee, D. Jac. Haldane capellano ac notario publico, Wil. Wilsoun et Joh. Wilsoun: — Apud Gibbotstoun, 5 Aug. 1510]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 19.

3710. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX confirmavit cartam Willelmi com. Mariscalli dom. Keith,—[qua concessit consanguineo suo, regis familiari, WILLELMO OGILVY de Strathérne militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Durn, Auchmullie, et Runtreiche, cum molendino earundem, in thanagio de Bone, vic. Banf; —quas dicti comitis consanguineus Alex. Barclay de Matheris resignavit:—TENEND. una cum multuris terrarum de Auchmore eisdem adjacentium: — FACIEND. regi servitium debit. et consuet., et dicto com. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Colino magistro Oliphant, Wil. Keith de Troup, Gilb. K. de Pettindrum, filiis suis secundo et tertio genitis, Rob. K. fratre suo germano, Dominis Rob. Martin vicario de Garvake, Joh. Lethe, Joh. Brane, et Tho. Wallace notario publico, capellanis:—Apud Dunnotir, 3 Mar. 1511]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 63.

3711. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REX concessit familiari suo servitori DAVID STEWART, heredibus ejus et assignatis,—5 mercatas terrarum de Balmakcawell, 50 solidatas de Letterpen, 3 merc. de Drummuskaane, 2 merc. de Fernrachquhakire, 20 sol. de Knokgarnell, 40 denariatas de Carfyn (*sive* Crafyn) et Cragmaschandoch, extenden. in integro ad 10 libratas 6 sol. 8 den. antiqui extentus, in ballia de Carrik, vic. Are;—quequidem fuerunt quondam Joh. Culquhoun de Balmakcawell; et compertum est, per inquisitionem factam per Rob. Campbell de Schankstoun vicecomitem de Are in hac parte constitutum, quod dicte terre fuerunt in manibus regis per 40 annos elapsos et ultra, a tempore obitus dicti Joh., ratione nonintroitus, et quod valuerunt annuatim de primo decennio dicti spatii 10 libras 6 solidos 8 denarios, et de secundo decennio 20 lib. 13 sol. 4 den., et de ultimis 20 annis 31 lib., extenden. in integro ad summam 930 lib., pro qua summa dicte terre appreciate fuerunt, cum rege vel ejus assignato permansure donec de prefatis summis satisfactum foret, Jacobo C. nepote et herede dicti Joh. et ceteris interesse habentibus legitime citatis;—ac rex pro bono servitio concessit eidem David firmas earundem terrarum de terminis elapsis:—et voluit quod legit. et propinquiores heredes dicti Joh. et eorum assignati haberent regressum quandocunque persolverent dictam summam cum expensis:—TEST. *ut in carta* 3716. xviii. 28.

3712. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REX confirmavit MATHEO COMITI DE LEVENAX, &c., et ELIZABETH HAMMYLTOUN ejus sponse,— 2 mercatas terrarum antiqui extentus de Cragtoun de Inchénane, cum mansione et ortis earundem, terras ville de Inchenane extenden. ad 10 mercat. ant. ext., 20 solidatas ant. ext. de Quhitehill, 1 mercat. ant. ext. de Fluris, in dominio de Inchenane, vic. Renfrow; terras dominicales de Ballauch cum molendino ejusdem, extenden. ad 10 libratas ant. ext., terras de tribus Tulliquhewnys ad 10 librat. ant. ext., 5 librat. de Kepauche ant. ext., 5 mercat. de Stroine ant. ext., in comitatu de Levenax, vic. Dunbartane; terras de *le Maner* de Dernelie, viz. *le Manys*, terras de Grenehillis extenden. ad 10 mercat. ant. ext., Kirktoun et Hoillhous ad 5 librat. ant. ext., duas Carswellis (*sive* Kerswellis) ad 4 librat. ant. ext., ac Crag de Neilsoun ad 5 librat. ant. ext., in dominio de Dernelie, vic. Renfrow; —quas iidem Math. et Eliz., post novam infeodationem dicto Math. de comitatu, &c., supradict. datam, personaliter resignaverunt: —TENEND. dictis Math. et Eliz. et eorum

alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Mathei secundum tenorem novarum infeodationum predict., de rege et senescallo Scotie in feodo: —TEST. *ut in carta* 3724. xviii. 51.

3713. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX concessit et quitteclamavit WILLELMO CUNYNGHAME, filio et heredi apparenti Rob. C. de Cunynghamehede et Margarete Mure ejus sponse domine de Polkelly,—terras et baroniam de Polkelly, alias Pouekell, subscript., viz., terras de Polkelly alias Pouekell, Darclavoch, Clonherb, Clunche, cum molendino earundem, *le* Gre, Drumboy, terras de Balgray cum turre, fortalicio, manerio et molendino earundem, cum communi de Mauchirnoch dictis terris pertinente, in ballia de Cunynghame, vic. Are; ac terras de Ester Limflare, vic. Lanark; necnon annuum redditum 16 solidorum 8 denariorum de terris de Wester Limflare alias nuncupat. Wat-Scottistoun;—quas dicta Marg. de consensu dicti Rob. resignavit; et quas rex pro favore erga dictum Wil. de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Polkelly, et turrim et manerium de Balgray principale fore messuagium ejusdem ordinavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus inter dict. Marg. et Rob. procreatis, quibus omnibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicte Marg. quibuscunque, de rege et senescallo Scotie: — REDDEND. annuatim tres sectas curie balliatus de Cunynghame, necnon wardam, &c., cum contingerent:—RESERVATO libero tenemento de Estir Lymflare Margarete Chalmer relicte quondam Wil. Mure de Polkelly, et post ejus decessum dictis Marg. et Rob. et eorum diutius viventi; necnon libero tenemento ceterarum dictarum terrarum dictis Marg. et Rob. et eorum diutius viventi: —TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 22.

3714. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REX, pro speciali favore erga familiarem clericum suum M. Tho. Diksoun prebendarium de Turray infra ecclesiam Cathedralem Abirdonen., ac pro edificatione et poletia fiend. apud ecclesiam parrochialem de Turray pro hospitatione ligeorum, de consensu et desiderio Willelmi com. Erolie dom. Hay, ejusdem ecclesie et prebende patroni, creavit terras ecclesiasticas, villam et glebam dicte ecclesie de TURRAY, vic. Abirdene,—in liberum burgum in baronia; —cum facultate inhabitantibus vendendi et emendi, &c.; necnon ut essent burgenses et haberent potestatem elegendi annuatim, cum dicti Tho. et ejus successorum avisamento, ballivos, &c.; et cum potestate habendi crucem foralem et forum die Sabbati singulis ebdomadis, et nundinas publicas singulis annis in festis Ad Vincula S. Petri nuncupat. *Lammes*, et S. Congani, ac per octavas eorundem; cum theoloneis, &c.; ac cum potestate dicto Thome et ejus successoribus assedandi terras antedict. in perticatas burgales pro edificatione, &c., super eisdem faciend.:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 38.

3715. Apud Leith, 11 Mar.
REX concessit JOHANNI KYNNERE, domino feodi de eodem, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Kynnere cum pertinen., viz. maneriem, turrim et fortalicium de K., cum terris dominicalibus et molendino earundem, Uvir et Nethire Caithlok cum molendino, et *le Tor*, cum tenentibus, &c.;—quas idem Joh. personaliter resignavit; — terras de Thanislandis, viz. tertiam partem de Strobirne, Fordale et Fotheris, cum molendino de Strobirne, dimedietatem terre de Kittidy et Cragsumquhare, vic. Fiffe;—quas David Kynnere dominus liberetenementi de eisdem, pater ipsius Joh., resignavit;—et quas omnes rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Kynnere:—REDDEND. annuatim unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Fiffe, necnon wardam, &c., cum contingerent:—RESERVATIS libero tenemento dicte baronie, excepta dimedietate terrarum et molendini de Nethir Caithlok, cum superioritate tenentium, &c., dicto David, et rationabili tertia

earundem ipsius sponse cum contingeret: —TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 39.

3716. Apud Edinburgh, 13 Mar. REX confirmavit cartam Joh. Somervale de Cambusnethane militis,—[qua, —pro speciali amore &c., et pro satisfactione dotis et nonnullis magnis pecuniarum summis per Adam Hepburne de Craggis pro contractu matrimonii inter suum filium et ejus filiam solempnisati persolutis,—concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI SOMERVALE, et JONETE HEPBURNE ejus sponse,—terras suas de Gilmertoun et Guttaris, vic. Edinburgh,—terris et loco de Drum exceptis :—TENEND. dictis Joh. filio et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. filii de corpore legit. procreandis, quibus omnibus def., dicto Joh. patri et heredibus suis quibuscunque reversuras, de rege in feodo:—TEST. M. Jac. Hering thesaurario Rossen., Jac. Somervall, M. Michaele Somervell rectore de Libertoun, D. Hen. Lausoun capellano, David Somervell, Alex. Young, et Alex. Clerk, notariis publicis :— cum subscriptione manuali :— Apud Edinburgh, 12 Mar. 1511] :—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89. xviii. 26.

3717. Apud Edinburgh, 19 Mar. REX, pro bono servitio, confirmavit evidentias burgo et burgensibus de DUNDE per suos predecessores factas, viz., (1) cartam Roberti I,—[qua constituit Bernardum abbatem de Abirbrothok cancellarium suum, et Alexandrum Fraser camerarium suum,—locumtenentes suos ad recognoscendum et retornandum de libertatibus quas dicti burgenses habuerunt tempore Alexandri III. et aliorum regis predecessorum :—Apud Abirbrothok, 22 Jun., an. reg. 20 (1325)] :—(2) recognitionem factam coram dictis personis apud Dunde, die Martis in crastino Nativitatis B. Joh. Baptiste 1325, per ministros infrascriptos, viz. Alex. de Stratoun, Wil. de Strabrok, David de Innerpefire, Pat. de Ogilvile, Joh. de Ogilvile, Hen. de Fethy, Pat. de Striveling, Jac. de Stratoun, Joh. Tremlay, Dunc. Judicem, Adam de Pilmore, et per sufficientes et fide dignos burgenses de Berwik, Abirdene, civitate S. Andree, Forfare, Abirbrothok, et Monros,—[per quos extitit recognitum, — quod prefati burgenses de Dunde habuerunt tempore Alexandri III. &c., eandem libertatem emendi et vendendi per aquam et per terram sicut aliqui burgenses per regnum Scotie habuerunt, viz. in mercato, in nundinis, in libero portu cum accessu, oneratione et exoneratione navium, in gilda mercatoria et aliis libertatibus universis, sicut liberi burgenses regni semper ab initio pacifice permanentes inter quos camerarius regni iter suum et officium exercebat] :—(3) aliam cartam Roberti I., —[qua confirmavit dictis burgensibus, heredibus eorum et assignatis, ac eorum successoribus imperpetuum,—omnes libertates et jura, quas tempore Willelmi regis habuerunt antequam idem Wil. dictum burgum David fratri suo contulerat; necnon libertates in suprascripta recognitione contentas;—necnon concessit quod liberi burgenses forent in dicto burgo, et omnimodas libertates haberent sicut burgenses de Berwico, salvis libertatibus aliorum burgorum; et quod liberi forent de theoloneis, pontagiis, passagiis, muragiis, panagiis, canagiis, lastagiis, rivagiis et picagiis et de tota venditione sua, achato et rechato, et ab omnibus custumis de bonis suis perprius prestandis, nova custuma regis que dicitur *maletort* excepta; necnon ut omnes in dicto burgo manentes qui cum dictis burgensibus ad forum communicare vellent, communicarent ad auxilia regis reddenda, &c., cujuscunque homines essent, exceptis illis qui per jura regalia libertates suas eo usque usi erant, et eorum tenentibus quibuscunque; necnon ut haberent gildam mercatoriam sicut burgenses de Berwico; —prohibuit insuper ne quis infra vic. de Forfare emeret lanas vel correa preter burgenses de Dunde, et ne quis mercator infra dictum vic. vel burgum aliquam mercaturam emeret nisi a dict. burgensibus, sub pena, &c. (salvis libertatibus aliorum

burgorum dicti vic.); et ne quis mercator extraneus obviam iret mercatoribus venientibus cum mercandisis, quousque mercimonia sua in dicto burgo venditoria exposuissent, sub pena amissionis rei empte, et sub pena carceris, a quo sine gravi castigatione non evaderet:— TEST. Wil., Joh., Joh., et Rogero, S. Andree, Glasgwen., Moravien., et Rossen. episcopis, Bernardo abbate de Abirbrothok cancellario, Hugone com. de Ross, Jac. dom. de Duglas, Rob. de Lawder, Wil. de Monte Fixo, militibus: —Apud Edinburgh, 4 Mar. an. reg. 22 (1327–28)]:—(4) cartam David II.,—[qua, de consilio proborum regni sui, ad feodifirmam dimisit burgensibus et communitati de Dunde, heredibus eorum et assignatis ac eorum successoribus,—burgum de Dunde: —TENEND. in libero burgagio, sicut burgenses de Berwico-super-Tuedam, Edinburgh, vel Abirdene, burgos suos possidebant:—REDDEND. annuatim in cameram regis 20 libras strivelingorum:— voluit etiam quod dicti burgenses possent omnimodam culturam facere, mansiones et edificia construere, focale fodere, &c.; et quod ita liberi forent ad emendum omnimodas mercaturas infra villam de Cupro in Fife, sicut fuerunt temporibus predecessorum regis; et quod nullus justiciarius, vicecomes seu constabularius vel alius minister super observatione presentium cognosceret nisi camerarius Scotie, exceptis illis que tangerent vitam aut membra:— TEST. Wil. et Joh., S. Andree et Dunkelden. episcopis, Pat. episc. Brechinen. cancellario, Rob. senescallo Scotie com. de Stratherne nepote regis, Wil. com. de Douglas, Rob. de Erskin milite justiciario ex parte boreali aque de Forth, Walt. de Bigar camerario:—Apud Perth, 20 Jan. an. reg. 30 (1358-59)]:—(5) aliam cartam ejusdem,—[*quam vide in carta* 614 *descriptam*]:—NECNON omnes alias antiquas eorum infeodationes, libertates, &c., et specialiter de minutis custumis, et eorum portibus, *le peyre*, proficuis earundem, ac de foris et nundinis, theoloneis, &c., piscaturis salmonum retibus *le coblis*, molendinis, multuris tam brasii quam frumenti; cum potestate de novo construendi infra dict. burgum molendina aquatica, et ventorum viz. *le Wynd-myllis*, archas, aqueductus viz. *le dammys*, et aquarum passagia, cum accessu navium et cymbarum, &c., minutis custumis et devoriis carbonum, salis, calcis, &c.:— TEST. *ut in carta* 3722.

xviii. 108.

3718. Apud Edinburgh, 19 Mar.

REX, pro bono servitio, confirmavit instrumentum sub signo et subscriptione manuali quondam Wil. de Wode capellani notarii publici, de decreto assise inter communitatem BURGI DE DUNDE ex parte una, et quondam D. Jacobum Skrymgeour constabularium de Dunde ex parte altera, — [qua continetur quod dictus Wil. ad instantiam Andree Walteri aldermanni dicti burgi, et ejus consules, transumtavit quandam cedulam papiream Anglicanam dictum decretum continentem,—(qua determinatum est quod dicta communitas quendam aqueductum, continentem 8 pedum latitudinem, a decursu aque rivoli fontis B. Marie de Dunde usque ad partem orientalem de *le Quawbog* libere haberet, et ex parte occidentali illius haberet latitudinem de *West-dam* infra scrobos ibidem existen.; et si dicta communitas non haberet sufficient. infra illos limites ad faciend. *le West-dam*, sufficient. de proximis terris vel de wardis ad perficiend. illud caperent):— TEST. Wil. de Camera et Tho. Spryng burgensibus de Abirdene, Wil. Curroure, Joh. Clerk, de Lanark, et Tho. de Carketill, burgen. de Edinburgh, Wil. Ramsay et Wil. Idill burgensibus de Cupro:—21 Sept. 1409, indictione secunda, pontificatus Benedicti XIII. anno 15]:—NECNON duas cartas dicto burgo de Dunde factas per Jacobum II. [cartas 615 et 628 *supra*]:— NECNON omnes alias antiquas infeodationes, &c. (*ut in carta* 3717):—TEST. *ut in carta* 3722.

xviii. 109.

3719. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX confirmavit cartam Joh. Levingtoun de Litil Sawling,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ARCHIBALDO COMITI DE ERGILE, &c., et heredibus ejus masc. quibuscuuque,

—terras de Litil Sauling, vic. Fiffe :—Tenend. de rege in feodo :—Test. M. Joh. Campbell, Joh. Campbell, Arch. Uchiltre, Alex. Levingtoun, et Rob. Campbell :—Apud Edinburgh, 16 Feb. 1511] :—Test. *ut in carta* 3724. xviii. 52.

3720. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX concessit JOHANNI DOMINO CATHCART,—terras et baroniam de Sundrum, viz. terras dominicales de S., cum castro, fortalicio, ortis, pomeriis et molendino earundem, terras de Bardarrauch, Drumsmodene, Drumjowene, *le Welleis*, Treyvinax, Drumfarne, Dalmakaw, cum molendino earundem, Auchinwetyn, le *Crag*, Stobanach, Kilmanach cum molendino, Clocharnane, Berngor, *le Park*, Threipland, Gallowayhill, Lochend, Berclauch (*sive* Barclauch), Berquhay, *le Mote*, et Maxwellistoun, extenden. in integro ad 40 libratas antiqui extentus, cum *le outsettis*, tenentibus, &c., in dominio de Kile-regis, vic. Air ;—quequidem fuerunt dicti Joh. in proprietate et tenandria, de rege tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem, &c. ;—et quas rex pro favore de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Sundrum :—Tenend. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque gerentibus arma et nomen de Cathkert, secundum formam antique carte tallie :—Reddend. annuatim unum denarium nomine albe firme, ex eo quod dicta baronia ita tenebatur ut scaccarii rotuli proportant, licet dictus Joh. cartam albe firme de presenti ostendendam non habuit :—cum licentia ad infeodandum tenentes :—Test. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89. xxv. 297.

ANNO DOMINI 1512. ANNO REGNI 24.

3721.[1] Apud Edinburgh, 28 Mar.
REX concessit JOHANNI DUNBAR de Mochrum militi, heredibus ejus et assignatis, —10 mercatas terrarum antiqui extentus de Mekill et Litill Bondby, in senesc. Kirkcudbrycht ;—que fuerunt Wil. Maklellane de Bondby militis, de rege tente per servitium warde et relevii, et dicto Joh. per Rob. Hammyltoun senescallum deputatum de Kirkcudbrycht defectu bonorum mobilium appreciate fuerunt et vendite, pro 400 mercis dicto Joh. debitis pro contractu matrimonii inter ipsum Joh. et Katrinam Maklellane sororem dicti Wil. completo :—et voluit rex quod dict. Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xviii. 37.

3722. Apud Edinburgh, 3 Apr.
REX confirmavit cartam Petri Mure de Bermagachane, et Stephani Tailyefere,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendiderunt WILLELMO MAKCLELLANE de Bondby, et ELIZABETH MURE ejus sponse,—terras de Bermagachane, Chapeltoun, et Burrownes, extenden. ad 26 mercatas antiqui extentus in proprietate et tenandria, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht :—Tenend. dictis Wil. et Eliz., ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscunque, de rege in feodo : —Test. D. Wil. Wardlaw rectore de Tulliallane, Gilb. Lauder, Rollando Tailyefere, Joh. Makclellane, Geo. Cowpare, Tho. Akersane, et Jaspero Mayne notario publico : — cum manuali subscriptione dictorum Pet. et Steph. : — Apud Edinburgh, 15 Aug. 1511] :—Insuper concessit eisdem Wil. et Eliz. et eorum heredibus,—licentiam ad vendendum predicto Petro Mure, heredibus ejus et assignatis, 4 mercatas terrarum predict. de Barmagachane antiqui extentus, cum turre, loco et mansione de B. :—Tenend. de dictis Wil. et Eliz. sicuti placeret : —Test. 86. 30. 87. 42. 57. 48. 60. 88. 89.
xviii. 107.

(1) Dated A.D. 1511. Either this or the regnal year must be wrong.

3723.[1] Apud Edinburgh, 14 Apr.
REX concessit DAVID FOULARTOUN de Kynnabir, et ejus heredibus,—quartam partem terrarum de Foulartoun, vic. Forfar, extenden. ad 22 solidatas antiqui extentus ; —que fuit per quondam M. Pat. Stratoun, regis immediate tenentem, alienata Ricardo F. patri dicti D., et in manibus regis recognita ob alienationem absque consensu : —REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Forfar, necnon wardam, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus consimilis date.*"
xx. 23.

3724. Apud Edinburgh, 19 Apr.
REX confirmavit cartam David Rossy de eodem,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit filio suo GEORGEO ROSSY, et ejus heredibus, —terras de Myltoun de Rossy, et duo molendina granorum earundem, et unum molendinum granorum vocat. *le Hoill-mylne* de Rossy, et terras dictorum molendinorum, cum multuris et sequelis earundem, in baronia de Rossy, vic. Forfare :—TENEND. de rege in feodo :—RESERVATIS sibi libero tenemento, et Egidie Skrymgeour sponse sue rationabili tertia cum contingeret :—TEST. Joh. Erskin de Dwn, Walt. Lichtoun de Wllischawin, Joh. Mailwyne de Disart, Rob. Erskin, Arch. Rossy, Pat. Rossy, Tho. Crag, D. David Guthre capellano, et M. Joh. Nauchty notario publico :—Apud Rossy, 12 Aug. 1511]:—INSUPER dictas terras, &c., quitteclamavit :—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 88. 89. xviii. 48.

3725.[2] Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX confirmavit cartam Wil. Douglas de Quhittingeame,—[qua concessit filo suo WILLELMO DOUGLAS, inter se et Jonetam Mathesoun tunc suam sponsam genito,—terras suas de Quhittingeame, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—TENEND. dicto Wil. filio, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Ricardo D. fratri ejus germano, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., propinquioribus heredibus dicti Wil. patris quibuscunque :—REDDEND. regi tanquam comiti Marchie unum denarium argenti nomine albe firme :—RESERVATIS sibi libero tenemento, et dicte Jonete rationabili tertia cum contingeret : —TEST. M. Geo. Douglas fratre suo, Wil. Lauder, Dominis Rob. Young, Walt. Young, capellanis, Alex. Maknele clerico, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis :—cum subscriptione manuali :—Apud Edinburgh, 28 Mar. 1512]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 42.

3726. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo JASPERO MAYN, heredibus ejus et assignatis,—unam terram et tenementum quondam Thome Calderwode spectan., jacen. infra burgum de Edinburgh in vinella nuncupata *Peblis-Wynd*, inter terram Geo. Robisoun, et terram Stephani Law olim Thome Grahame pertinentem ;—que regi pertinebat ob decessum dicti Tho. Calderwode bastardi absque heredibus legit. de corpore procreatis mortui ;—concessit etiam eidem omnia bona mobilia ejusdem Tho. :—REDDEND. servitium burgi :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xviii. 56.

3727. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX ad feodifirmam dimisit suo familiari et quotidiano servitori M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, heredibus ejus et assignatis,—orientalem dimedietatem loci et *le stede* de Ploro, prius extenden. annuatim ad 12 libras 5 solidos, *le* Hamlote vocat. Preisthope, ad 5 lib. 6 sol. 8 den., ac locum et terras de Glenport, ad 21 lib. 10 sol., in warda de Tueda, infra dominium foreste de Ettrik, vic. Selkirk :—REDDEND. pro Ploro 13 lib., pro Hamlot 5 lib. 10 sol., pro Glenport 24 lib. ; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent :—necnon edificando et sustinendo politiam, &c., prout solum et fundum earundem ad hoc satis bene correspondere vellet ; ac inveniendo pro qualibet 10 librata dictarum terrarum 2 equestres, unum cum lancea, cum uno

[1] Dated A.D. 1511. Either this or the regnal year must be wrong.

[2] Dated A.D. 1511. The regnal year agrees with the date of the confirmed charter.

equo onerativo, &c. :—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 79.

3728. Apud Edinburgh, 21 Apr.
REX confirmavit JACOBO ARBUTHNOT de eodem, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Arbuthnot, viz. terras dominicales, castrum et fortalicium de A., molendinum, *le Miltoun*, Petehill, Elpete, Drumyochire, Aldkayak, Caldcottis, Broungarishill, Garrattismire, Brigend, Lednaskene, Mongowdrum, Petquhorthy, Mekill Fudes, cum molendinis, terris molendinorum, Collistoun, Mutelawhill, Threpland, Layis, Petcarlis, Drumrabbin, Quhitefeild, Banf cum molendino fullonum, et Bradisland, cum piscaria in aqua de Bervy et piscariis in ore aque de Inverbervy infra fluxum maris, cum tenentibus, tenandriis, *le outsettis*, &c., una cum jure patronatus, advocatione et donatione capellanie B.V. M. infra ecclesiam de Arbuthnot, ac etiam terras de Portartoun et Orchartoun, cum communi pastura in mora de Cammak, et 2 novenas partes terrarum de Inverbervy vocat. Brusis-landis, cum tertia parte molendini earundem, et annuos perticatarum redditus ville de Inverbervy, ann. red. 5 solidorum terrarum de Birvy, et 20 sol. ann. red. de terris de *le* Stane de Benholme pro astricta multura earundem, cum *le outsettis*, &c., vic. Kincardin;—que fuerunt dicti Jac. in proprietate;—necnon terras de Arduthwy, Auchinzoich, Grenecastell, Portarhauch, Portarcroft, et duas novenas partes de Inverbervy nuncupat. Hallgrene, cum perticatis et molendinis earundem, vic. antedicto;—que fuerunt ejusdem Jac. in superioritate;—et quas omnes idem personaliter resignavit; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Arbuthnot:— REDDEND. annuatim pro castro et fortalicio, terris dominicalibus, molendino et terris molendini de Arbuthnot, terris de Drumrabbin, Quhitefeild, Banf, Petcarlis, et Layis, circa dictum castrum adjacen., unum denarium nomine albe firme; et pro ceteris terris unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Kincardin, ac wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 45.

3729. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REX, pro bono servitio, et pro certa compositione thesaurario persoluta, concessit familiari clerico suo M. JACOBO WISCHART, et ELIZABETH LEIRMONTH ejus sponse, — terras subscriptas, viz. dicto Jac. et ejus heredibus terras de Pettarrowis vocat. Ester et Westir Pettarrowis, cum turre et messuagio de P., ac terras de Wodtounis, cum tenentibus, &c., vic. Kincardin;—quas Joh. W. de P., pater ejusdem Jac., resignavit;—et dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscunque, terras de Carnbeggis, cum tenentibus, &c., vic. antedict.; — quarum superioritatem Alex. Lindesay de Ochtirmonsy miles, proprietatem idem Jac., resignaverunt;—et quas omnes rex incorporavit in unam liberam baroniam de Pettarrowis;—insuper concessit eidem Jac., et ejus heredibus,— totum jus suum ad dictas terras, &c., specialiter non obstante forisfactura quondam David Brechen militis, domini de Brechen, domini superioris terrarum de Pettarrowis:—REDDEND. annuatim unum par calcarium deauratorum nomine albe firme: — RESERVATO libero tenemento de Pettarrow predicto Joh. W., et de Wodtounis dicto Joh. et Jonete Lindesay ejus sponse, pro vita eorum alterius viventis:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 44.

3730. Apud Linlithqw, 13 Maii.
REX confirmavit JACOBO HALIBURTOUN de Gask, et ejus heredibus,—tres quartas partes terrarum de Inglistoun, et terras de Kingily, cum *le yaris* et piscationibus earundem, terras de Drumballoche cum piscationibus earundem, tres quartas partes de Balladrum, terras de Ardblare, tres quartas partes de Fenblare, terras de Kelauch et Clonvaike, Crew, Fenelane, cum croftis et piscationibus earundem, Cowlauche, Dounys, cum molendino, croftis, brasinis et piscationibus earundem, Culmolinbeg, binam partem de Colmolinmore, dimedietatem de Kyntal-

largye, cum piscationibus earundem in aqua de Forne, et terras de Inchebarry, cum *le yaris* et piscationibus earundem, cum *le outsettis*, tenentibus, &c., in baronia de Arde, vic. Invernys; et terras de duabus Arcles, in comitatu de Ross, vic. antedict.; —quas idem Jac. resignavit; et quas rex pro favore, &c., incorporavit (cum terris de Kirktoun et Inglistoun in baronia de Arde, et terris de Wester Struse, Ester Struse, Culguyry, Ester Croychell, Wester Croychell, Wester Comyr, Kilbaddy et Daheny, cum piscationibus et *le outsettiis*, jacen. in Strathglasche, in comitatu Rossie, vic. Invernys, que fuerunt dicti Jac. et ejus predecessorum, et sub reversionum literis alienate) in unam liberam baroniam de Arcles; et voluit quod manerium de A., edificatum et edificandum, foret capitale messuagium ejusdem:—Reddend. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Invernys, necnon wardam, &c., cum contingerent, de dictis terris quarum in possessione tunc existebat, et de residuo postquam redempte forent:—Insuper rex promisit se dictum Jac., heredes ejus vel assignatos, quandocunque dict. alienatas terras redemissent, in tenentes earundem sine compositione recepturum:—Test. *ut in carta* 3724.

xviii. 53.

3731. Apud Edinburgh, 26 Maii.

REX confirmavit cartam Andree Hering de Glasclune,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti DAVID HERING, et MARGRETE CREICHTOUN ejus sponse, —terras suas de Over-Balcarne, Balburdoch et Galmyre, in baronia de Glasclune, vic. Perth,—pro eorum benemeritis, &c., ac pro certis pecuniarum summis per consanguineos dicte Margarete eo pretextu et contractu matrimoniali inter dictos D. et M. solempnizato persolutis: — Tenend. dictis D. et M. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti D. quibuscunque, de rege in feodo:—Test. Pat. Wellis preposito et vicecomite deputato burgi de Perth, Geo. Mersar, Jac. Hering, Joh. Hering, Dominis And. Elder et Tho. Paule presbyteris et notariis publicis: — cum subscriptione manuali:— Apud burgum de Perth, 10 Maii 1512]:—Test. *ut in carta* 3671.

xviii. 83.

3732. Apud Linlithqw, 28 Maii.

REX confirmavit familiari suo MICHAELI BALFOURE de Burley militi, et MERGARETE MUSCHET ejus sponse,—terras de Schanwell, in baronia de Burley, vic. Kynros;— quas idem Mich. personaliter resignavit:—Tenend. dictis Mich. et Merg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, ac legitimis et propinquioribus heredibus dicti Mich. quibuscunque:— Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 56.

3733. Apud Edinburgh, 28 Maii.

REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alex. Ogilvy de Deskfurde,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit Willelmo episcopo Abirdonensi, cancellario Universitatis ejusdem ac fundatori NOVI COLLEGII B. V. M. UNIVERSITATIS ABIRDONENSIS,— annuum redditum 19 mercarum sibi pertinentem de firmis piscariarum regiarum aquarum de Doverne, burgo de Banf spectantium:—Tenend. dicto cancellario, magistris, regentibus, prebendariis et scolaribus dicti collegii, et eorum successoribus, ad voluntatem dicti Willelmi distribuend.: — Faciend. regi servitia debit. et consuet., et pro animabus dicti Alex. et quondam Jacobi O. de Deskfurd militis, avi ejusdem, orationum suffragia devotarum:— Test. Magistris et Dominis Tho. Myretoun archidiacono Abirdonensi, And. Elphinstoun de Selmys, Alex. Wardlaw de Warextoun, Alex. Galloway canonico Abirdonen., M. Alex. Ogilvy in Glassaucht, Wil. Elphinstoun, et Joh. Striveling notario publico:—Apud burgum de Abirdene, 8 Maii 1512]:—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 59.

3734.[1] Apud Striveling, 31 Maii.

REX ad feodifirmam dimisit ANDREE WARDROPAR, et LAURENTIO WARD-

[1] Dated *an. reg.* 25. Either this or the A.D. must be wrong.

ROPAR ejus fratri,—terras dominicales de Kinclevin, cum piscaria et molendino earundem, prius extenden. annuatim ad 20 libras in pecuniis et 48 salmones,—viz. dicto And. binam partem, dicto Laur. tertiam partem earundem;—necnon dicto And. terras de Ballauchtyis, cum piscaria earundem, ad 8 lib. 13 sol. 8 den., et 24 salmones, in dominio de Kinclevin, vic. Perth:—TENEND. dictis And. et Laur. et cujusque heredibus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. annuatim pro Kinclevin 46 lib. 13 sol. 4 den., pro Ballauchtyis 20 lib.; et duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagiis cum contingerent; necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 86.

3735.[1] Apud Edinburgh, 2 Jun.
REX, tanquam tutor et gubernator filii sui primogeniti Jacobi principis et senescalli Scotie, concessit JOHANNI DOMINO SEMPILL, et ejus heredibus,—terras de Paidyeaucheriding, Haly, vic. Are;—que fuerunt ejusdem Joh. et in manibus regis tanquam senescalli recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu:—insuper rex, pro bono servitio, easdem de novo univit baronie de Sempill:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xviii. 193.

3736.[2] Apud Edinburgh, 3 Jun.
REX concessit ROBERTO ANDERSOUN, filio Joh. A. burgensis de Abirdene, et heredibus dicti Rob. quibuscunque,—tres quartas partes terrarum de Mekill Crechie;—necnon eidem Rob. et AGNETI IRWIN ejus sponse et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque,—residuam quartam partem dictarum terrarum, vic. Abirdene, inter terras de Litill Crechie pertinen. comiti Mariscalli, et terras de Dennys pertinen. abbati et conventui de Dere, et terras de Mekill Elrik eisdem spectan., et terras de Annochy;—quas integras terras de Mekill Crechie dict. Joh. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 50.

3737. Apud Edinburgh, 8 Jun.
REX confirmavit cartam Johannis dom. Flemyng,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ANDREE DOMINO GRAY, heredibus ejus et assignatis,—terras de Gothrastoun, vic. Forfare:—TENEND. de rege in feodo:—TEST. Hen. Lovaile de Ballummy milite, Rob. Boid de Petkynde, Rob. Burn, Gilbarto Broun, et M. Joh. Gardyn rectore de Lundy:—Apud Edinburgh, 15 Jan. 1511]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 69.

3738. Apud Edinburgh, 9 Jun.
REX confirmavit cartam Hen. Wardlaw de Torry militis,—[qua concessit JOHANNI MULTRARE de Merkinch, heredibus ejus et assignatis,—terras de Est-Markinch, Nethir-Markinch cum molendinis earundem, Bichty, Pettinhaglis, Inchehony, cum 6 acris prati de Dalginch, in dominio de Dalginche, vic. Fyffe;—que fuerunt ejusdem Joh., tente de dicto Hen., et cum ceteris terris de Dalginche in manibus regis propter alienationem majoris partis earundem recognite fuerunt; in quibus tamen rex pro certa compositione dictum Henricum de novo infeodavit cum licentia tenentes de novo infeodandi, et dictus Joh. partem sibi contingentem dicte compositionis persolvit:—SALVO dicto Hen. residuo prati de Dalginch:—FACIEND. Scoticanum servitium quantum pertineret ad dimediam davatam terre, sine homagio, warda et relevio, aut secta curie:—REDDEND. annuatim dicto Hen. tres denarios strivelingorum nomine libere feodifirme:—TEST. Joh. Gall de Maw, Rob. Wardlaw filio dicti Hen., Rob. Hog, Joh. Walinch, Alex.

---

[1] Dated A.D. 1511. Placed here in conformity with the regnal year. James v. was born 10 Apr. 1512.

[2] Dated A.D. 1511. Either this or the regnal year must be wrong.

Multrare, Joh. Atekin, et D. Walt. Gourlay notario publico :—Apud Burnetoun, 8 Apr. 1512] :—SALVIS regi wardis, releviis et nonintroitibus prout sequitur, viz. quotiens predicte terre, aut terre de Caldhame tente per dictum Joh. de Andrea Lundy de Balgony milite, caderent in manibus regis tali ratione, rex pro bono servitio concessit eidem Joh. et ejus heredibus antedict., wardas, &c., cum potestate firmas levandi, terras assedandi &c. :—SOLVEND. annuatim pro Markinch &c., 5 libras, pro Caldhame 30 solidos :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus consimilis date.*"

xix. 82.

ANNO REGNI 25. ANNO DOMINI 1512.

3739.[1] Apud Edinburgh, 11 Jun.

REX concessit DAVID RAIT, filio et apparenti heredi Wil. R. de Drumnagar, et heredibus dicti D.,—terras de Drumnagar, et 2 novenas partes terrarum de Inverbervy nuncupat. Selyflat, cum annuis redditibus rodarum de Inverbervy, vic. Kincardin ;—quas dictus Wil. personaliter resignavit ; et quas rex pro bono servitio de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Drumnagar ;— insuper concessit eidem D. et ejus heredibus,— totum jus suum ad dictas terras, &c., ratione quacunque, et specialiter ob forisfacturam comitum de Ross :—REDDEND. annuatim unam sectam ad quamlibet trium placitorum capitalium vic. de Kincardin, necnon wardam, &c., cum contingerent :—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 58.

3740. Apud . . , 12 Jun.

REX confirmavit cartam And. Kynnard de eodem,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit WILLELMO DOMINO RUTHVENE, heredibus ejus et assignatis,—dimedium quarterii molendini messuagii terrarum suarum de Kynnarde, vulgariter *le hail-half-mylne-quartar of the manys of Kynnard* appellatum, ac pratum messuagii earundem cum pertinen. preter *le Hors-cruke* appellat., tunc in manibus dicti And. existen., in baronia de Kynnard, vic. Perth, per David Lokky et alios tenentes occupat. et laborat. :—TENEND. de rege in feodo :—TEST. Pat. Wellis preposito et vicecomite burgi de Perth, Walt. Ruthvene de Lownane, Geo. Murray filio et apparente herede And. M. de Abircarny, Geo. Kynnard, Joh. Kynnard, David Murray, Dominis Jac. Cuthbertsoun et And. Eldare, presbyteris ac notario publico : — cum subscriptione manuali :—Apud burgum de Perth, 10 Maii 1512] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 60.

3741. Apud Edinburgh, 14 Jun.

REX ad feodifirmam dimisit WALTERO HERIOT de Burnturk seniori in vitali redditu, et WALTERO HERIOT ejus filio et heredi apparenti, et ejus heredibus in feodo,—terras de Ramorgany et Laufeild, in dominio de Fiffe, vic. ejusdem, prius extenden. ad 16 libras annuatim :—REDDEND. annuatim 22 lib. : — TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 70.

3742. Apud Edinburgh, 14 Jun.

REX concessit WALTERO HERIOT, filio et heredi apparenti Walt. H. de Burnturk, et ejus heredibus,—terras de Burnturk, binam partem de Ballingall, et quarterium de Glaslie, cum tenentibus, &c., vic. Fiffe ;—quas dictus Walt. senior resignavit : —INSUPER rex pro bono servitio concessit eidem Walt. juniori et ejus heredibus,— totum jus suum ad dictas terras ratione quacunque, et in speciali ratione forisfacture quondam Murdaci com. de Fyffe ; et easdem incorporavit in unam liberam baroniam de Burnturk :—REDDEND. annuatim unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium

[1] Dated *an. reg.* 24. Either this or the A.D must be wrong. The same discrepancy occurs in the next charter.

vic. de Fiffe, necnon wardam, &c., cum contingerent :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt. seniori, et rationabili tertia Margarete Dischingtoun ejus sponse cum contingeret :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 71.

3743. Apud Edinburgh, 15 Jun.
REX confirmavit DAVID SKRYMGEOUR de Fardill,—terras de Fardill Ester et Wester, cum molendino de F., terras de Ard, Drumadderty et Litill Gurdie, cum insula vocat. *le Inche* de Fardill ex parte australi aque de Taya, cum piscariis supra aquam predictam, cum *le outsettis*, vic. Perth;—quas idem D. personaliter resignavit; et quas rex pro bono servitio de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Fardill, et messuagium de Litill Gurdie principale fore messuagium ejusdem ordinavit :—TENEND. dicto D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo S. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Alex. S. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., And. S. et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. S. filio avunculi dicti D., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., constabulario de Dunde et ejus legit. et propinquioribus heredibus quibuscunque :—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, cum warda, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 61.

3744. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX concessit WILLELMO COMITI EROLIE, &c., et ejus heredibus,—sextam partem terrarum de Inchmertyne, vic. Perth; —quam Rob. Cunynghame de Polmais resignavit :—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 75.

3745. Apud Edinburgh, 17 Jun.
REX confirmavit JACOBO SANDELANDIS de Caldor militi, et MARIOTE FORESTAR ejus sponse,—terras de Corswoddis, Westir Colbinschaw, Molron, Murisdikis, Awdyweill, Mekle (et Litill) Russchaw, Baddis, *le West-end* de Harewod, Drischelrig et Castelgreg, in baronia de Caldor, vic. Edinburgh;—quas idem Jac. resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 188.

3746. Apud Edinburgh, 19 Jun.
REX concessit ANDREE MONRO, et ejus heredibus, — terras de Myltoun de Meach, cum molendinis earundem, cum officio principalis mari comitatus de Ros; necnon croftam terre nuncupat. mercatam terrarum de Tulloch, in comitatu de Ross, vic. Invernys; — que terre de Myltoun et officium fuerunt dicti And., ipsi et uni heredi concesse sub secreto sigillo: — cum potestate deputatos substituendi et levandi feoda, &c. :—REDDEND. annuatim regi tanquam comiti de Ross, pro Myltoun cum molendinis 8 celdras 4 bollas victualium, viz. unam dimedietatem ordei et alteram dimed. ferrine de minori mensura dicti comitatus, in augmentationem regii rentalis 8 bollas, nomine feodifirme; necnon pro dicta crofta unam libram cere S. Joh. Baptiste infra capellaniam de Delny in Ros de eadem debit. et consuet. :—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 74.

3747. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REX confirmavit cartam Geo. Inglis de Lochend,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ALEXANDRO DOMINO HUME, magno camerario Scotie,—terras suas de Grenelaw vulgariter nuncupat. *le Tenandry* de Grenelaw, cum tenentibus et tenandriis, vic. Beruik : — TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, legit. et propinquioribus ejus heredibus seu assignatis quibuscunque, de rege in feodo : —TEST. Joh. Bannantyne de Corhous, Phil. Nesbit de eodem, Jac. Creichtoun de Cragis, Jaspero Mayne notario publico, et Geo. Cowpare : — Apud Edinburgh, 9 Jun. 1512] :—INSUPER, pro bono servitio, dictas terras univit dominio de Hume :—TEST. *ut in carta* 3722. xviii. 114.

3748. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX concessit ALEXANDRO NAPAR militi, filio et heredi apparenti Arch. N. de Merchamstoun, et JONETE CHEISHOLM sponse dicti Alex.,—terras de Edinbally, Ballaucharne, et 2 *le* Ballatis, in baronia de Edinbally, vic. Dunbartane;—necnon eidem Alex.,—terras de Gartnes, Dalnare, Blaireoure, Gartcarne, Douchlas, Badrow, Thomdarrauche, cum liberis forestis, silvis, forestariis forestariorumque curiis et eschaetis earundem, cum quarta parte piscarie de Lochlomond, excepta piscatione oris dicti lacus, cum piscariis aquarum de Anrik et Alquhoire, cum molendino de Gartnes, cum omnibus proficuis, vic. Dunbartane; ac dimedietatem terrarum de Ardewnane, viz. terras de Tullechannan, *le Mydill-Thrid* de Ardewnan nuncupat. *le Ten-merk-land*, occidentalem dimed. de *le Halch* de Ardewnan, cum dimedietate molendini ac multuris et sequelis earundem, cum dimed. proficuorum wardarum, releviorum, maritagiorum et nonintroitus tenentium tenandrie de Ardewnan nuncupat. Garquhin, una cum jure patronatus, advocatione et donatione ecclesie de Ardewnane alternatis vicibus, cum piscaria de Lochtay eisdem terris spectante, cum omnibus proficuis, in dominio de Dischore et Toyere, vic. Perth; dimed. terrarum de Rusky, cum messuagio, manerio, dimedietate lacus ac dimed. molendini earundem, et aqueductu dicti molendini, tertiam partem de Kelzemuk, cum piscaria earundem in stagno de Gudy, dimed. de Thom, dimed. de tribus Lanerkynnis, dimed. quatuor mercatarum de Cowlauche nuncupat. Sauchinthom, dimed. molendini de Lanark cum domibus et aqueductu ejusdem extra aquam de Teth, cum dimed. capelle de Lanrik, dimed. terre viz. *le Chapell-land*, cum pasturis bestiarum et sequelis earundem, cum piscationibus rethium et *le cruvis* super aqua de Teth infra bondas dict. terrarum, cum manerio et messuagio infra dict. terras de Thom, tunc Bernisdal vocat., per dictum Arch. et quondam Eliz. Menteith ejus matrem de novo edificato, cum domibus, pomeriis, *le outsettis*, &c., cum dimed. comunie eisdem spectante, in senesc. Menteith, vic. Perth; necnon terras de Merchamstoun, cum castro, fortalicio, manerio, ortis et pomeriis earundem, vic. Edinburgh; ac terras de Pulterlandis, cum sequelis et bestiarum pastura, jacentes in et juxta villam de Dene, vic. Linlithqw, cum officio pultrie regis per ipsum et ejus heredes eorumque deputatos ministrandum; — quequidem terre infra vic. de Dunbartane et de Perth fuerunt dicti Arch., incorporate in baroniam de Edinbally-Naper; et que cetere terre, &c., fuerunt ejusdem hereditarie; et quas dictus Arch. resignavit; — et quas rex pro bono servitio quitteclamavit, et terras, &c., de Merchamstoun et Pulterlandis et officium pultrie in unam liberam baroniam de Merchamstoun incorporavit: — TENEND. terras de Edinbally, Ballaucharne, et duabus *le* Ballatis, dictis Alex. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et personis talliatis subscriptis; et ceteras terras, &c., dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus (Johanni) fratri carnali dicti Alex., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. N. fratri germano dicti Joh., et heredibus &c., (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis dicti Arch. de corpore legit. procreandis, quibus omnibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, in liberis baroniis, et terras infra vic. de Dunbartane in libera foresta:—REDDEND. annuatim pro Merchamstoun unum denarium argenti, pro Pulterlandis, &c., 5 solidos et servitium dicte pultrie, nomine albe firme, quia constabat quod prius ita tenebantur; necnon pro Edinbally-Napar tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Dunbartane, necnon wardam &c., cum contingerent:—RESERVATO libero tenemento dicto Arch., de omnibus dictis terris, exceptis Edinbally, Ballaucharne et 2 Ballatis:—et si contingeret heredem fem. ad illas terras succedere, voluit rex quod nomen baronie de Edinbally mutaretur in Gartnes-Naper:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xviii. 66.

3749. Apud Edinburgh, 21 Jun.
REX concessit DAVID MONYPENNY, filio et apparenti heredi Willelmi M. de Petmuly, et ejus heredibus,—terras de Drumrawok, vic. Fiffe; — quequidem occupate fuerunt per quondam David Balfoure de Karastoun, se gerentem tenentem dicto Wil.; et in manibus regis tanquam domini superioris ratione nonintroitus per 50 annos elapsos invente fuerunt, cum firmis earundem per dictum spatium, pro quibus dicte terre, annuatim extenden. ad 13 mercas, defectu bonorum mobilium appreciate sunt et regi assignate: —REDDEND. annuatim 6 denarios applicandos sustentationi divini servitii in capella S. Malrubii infra castrum de Crail, prout prius eidem capelle solutum fuerat, nomine feodifirme:— cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 97.

3750. Apud Edinburgh, 22 Jun.
REX confirmavit JOHANNI TULLOCH de Cragnestoun, et ejus heredibus,—terras de Cragnestoun cum pendiculis, viz. *le Nethir-sete* et Inchegray, ac terras de Odmanstoun, vic. Kincardin;—quas idem Joh. personaliter resignavit; et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Cragnestoun:—REDDEND. annuatim unam sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Kincardin, tenend. apud *le Auld-Castell-steid* de Kincardin, necnon wardam, &c., cum contingeret:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 72.

3751. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REX confirmavit cartas factas familiari suo et quotidiano servitori M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, et ISOBELLE HOPPER ejus sponse, viz., (1) cartam M. Bartholomei Levinstoun de eodem,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit dictis Joh. et Isob.,—6 mercatas 8 solidatas 4 denariatas terrarum de Staneburne, cum mansione et capella ejusdem, extenden. ad binam partem dictarum terrarum, in baronia de Levingstoun, vic. Linlithqw; ac 7 mercatas terrarum ville de Levingstoun, in iisdem baronia et vic., per Tho. Ade, Alex. Ade et Wil. Uchiltre inhabitatas, in speciale warantum predict. terrarum:—TENEND. dictis Joh. et Isob. et eorum alteri diutius viventi in conjunct. infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis heredibus dicti Joh. quibuscunque, de rege in feodo:—TEST. Wil. Hoppar, M. Joh. Gifferd, D. Gilb. Finlastoun (*sive* Fynlasoun), Joh. Murray, Alex. Tennand, Rob. Craik, Joh. Esambard et Wil. Haliburtoun: —cum subscriptione manuali:—Apud Edinburgh, 17 Jun. 1512]:—(2) aliam cartam ejusdem,—[qua concessit eidem Joh., heredibus ejus et assignatis,—40 solidatas terrarum de Brecht, per Alex. Richartsoun inhabitatas, in baronia de Levingstoun, vic. Linlithqw,—pro ejus consilio et auxilio circa recuperationem terrarum de Brecht de manibus Isobelle Balfoure: — REDDEND. annuatim dicto Barth. unam rosam rubeam nomine albe firme:—TEST., cum subscriptione et de data *ut supra*]:—(3) cartam Petronille Libertoun, domine portionarie ejusdem,—[qua, cum consensu Joh. Sellar sponsi sui, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit dictis Joh. Murray et Isob. Hoppar,—terras suas de Orchartfeild, cum annuo redditu, domibus et ortis, excepta dimedia acra ad occidentalem partem ejusdem, vic. Edinburgh:— TENEND. *ut in prima carta superius confirmata*:—TEST. Jac. Wricht, Alex. Cunynghame cum comite de Glencarne, Joh. Balfoure, Wil. Haliburtoun notario:— Apud Edinburgh, 31 Maii 1512]:—(4) aliam cartam ejusdem,—[qua, cum consensu dicti sui sponsi, concessit iisdem Joh. et Isob. in conjuncta infeodatione, ac heredibus et assignatis dicti Joh.,—annuum redditum 5 librarum 3 solidorum 4 denariorum de terris suis de Libertoun, in speciale warantum suarum terrarum, &c., de Orchartfeild, necnon suarum terrarum de Swanstoun dict. *Tempill-land*, vic. Edinburgh:— REDDEND. annuatim dicte Pet. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Rollando Murray, Jac. Murray, D. Gilb. Finlasoun capellano, et Jac. Andersoun notario publico:— Apud Edinburgh, 31 Maii 1512]: —NECNON concessit eidem Joh., heredibus ejus et assignatis,—totum suum jus ad

dictas terras :—Reddend. wardam, &c., et unam sectam annuatim ad curiam capitalem vic. de Edinburgh post festum S. Michaelis tenend. :—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 91.

3752. Apud Edinburgh, 1 Jul.
REX concessit et pro bono servitio quitteclamavit familiari clerico et quotidiano servitori suo M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, heredibus ejus et assignatis,—terras de Castelriggis de Kingorne, viz. orientalem dimedietatem earundem extenden. ad 8 acras terrarum, cum acra vocat. *le Hoill-aker*, vic. Fyffe ; — quas Wil. Wemys in Kingorne resignavit :—Reddend. annuatim unum den. nomine albe firme : —Test. *ut in carta* 3671. xviii. 80.

3753.[1] Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX, pro bono servitio, ac pro donatione regi de una gallia 36 remorum, concessit DUNCANO STEWART de Appin, in vitali redditu, — terras de Inverlochy, Terelondy, Drummyfoure, et Auchintoir, in dominio de Lochabir, vic. Invernys. xviii. 93.

3754. Apud Edinburgh, 9 Jul.
REX concessit JACOBO CUNYNGHAME, filio et heredi apparenti Rob. C. de Polmais, et AGNETI BRUCE sponse dicti Jac., et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi quibuscunque, — 5½ bovatas terrarum de Erth-malare per dict. Rob. occupatas, 4 bovatas de Polknaif, 5 mercatas de Slamannane, et dimedietatem bovate de *le* Hallis de Erth, in baronia de Polmais-Cunynghame, vic. Striveling ;—necnon dicto Jac. et ejus heredibus,—terras et baroniam de Polmais-Cunynghame, viz. terras de Polmais-Cunynghame olim nuncupat. Polmais-Merschell, terras de Polmais-Sinclare, quartam partem de Levilandis, quartam partem de Erthbeg, 2½ bovatas de Erth-malare cum brasinis earundem, 3 bovatas de Polfoulis, 10 mercatas de Slamannane, cum advocatione ecclesie de S. alternatim cum vacare contingeret, dimed. bovate de Hallis de Erth, piscationes 2 cobillarum super aqua de Forth, tertiam partem de Glen, tertiam partem de Esthschelis et Spittalefeild, terras de Bochaldy, sextam partem de Ardargy, binam partem de Over-Auchinlosky, sextam partem de Kynnard super aqua de Tay, sextam partem de Petconnochy, cum *le outsettis*, tenentibus, &c., in dicta baronia, infra vic. Striveling per annexationem ; cum jure patronatus et donatione capellanie altaris Apostolorum Petri et Pauli per predecessores dicti Rob. infra ecclesiam parochialem de Striveling fundat. ;—quas dictus Rob. resignavit :—Reservatis dicto Rob. libero tenemento dictarum terrarum, exceptis terris in conjuncta infeodatione concessis, et rationabili tertia earundem ejus sponse cum contingeret :—Test. *ut in carta* 3803. xviii. 140.

3755. Apud Edinburgh, 25 Jul.
REX confirmavit cartam Alexandri dom. Abirnethy,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO ABIRNETHY, et ELIZABETH HAY ejus sponse,—terras de Duldras, vic. Striveling ; ac duas partes terrarum suarum ville de Rede, vic. Forfare :—Tenend. dictis Wil. et Eliz., eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. et heredibus suis propinquioribus legitimis quibuscunque reversuras, secundum tenorem antique sue carte talliate, de rege in feodo :—Test. Gilb. Hay de Ardendrauch milite, Jac. Abirnethy, Alex. Hay filio et herede apparente dicti Gilb., And. Hay de Barcoll, And. Strathauchin, et M. David Hay :—Apud Rothemay, 23 Jul. 1512] :—Test. *ut in carta* 3671. xviii. 76.

3756. Apud Edinburgh, 28 Jul.
REX concessit JOHANNI SETOUN, nepoti et heredi Alexandri S. de Perbroith, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Perbroith, cum outsettis et dependen., viz. manerium et terras dominicales de P., terras de Laudisfern cum molendino, annuum

[1] As a memorandum in Register.

redditum 6 librarum de terris de Ramsayforthir, terras de Urquhartis, viz. Estir Urquhart, Myddil U. et Loppy U., vic. Fyffe; terras de Haistoun et Scrogarfeild, cum tenentibus, &c., vic. Forfare;—que in manibus regis fuerunt per 50 annos et eo amplius ratione nonintroitus, cum firmis earundem per dictum spatium, quas firmas usque ad introitum veri heredis rex concessit eidem Joh. sub secreto sigillo;—et que terre defectu bonorum mobilium ultra summam 236 lib. 10 sol., pro residuo dict. firmarum, extenden. ad 4930 lib. 3 sol. 4 den., per vicecomitem de Forfare et per Joh. Schevez, clavigerum per vicecomitem in hac parte constitutum, appreciate sunt et dicto Joh. assignate;—et quas rex pro favore incorporavit de novo in unam liberam baroniam de Perbroith:—REDDEND. annuatim pro Urquhartis servitia contenta in antiqua carta predecessoribus ipsius Joh. per regem Jacobum I. desuper facta; et pro residuo dicte baronie tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fyffe, necnon wardam, &c., cum contingerent:—RESERVATO dicto Alex. libero tenemento:—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 78.

3757. Apud Edinburgh, 30 Jul.
REX concessit familiari servitori suo THOME FORESTARE, et ejus heredibus,—40 solidatas terrarum de Coitland antiqui extentus, vic. Wigtoun;—que fuerunt Pat. Mure aldermanni burgi de Wigtoun, et pro 50 libris regi et Andree episc. Cathanen., &c., thesaurario debitis pro compositione remissionis eidem Pat. ad iter justiciarie de Wigtoun facte, per Kentigernum Murray de Brochtoun vicecomitem in hac parte, 11 Maii 1512 defectu bonorum mobilium appreciate fuerunt et regi assignate; quam summam dictus Tho. thesaurario persolvit:—REDDEND. servitium warde, &c.:—et voluit rex quod dictus Pat., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 84.

3758. Apud Edinburgh, 30 Jul.
REX, de consensu David Hoppringill in Tynnes, ad feodifirmam dimisit ANDREE EPISCOPO CATHANENSI, commendatario de Calco et Ferne, thesaurario suo, heredibus ejus et assignatis,—terras de Seithope, quas dictus David pro 50 lib. prius in feodifirma habuit, ac terras de Douglascrag, quas idem D. pro 50 lib. in feodifirma habuit, in dominio Foreste de Ettrik, in warda de Tueda, vic. Selkirk: — REDDEND. annuatim pro Seithope 50 lib., pro Douglascrag 50 lib.; ac duplum dicte firme ad primum introitum heredum, cum maritagio cum contingeret; necnon edificando, &c. (*ut in carta* 3407):—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 85.

3759. Apud Edinburgh, 4 Aug.
REX confirmavit cartam David Rossy de eodem,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit filio suo in lege JOHANNI MONCUR de Balluny, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Wester Rossy, annuatim extenden. ad 8 libras, in baronia de Rossy, vic. Forfare:—TENEND. de rege:—TEST. Walt. Lichtoun de Ullishavin, Wil. Gray in Lowr, Silvestro Haldene de Keler, Geo. Rossy de Stanelaw filio dicti Dav., Tho. Small, Joh. Nachty, et D. Joh. Pert, presbyteris et notariis publicis:—Apud le Myltoun de Rossy, 4 Jun. 1512]:—TEST. *ut in carta* 3671. xviii. 77.

3760.[1] Apud Edinburgh, 8 Aug.
REX, pro servitio sibi impenso, concessit JOHANNI DRUMMOND carpentario, in feodo pro tempore ejus vite,—10 libratas terrarum de Ballincreif, in dominio ejusdem, constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; cum firmis, grassumis et proficuis earundem. xviii. 90.

3761. Apud Edinburgh, 11 Aug.
REX concessit WILLELMO STEWART, filio et heredi apparenti familiaris sui Jacobi S. de Trakware, et ejus heredibus, — terras et baroniam de Trakware, Schelynlaw, cum molendino granorum et molendino fullonum de T., et terras de Innerlethane, vic. Peblis;—et

[1] As a memorandum in Register.

dicto JACOBO STEWART in vitali redditu et dicto Wil. in feodo,—unam partem terrarum de Glen, vic. antedict. ;—et KATRINE RUTHIRFURD, sponse dicti Jac.,—unam rationabilem tertiam partem omnium dictarum terrarum, &c., cum contingeret;—quas omnes, preter Glen, dictus Jac. personaliter resignavit; et quam partem de Glen Joneta Murray cum consensu Geo. Kincaid sui sponsi resignavit;—et quas omnes rex, pro servitio sibi impenso, de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Trakware, et turrim et fortalicium de T. principale fore messuagium ordinavit :—cum potestate dict. turrim, &c., edificandi et in altum erigendi cum propugnaculis *le barmkynnis* et *kyrnalis*, ac habendi januas ferreas, constabularios, &c. : —REDDEND. unum denarium nomine albe firme :—RESERVATO dicto Jac. libero tenemento terrarum de Trakware, &c. :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 88.

3762. Apud Edinburgh, 12 Aug.

REX concessit JACOBO ARCHIEPISCOPO GLASGUENSI, heredibus ejus et assignatis,—albam firmam liberam 30 solidorum de terris de Strathanery, vic. Fyffe ; —que fuit Georgei com. de Rothes, et defectu bonorum mobilium, pro 22 libris 7 solidis dicto Jac. debitis pro expensis super infeodatione dimedietatis terrarum de Bongall, vic. Fyffe, necnon pro 3 lib. 6 sol. 8 den. de firmis dictarum terrarum termini S. Martini ult. elapsi, per Hen. Ramsay de Redy et Tho. Grundistoun de Kingask, vicecomites deputatos de Fyffe, appreciata fuit et dicto Jac. vendita :—et voluit rex quod dictus Geo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocumque dictam summam, &c., persolverent infra septennium :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 151.

3763. Apud Edinburgh, 16 Aug.

REX confirmavit et pro bono servitio quitteclamavit WILLELMO MAKCULLOCH de Pladdis, et ejus heredibus,—terras de Scardy, Pladdis, Petnely, Pettogarty, Balmoduchy et Ballecarew (*sive* Ballegarew), cum officio ballivatus immunitatis de Tayne, in comitatu Rossie, vic. Invernys; —quas idem Wil. personaliter resignavit : —TENEND. de rege tanquam comite Rossie : —RESERVATA eschaeta curiarum dicti officii: —REDDEND. uni capellano perpetuo in ecclesia cathedrali Rossensi 5 mercas annuatim :—TEST. *ut in carta* 3671.

xviii. 82.

3764. Apud Edinburgh, 16 Aug.

REX confirmavit et pro bono servitio quitteclamavit JOHANNI VAUS de Lochslyn, et ejus heredibus,—terras de Lochslyn, in comitatu Rossie, vic. Invernys ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—REDDEND. regi tanquam comiti Rossie unam libram cucumeris seu tres denarios argenti; cum warda, &c., cum contingerent :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 89.

3765. Apud Edinburgh, 18 Aug.

REX commisit clerico suo familiari consiliarioque et secretario primario M. PATRICIO PAINTERE,—potestatem penitus mutandi fundationem HOSPITALIS B. V. M. prope burgum MONTIS-ROSARUM; necnon jus patronatus et electionem pauperum oratorum, scolarium seu sacerdotum ejusdem, quod jus post ipsius decessum majori beneficiato viro ipsius cognominis, cum concilii dicti burgi cognitione de eorundem habilitate, quo cognomine deficiente, ad dictum concilium spectaret ;—quia dictus Pat. idem hospitale de manibus potentium secularium redemit, et terras ejusdem alienatas recuperavit, et a solo tam ecclesiam quam mansionem et edificia ejusdem de novo construxit :—INSUPER rex ad manum mortuam confirmavit terras, &c., dicto hospitali ad sustentationem ejusdem concessas, emptas seu emendas ; et specialiter cartas subscriptas, viz.—(1) cartam venditionis confectam per Johannem com. Craufurdie, dicto Patricio dicti hospitalis magistro, ac sacerdotibus ejusdem,—de annuo redditu 20 mercarum de terris dicti com. de Dunhasny, Dulbley, Skannach et Cornstoun, in baronia de Glennesk, vic. Forfair :—(2) cartam factam per Thomam dom. de Innermethe,—de ann. red. 6 merc. de terris ejus de Bandoch, in

baronia de Inverkelour, vic. Forfare:—(3) cartam factam per Alex. Lindesay de Uchtermonsy militem,—de annuo redditu 5 merc. de terris ejus proprietatis baronie de Ferne, vic. Forfare:—(4) cartam factam per M. David Gardyne de Connansith,—de ann. red. 6 merc. de terris ejus quarte partis de Kukistoun, vic. Forfare:— et omnes alias cartas eidem hospitali factas vel fiendas;—cum potestate easdem in presenti carta ad longum inserendi, et de quacumque data et quotiens dicto Pat. aut alicui dict. hospitalis magistro placeret;—et exoneravit terras dicti hospitalis inhabitantes ab omni temporalium judicum jurisdictione:—Ordinavit etiam dicti Pat. cartam fundationis fiendam ad longum in presenti carta inseri, et eandem ratificavit:—TEST. *"ut in aliis cartis consimilis date."* xx. 2.

3766.[1] Apud Edinburgh, 28 Aug.
REX confirmavit cartam David Wemis de eodem militis,—[qua concessit DAVID WEMIS filio suo et apparenti heredi, et KATHERINE SINCLARE ejus sponse,—terras suas de Dron, excepto *le* Hyll de Dron, vic. Fyff; et terras de Ballinold, vic. Perth, in Strathardill, et infra baroniam de Wemis ratione nove annexationis ejusdem:—TENEND. dictis D. juniori et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti D. junioris quibuscumque, de rege in feodo:—TEST. Wil. Scott de Balwery milite, Joh. Multray de Markinch, Joh. Multray seniore in Disart, Wil. Kirkaldy de Grange, David Barclay de Touch, Wil. Melwil de Fedinch, M. Tho. Richertsoune, Wil. Clerk, D. And. Symsoune vicario de Disart, et Alex. Knycht:—Apud Disart, 22 Aug. 1512]:—TEST. 86. 101. 30. 102. 111. 42. 57. 84. 48. 51. 60. 112. 89. xix. 91.

3767. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX concessit ALEXANDRO DOMINO ELPHINSTOUN, et ejus heredibus,—terras de Quarell, in baronia de Harbertschire, vic. Striveling;—que fuerunt Tho. Bissat de Quarell, tente de Olivero Sinclare de Roslyn milite ut una pendicula de Herbertschire; et ob alienationem majoris partis dicte baronie in manibus regis recognite fuerunt; et quas dictus Oliverus, post novam concessionem dicte baronie, personaliter resignavit;—et quas rex pro bono servitio, &c., univit baronie de Elphinstoun:—cum licentia ad infeodandum dictum Tho.:—TEST. *"ut in aliis cartis precedentibus."* xviii. 87.

3768. Apud Edinburgh, 1 Sept.
REX confirmavit cartam Rob. Menzeis de eodem militis,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti ROBERTO MENZEIS militi, et CRISTINE GORDOUN ejus sponse,—terras de Kynnaldy, cum molendino earundem, extenden. ad 20 mercatas antiqui extentus, et 10 mercatas de Moreynche cum molendino, ad 10 merc. ant. ext., necnon 3 mercat. de Westir Beltoquhan, ad 3 merc. ant. ext., in baronia de Menzeis, vic. Perth:—TENEND. dictis Rob. filio et Crist., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. patris quibuscumque cognomen et arma de Menzeis gerentibus, de rege in feodo:—TEST. Wil. Ruthven de eodem milite vicecomite de Perth, Joh. Menzeis de Castellhill, Cuthberto Menzeis de Achynsel, Joh. Menzeis de Gardnarland, Joh. Menzeis de Cumry, Joh. Menzeis de Drumcrile, Wil. Menzeis, D. Joh. Mwry capellano, et D. Wil. Ramsay presbytero ac notario publico:—cum subscriptione manuali:—Apud Perth, 31 Oct. 1511]:—TEST. *"ut in cartis precedentibus."* xviii. 128.

3769. Apud Edinburgh, 4 Sept.
REX confirmavit cartam Joh. Fergusoune de Downy,—[qua concessit filio suo et apparenti heredi ROBERTO FERGUSOUNE, et JONETE WEMYS ejus sponse, in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. quibuscumque,—terras de Over Downy, Cultolony et Stronymuk;—necnon eidem

[1] Dated A.D. 1513. Either this or the regnal year must be wrong.

Roberto et ejus heredibus, — residuum baronie de Downy, viz. terras de Nethir Downy, Edinarnochty, Pitbrane, Glengaisnothe, Fanagand, Bynnanmore, Bynnanbeg, Inverredre cum molendino, Rynnaweyo, Kerache, Cowill, et Dalmonge ; ac terras de Murthly, Inverquhrosky, Dalrilzeans, Leonache, Dulmaya, Glengaisnothe, Pitbrane, et Kynnard, vic. Perth :—TENEND. de rege :—RESERVATO libero tenemento dictarum terrarum, exceptis Over Downy, Cultolony et Stronymuk, dicto Joh. :—TEST. David Wemys filio et apparente herede David Wemys de eodem militis, Fergusio filio Angusii, David Wemys, Joh. Abirnethy, Joh. Multray, Jac. Gray, et D. Pat. Young capellano :—Apud Wemys, 14 Aug. 1512]:—TEST. 86. 30. 87. 42. 57. 84. 48. 60. 112. 89. xix. 124.

3770. Apud Striveling, 13 Sept.
REX confirmavit JOHANNI STEWART de Biltreis, et JONETE MONTGOMERY ejus sponse,—40 solidatas terrarum de Glenhede, in baronia de Renfrew, vic. ejusdem ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque, de rege tanquam senescallo Scotie :—TEST. *ut in carta* 3803.
xviii. 142.

3771.[1] Apud Edinburgh, 26 Sept.
REX, pro bono servitio, concessit MERCHE SIGNIFERO, in vitali redditu, in feodo, —dimedietatem terrarum de Sannak vocat. Balmangane, extenden. de novo extentu ad 20 libratas, in dominio Galwidie, senesc. Kirkcudbricht.
xviii. 94.

3772. Apud Linlithqw, 4 Oct.
REX concessit ALEXANDRO GORDOUN militi, filio et heredi apparenti Johannis G. de Lochinver, et ELIZABETH STEWART sponse dicti Alexandri,—20 libratas 15 solidatas antiqui extentus terrarum dominicalium de Stichell, 6 libr. orientalis tertie partis de Stichell dictis terris dominicalibus adjacentes, in baronia de Stichell, vic. Roxburgh; et 15 mercatas ant. ext. de Balmaklellane, viz. 3 merc. de Erne-Maccanny, 2½ merc. de Contreif, 3 merc. de Martynstoun, 3 merc. de Erne-Maknely, 3 merc. per Donaldum Broun occupatas, et dimediam merc. de Blakmark, in baronia de Kenmore, senesc. Kirkcudbrycht ;— quas dictus Joh. resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Eliz., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 95.

3773.[2] Apud Edinburgh, 9 Oct.
REX concessit MARIOTE SINCLERE, et DAVID CARUTHERIS ejus sponso, in vitali redditu pro tempore vite alterius eorum diutius viventis, pro ipsius Mariote bono servitio in nutritione filii regis, principis Scotie, — 4 bovatas terrarum de le Newtoun de Buthkennare, viz. 3 bovatas per Joh. Andersoun et Tho. ejus filium inhabitatas, et 1 bovatam per Jac. Lufrent inhabitatam, in dominio de Strivelingschire, vic. ejusdem ;—durante voluntate regis. xviii. 101.

3774. Apud Edinburgh, 18 Oct.
REX ad manum mortuam concessit, ad sustentationem unius capellani prebendarii infra ECCLESIAM COLLEGIATAM DE LESTALRIG divina perpetuis futuris temporibus celebraturi,—annuum redditum 20 librarum de opere et edificiis suis cum eorum bondis et pertinen., jacen. infra villam de Leith, ex parte australi aque ejusdem : — INSUPER dedit potestatem Georgio abbati S. Crucis et Johanni abbati de Newbottill, commissariis et deligatis Pape in hac parte, conjunctim et divisim, ad erigendum dict. capellaniam in unam liberam prebendam infra dict. collegium, et similiter capellaniam in insula S. Triduane infra dictum coll., fundat. per quondam M. Joh. Fraser episc. Rossensem, in unam liberam prebendam, necnon rectoriam de Bute

[1] As a memorandum in Register.

[2] As a memorandum in Register.

dividendam equaliter ac erigendam in 6 liberas prebendarias, cum consensu M. Tho. Diksoun tunc rectoris ejusdem ;—proviso quod presentatio dict. prebendarum fieret ad dispositionem regis, et collatio ordinaria earundem ad dispositionem decani dicti coll. pro tempore existentis :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 102.

3775. Apud Edinburgh, 26 Oct.

REX ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO DOMINO HUME,—terras et locum foreste de Tynnes, extenden. ex antiquo ad 6 libras, in foresta de Ettrik, warda de Yarrow, vic. Selkirk :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 50 lib., et duplum dicte firme ad heredum primum introitum ;— et FACIEND. poletiam, &c., ut interest, et solo dictarum terrarum corresponden. ; necnon inveniendo pro qualibet 10 librata terrarum 2 equestres, unum eorum cum lancea, cum uno equo onerativo, ad regis servitium in guerris, &c. ; —et voluit rex quod dictus Alex. et heredes antedict. ac eorum tenentes minime fierent adjurnati nec amerciati in itineribus justiciarie nec curiis forestarum pro viridibus arboribus tempore futuro :—TEST. *ut in carta* 3722. xviii. 118.

3776. Apud Edinburgh, 1 Nov.

REX confirmavit cartam Jac. Makgee de Plumtoun,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit MICHAELI MAKGARMORY, et MARIOTE INGLIS ejus sponse,—terras de Plumtoun, extenden. ad 9 mercatas antiqui extentus, et 1 mercatam de Blak-mark etiam ant. ext., —exceptis molendino de P., cum castro, domibus et edificiis ejusdem molendini, quas Wil. Maklellane de Bondby habuit,— in senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. dictis Mich. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Mich. quibuscumque, de rege in feodo :—TEST. Wil. Maklellane de Bondby milite, Joh. M. ejus fratre, D. Wil. Wardlaw rectore de Tullialane, Rollando Talyefer, Wil. Inglis, burgen. de Kirkcudbrycht, Tho. Akersane, et D. Wil. Makgoune capellano ac notario publico :—Apud Kirkcudbrycht, 31 Oct. 1512]:—TEST. *ut in carta* 3722.

xviii. 112.

3777. Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX concessit ARCHIBALDO BUNTYN, nepoti et heredi apparenti Nych. B. de Ardoch, et ejus heredibus, — terras de Ardach, le Leis, et Cragend, cum molendino earundem, extenden. ad 6 libratas antiqui extentus, in dominio de Cardros, vic. Dumbartane ;—quas dictus Nich. resignavit :— REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Dumbartane, necnon wardam, &c., cum contingerent :— RESERVATO libero tenemento dicto Nich.:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 100.

3778.[1] Apud Edinburgh, 3 Nov.

REX confirmavit cartam Joh. Allirdes de eodem, — [qua concessit ROBERTO ALLIRDES fratri suo, in vitali redditu,— dimedietatem terrarum de Litill Barres, in baronia de Allirdes, vic. Kincardin] :— INSUPER, pro bono servitio, concessit eidem Rob., durante ejus vita, viz. quotiens contingeret dictas terras in manibus regis devenire ratione quacumque,—quod dicte terre libere forent a regis clameo.

xviii. 117.

3779. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REX confirmavit cartam Margarete Were, —[qua, cum consensu sponsi sui Wil. Inglis burgensis de Kirkcudbrycht, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis servitori M. JOHANNI MURRAY de Blakbarony, et ISOBELLE HOPPARE ejus sponse, —suam dimediam partem terrarum nuncupat. vulgariter *le Kingis-landis*, vic. Peblis :—TENEND. dictis Joh. et Isob., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus,

[1] As a memorandum in Register.

heredibus dicti Joh. propinquioribus quibuscumque, de rege in feodo :—TEST. Wil. Maklellane, Kentigerno Murray de Brochtoun, D. Wil. Wardlaw rectore de Tullyalloun, D. Steph. Makcayne, D. Wil. Makgoune, notariis publicis, Finlaio Mathisoun, Tho. Thomsoun, burgen. de Kirkcudbrycht, Tho. Inglis et Geo. Robisoun : —Apud Kirkcudbricht, 19 Aug. 1512] :—INSUPER, pro favore erga dictum Joh., univit dictas terras ad baroniam de Haltoun-Murray, *alias* Blakbarony nuncupatam :—TEST. *ut in carta* 3837. xviii. 168.

3780. Apud Edinburgh, 5 Nov.
REX confirmavit cartam Rob. Gledstanis, —[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI ERSKIN de Dun, heredibus ejus et assignatis,—suam octavam partem et dimediam partem octave partis terrarum de *le* Crago, vic. Forfare : —REDDEND. regi servitium warde et relevii debit. et consuet. :—TEST. M. Alex. Schaw archidiacono Candidecase, Alex. Strathauchin, Alex. Erskin, Rob. Erskin, Tho. Crag, Rob. Balfoure, Rob. Merschell, burgen. de Edinburgh, et Walt. Lintoun notario publico :—Apud Edinburgh, 5 Nov. 1512] :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 106.

3781. Apud Edinburgh, 8 Nov.
REX concessit et quitteclamavit ADE COMITI DE BOITHUILE dom. Halis, magno admirallo Scotie, et ejus heredibus, —terras bine partis ville de Morehame, cum castro et fortalicio ejusdem, ac binam partem terrarum dominicalium de M., cum terris de Plewfeild, molendino et pertinen. earundem, cum advocatione, donatione et jure patronatus ecclesie parrochialis de Morehame, cum tenentibus, &c., vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun; —quas Johannes dom. Hay de Yester personaliter resignavit in favorem dicti Ade, in excambium pro dimedietatibus terrarum baronie de Yester, cum advocatione et donatione ecclesie collegiate de Bothanis, cum prepositura, prebendariis et capellaniis ejusdem, ac terrarum et baronie de Duncanlaw, cum tenentibus, &c., vic. et constab. antedictis ;—et quas rex pro bono servitio univit baronie de Halis :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 103.

3782.[1] Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX confirmavit cartam Pat. Berclay de Grantuly,—[qua concessit filio suo M. ALEXANDRO BERCLAY, in vitali redditu, — terras de Kynnaroquhy, vic. Abirdene] :—INSUPER, pro bono servitio, concessit eidem Alex., pro tempore ejus vite,—quod quotiens dictas terras in manibus regis devenire contingeret ratione quacumque, dicte terre de regis clameo libere essent. xviii. 104.

3783. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX ad feodifirmam dimisit COLINO CAMPBELL, filio et heredi apparenti Archibaldi com. de Ergile, et heredibus ejus masc.,—terras de Innerambill, Fasblaire, Uthirambill, Gorisplace de Deleambill, Daleambill, Quarterone, Later, et Auchanvy, infra dominium de Buchquhiddir, vic. Perth :—REDDEND. annuatim 40 libras, in augmentationem regii rentalis ; et duplum dicte firme ad heredum primum introitum ;—et FACIEND. reparationem, &c., prout solo corresponderet ; necnon inveniendo duos equos, unum cum lancea, et alium equum onerativum, pro singulis 10 libratis dictarum terrarum, ad regis servitium in guerris, &c. :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 119.

3784. Apud . . . . . , 10 Nov.
REX concessit JOHANNI DOMINO HAY DE YESTIR, et ejus heredibus,—dimedietatem terrarum baronie de Yestir, cum jure patronatus, advocatione et donatione prepositure ecclesie collegiate de Bothanis, prebendarum et capellaniarum ejusdem, et terras et baroniam de Duncanislaw, cum tenentibus, &c., terrarum et baroniarum predict., vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun ;— quam dimed. de Yestir, &c., et quarterium vel eocirca de Duncanislaw, Adam com. de Boithuile, &c. (qui easdem habuit tanquam filius et heres quondam Patricii com. de

[1] As a memorandum in Register.

B. qui infeodatus fuit in eisdem per regem per resignationem Willelmi Makdowell de Makcarstoun), cum consensu Georgii episc. Sodoren. commendatarii de Abirbrothik et Colmkill, et Johannis prioris S. Andree, curatorum suorum resignavit, in excambium pro terris et baronia de Morehame, cum terris dominicalibus et molendino de M., terris de Plewfeild, cum tenentibus, &c., jure patronatus, advocatione et donatione ecclesie parochialis de M., vic. et constab. predictis;—et quod residuum terrarum et baronie de Duncanislaw idem Joh. personaliter resignavit;—et quas omnes terras, &c., rex pro bono servitio univit residuo baronie de Yestir:—REDDEND. annuatim unam sectam ad quamlibet trium curiarum capitalium vic. de Edinburgh infra constab. de Haddingtoun, ac wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 129.

3785. Apud Edinburgh, 11 Nov.

REX confirmavit cartam Roberti dom. Creichtoun de Sanchare,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit FINLAIO ANDERSOUN burgensi de Perth, heredibus ejus et assignatis,—terras suas terrarum dominicalium de Drummy, quas Geo. Ireland tunc ad firmam habebat, in baronia de Ballegarno, vic. Perth:—TENEND. de rege:—TEST. Joh. Creichtoun de Hartwood, M. Jac. Davidsoun, And. Dalzell, And. Smyth, burgen. de Edinburgh, M. Rogero Menzeis et Alex. Clerk notariis publicis:—cum subscriptione manuali:—Apud Edinburgh, 10 Nov. 1512]:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 99.

3786. Apud Edinburgh, 14 Nov.

REX confirmavit cartam Ade Hepburne com. de Boithuile, dom. Halis ac dom. terrarum de Morehame,—[qua,—cum consensu Georgei episc. Sodoren. ac commendatarii de Abirbrothok et Colmkill, et Johannis prioris ecclesie metropolitane S. Andree, suorum curatorum,—pro 586 libris 13 solidis 4 denariis patruo suo Ade Hepburne de Craggis per quondam patrem suum Pat. com. de B. debitis, et pro 1576 lib. 9 sol. 8 den. per ipsum Adam a tempore decessus dicti sui patris prefato suo patruo debitis, et pro 100 lib. per eundem patruum suum pro se Alexandro Boid burgensi de Edinburgh pro redemptione quarterii terrarum de Lynplum persolutis, necnon pro 200 lib. per eundem pro se Thome Borthuik burgensi de Hadingtoun pro redemptione dimedietatis terrarum de Gammylstoun persolutis, que summe se extenderunt ad 2463 lib. 3 sol.,—vendidit et alienavit dicto ADE HEPBURNE de Craggis,—terras suas ville de Morehame, cum castro et fortalicio earundem, terras suas dominicales de M., terras suas de Plewfeild, cum molendino earundem, cum advocatione, donatione et jure patronatus ecclesie parrochialis de M., ac officio balliatus omnium dictarum terrarum, necnon cum tenentibus, &c., in baronia de Halys per novam annexationem, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun:—TENEND. dicto Ade patruo et heredibus ejus masc. quibuscumque, quibus deficientibus, dicto comiti reversuras; cum potestate dictum castrum cum fortaliciis, &c., edificandi, et capitaneos, &c., habendi:—REDDEND. annuatim dicto com. unum denarium argenti nomine albe firme:—TEST. And. episc. Cathanen., &c., Wil. com. de Erole dom. Hay, &c., Wil. Scott de Balwery milite, Geo. Hepburne de Rollandstoun, Jac. Logane, M. Wil. Cunynghame, et Alex. Clerk, notariis publicis:—cum sigillis et subscriptionibus manualibus dict. comitis et curatorum:—Apud Edinburgh, 14 Nov. 1512]:—TEST. *ut in carta* 3722. xviii. 111.

3787. Apud Edinburgh, 21 Nov.

REX dedit extractum de registro suo sub signo et subscriptione manualibus familiaris clerici sui M. Gawini Dunbar archidiaconi S. Andree, clerici rotulorum, &c., cirographi sive carte Jacobi I. (II.) facte uni capellano divina ministraturo in ECCLESIA FRATRUM CARMELITARUM DE BRUGIS (No. 392 *supra*). xviii. 110.

3788. Apud Edinburgh, 23 Nov.

REX,—quia in causa optenta per Wil. Chaip burgensem de Perth, 16 Dec. 1511 super Rob. Mersar filio et herede quondam Roberti M. de Balleif, de 100 mercis dicto

Willelmo persolvendis decretum extitit,—et defectu bonorum mobilium terre subscripte, per ipsum Rob. de rege tente per servitium warde et relevii, pro dicta summa appreciate fuerunt et dicto Wil. assignate ;—Igitur concessit dicto WILLELMO CHAIP, et ejus heredibus,—4 mercatas terrarum de West-thrid de Petcarne per Pat. Fullertoun occupatas, et 13 solidatas 4 denariatas earundem per And. Henrisoun occupatas, vic. Perth :—et voluit quod dictus Rob. et heredes ejus haberent regressum quandocumque dictam summam, &c., persolverent infra septennium:—TEST. *ut in carta* 3803.

xviii. 139.

3789. Apud Edinburgh, 29 Nov.

REX confirmavit cartam Joh. Dischintoun de Ardros militis, ac domini baronie de Balglas,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit familiari regis clerico M. THOME DIKSOUN preposito de Guthrie, heredibus ejus et assignatis quibuscumque,—terras de Tulyquhandalane, in baronia de Balglas, vic. Forfare :—REDDEND. annuatim dicto Joh. unum denarium nomine albe firme :—TEST. Walt. Heriot de Burnturk, Joh. Strang, D. Walt. Gimey, et M. Wil. Cunynghame :—Apud Kynnard, 24 Oct. 1506] :—INSUPER concessit eidem Tho. totum jus suum ad dictas terras, et wardam et nonintroitum earundem quotiens contingeret baroniam de Balglas in suis manibus cadere rationibus warde et nonintroitus :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 150.

3790. Apud Edinburgh, 2 Dec.

REX confirmavit cartam Thome dom. de Innermeith ac baronis de Inverkeloure,—[qua, pro gratitudinibus, &c., confirmavit et pro bono servitio quitteclamavit servitori suo M. DAVID GARDIN de Connansith, heredibus ejus et assignatis,—terras de Connansith, *le* Leys, et Litill Gardin, in baronia de Inverkeloure, vic. Forfare ;—quas, prius de dicto Tho. in alba firma tentas, idem D. personaliter resignavit :—TENEND. de rege :—TEST. D. David Ogilvy rectore de Newdosk, M. Gilberto Stratoun vicario de Inverkelour, D. Wil. Henrisoun vicario de Mukassy, M. Geo. Striveling de Breke, Pat. Gardin nepote et herede apparente Johannis G. de eodem, Alex. Gardin filio et herede apparente Johannis Malvile de Disart, Wil. Stratoun, Pat. Rynd, Tho. Glendynwin, David Lowdiane, Alex. Bailye, D. Joh. Deuare, et D. Wil. Thorntoun capellano ac notario publico :—cum subscriptione sua manuali :—Apud Innermeith, 28 Nov. 1512] :—INSUPER pro bono servitio concessit eidem David omne suum jus ad dictas terras :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 122.

3791. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REX confirmavit DAVID STRATHAUCHIN de Thorntoun, et MARGARETE HAY ejus sponse,—terras de Brigtoun, in baronia de Thorntoun, vic. Kincardin ;—quas idem D. resignavit :—TENEND. dictis D. et M. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti D. secundum tenorem antique infeodationis baronie antedicte :—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 120.

3792. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REX concessit JOHANNI COMITI CRAUFURDIE, et ejus heredibus,—terras de Newhall, cum turre et manerie earundem, vic. Fiffe ;—que fuerunt dicti Johannis in tenandria, de rege tente per servitium warde, et quondam Alexandri Meldrum de Segy in proprietate, et ob alienationem majoris partis earundem in manibus regis recognite fuerunt ;—et quas rex pro favore univit ad baroniam de Glennesk, vic. Forfare, ut essent pars et pendicula ejusdem :— cum licentia ad infeodandum Alex. Meldrum de Segy, filium et heredem dicti quond. Alex. :—TEST. *ut in carta* 3803.

xviii. 144.

3793. Apud Edinburgh, 6 Dec.

REX confirmavit cartam Willelmi Gordoun de Schevez,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit ALEXANDRO GRAY, burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis,—terras de Newtoun de Schevez, in baronia de Schevez, vic. Abirdene :—TENEND. de rege:

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

—Test. Gilberto Menzeis preposito de Abirdene, Joh. Leslie de Warderis, Jac. Chene de Straloch, Joh. Ogilvy rectore de Dingwale, Wil. Dumbrek, Wil. Cheishome, burgen. de Abirdene, David Lyell et Joh. Striveling capellanis ac notariis publicis: —Apud Abirdene, 27 Nov. 1512]:—Test. *ut in carta* 3722. xviii. 115.

3794. Apud Edinburgh, 9 Dec.
REX,—quia abbas et conventus MONASTERII DE KINLOS per regem Robertum Bruse infeodati sunt ab antiquo de piscaria aque de Findern in puram elemosinam, prout in carta ipsius sub magno sigillo plenius continetur, cum confirmatione Pape per bullam, necnon Jacobi (I) regis sub magno sigillo, coram rege et concilii dominis ostensis,—et dicti abbas, &c., fuerunt in pacifica possessione dicte piscarie ultra memoriam hominum,—et licet rex eandem recognosci fecit propter placitum inter eosdem et burgum de Fores motum, et lite finita, predictam infeodationem ratificavit, reservando sibi 3 lastas salmonum,—et quia intellexit quod neque ipse neque aliquis predecessor suus unquam habuit seu clamavit aliquod jus ad dictam piscariam ante dictam reservationem; — igitur, pro singulari favore erga Thomam tunc abbatem dicti monasterii, quitteclamavit dictis abbati et conventui,—prefatas 3 lastas salmonum.
xviii. 113.

3795. Apud Edinburgh, 9 Dec.
REX confirmavit cartam Willelmi episc. Abirdonensis, custodis secreti sigilli,—[qua, pro speciali favore, &c., concessit PATRICIO CHIRNSIDE burgensi de Aberdene,—suam tertiam partem terrarum de Myreside, extenden. ad 40 solidatas, vic. Banff:—Tenend. dicto Pat., et post ejus decessum Thome C. ejus filio et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Pat. quibuscumque:—Reddend. annuatim regi unam sectam ad curiam capitalem vic. de Banff, post festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingeret:—Test. D. Tho. Myretoun archidiacono ecclesie cathedralis Abirdonen., M. Rob. Elphinstoun thesaurario ejusdem, And. Elphinstoun de Selmis, Gilberto Jhonnestoun de Elphinstoun, Alex. Wardlaw de Warestoun, M. Alex. Spittall, et Wil. Elphinstoun: — cum subscriptione manuali: — Apud Edinburgh, 20 Nov. 1512]:—Test. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 6.

3796. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REX confirmavit cartam David Rossy de eodem, —[qua concessit filio suo GEORGIO ROSSY, heredibus ejus et assignatis,—terras de Monboy, cum moris baronie de Rossy, quartam partem terrarum de Manys de Rossy, in baronia de Rossy, vic. Forfare: — Tenend. de rege:—Reservatis sibi libero tenemento, et rationabili tertia Egidie Skrimgeour ejus sponse cum contingeret:—Test. Alex. Guthre de eodem milite, Joh. Erskin juniore de Dun, Walt. Lichtoun de Wollishavin, Pat. Ramsay de Ardune, M. Geo. Striveling de Brekky, And. Rossy, Walt. Rossy, fratribus dicti David germanis, Arch. Rossy, et D. Joh. Pert capellano:—Apud Rossy, 20 Jul. 1512]:—Insuper concessit eidem Geo. totum jus suum ad dictas terras ratione quacumque:—Test. "*ut in aliis cartis consimilis date.*"
xviii. 133.

3797. Apud Edinburgh, 24 Dec.
REX confirmavit cartam Geo. Kennedy de Atyqwyne,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti GEORGIO KENNEDY, et MARGARETE KENNEDY ejus sponse, filie Johannis K. de Knokreoch,—6 mercatas terrarum suarum antiqui extentus, viz. 20 solidatas de Glennenawla, 20 sol. de Glennebay, et 40 sol. de Achaltane, in parochia de Daly, comitatu de Carrik, vic. Are:—Tenend. dictis Geo. et M. et eorum alteri diutius viventi in conjuncto feofamento, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. filii quibuscumque, de rege tanquam comite de Carrik:—Test. David Kennedy de Knokbane, Tho. Heroun, Joh. Broun juniore, et D. Geo. Blare notario publico: —Apud burgum de Are, 11 Dec. 1511]:—Test. *ut in carta* 3803. xviii. 137.

3798. Apud Edinburgh, 31 Dec.
REX confirmavit cartam Willelmi Blare, burgensis de Dunde,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI BLARE de Balgilloquhy, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem suam terrarum de Balgilloquhy, et molendini earundem, vic. Forfare :—TENEND. de rege :—TEST. M. Rob. Monnorgund, D. David Bell capellano, Hen. Fothringhame, et Rob. Seres notario publico :—Apud Dunde, 30 Dec. 1512]: —TEST. "*ut in cartis precedentibus consimilis date.*" xviii. 131.

3799. Apud Edinburgh, 1 Jan.
REX dedit extractum de registro, sub sigillo et manuali subscriptione familiaris sui M. Gawini Dunbar archidiaconi S. Andree, principalis clerici rotulorum, &c., de carta quondam Roberti ducis Albanie, &c., gubernatoris Scotie,—[qua confirmavit indenturam factam per WILLELMUM DE FENTOUN de Baky, dominum ejusdem, ex parte una, et MARGARETAM DE ARD, dominam de Ercles, et THOMAM DE CHESHOLME ejus filium et heredem ex parte altera,—(qua, post diversas discordias super terris inter dict. partes participandis, concordatum est,—quod baronia de Rethy, vic. Forfare, et terra de Cullace et de Buttergask, vic. Perth, et terra de Quodquene in valle de Clide, vic. Lanark, dicto Wil. et ejus heredibus remaneret imperpetuum ;—et dictis Marg. et Tho. et ipsorum heredibus per dict. Wil. assignarentur baronia de le Gask, vic. Forfare, ac villa dominica de Kynrossy cum molendino ejusdem, ac Strathy et Prynny in comitatu de Strathearne :—INSUPER, quod baronia de Drumblate, vic. Abirdene, isto modo divideretur, viz.—villa de le Slewo dicto Wil. et ejus heredibus remaneret ; et due ville de duabus Dunmillis dictis Marg. et Tho. et eorum heredibus remanerent ; 40 solidi vero de Guerry, cum villa de le Kirktoun, ipsis duabus partibus presentibus super territorium ejusdem inter ipsas equaliter dividerentur ; molendinum vero ejusdem baronie assedaretur cum consensu partis utriusque, et proficuum equaliter divideretur ; tenendria vero de Lossindrum dicto Wil. et ejus heredibus remaneret, et tenandria de Culmalegy dictis Marg. et Tho. et ipsorum heredibus assignaretur :—INSUPER, quod dictus Wil. terras de duabus Tollis et de Culquhark, in comitatu de Mar, et terras de duabus Akeriis (*sive* Arkeriis) et le Cragtoun in baronia de Croudane in Buchania, vic. Abirdene, possideret ; terre vero de le Ard, (vic. Invernys), starent antiquo modo participate, et tenandrie earundem essent divise secundum ordinationem apud Dunde factam :—Ad quod fideliter observand. tactis sacrosanctis Evangeliis ambe partes juramentum prestiterunt corporale : — Apud Kynrossy in baronia de Cullace, vic. Perth, 25 Apr. 1403) :—TEST. Gilb. episc. Abirdonen. cancellario, Rob. Senescalli de Fyffe nepote dicti gubernatoris, Joh. Senescalli com. Buchanie filio ejusdem, Rob. de Maxwell de Caldorwod, Joh. Forestar de Corstorphin, militibus, et And. de Hawik secretario dicti gub. :—Apud Falkland, 13 Jul. 1413, ann. gub. 8].
xviii. 138.

3800. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REX, pro bono servitio, ad feodifirmam dimisit familiari suo ADE HEPBURNE de Craggis, et ejus heredibus,—terras de Dulcrufe, prius extenden. ad 5 libras 6 solidos 8 denarios, Drumcarne ad 40 sol., et Clouchoche ad 4 lib., in dominio de Methven, vic. Perth :—REDDEND. pro Dulcrufe 8 lib., pro Drumcarne 3 lib., et pro Clouchoche 6 lib. :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 126.

3801. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX confirmavit M. DUNCANO MAKKEE de Camlodane, et JONETE GORDOUN ejus sponse,—2 mercatas terrarum antiqui extentus de Largspraag, 1 merc. ant. ext. de Coffe, 1 merc. ant. ext. de Litill-Park, et 20 solidatas ant. ext. de Doneanys contigue jacen., in parrochia de Monygolff, senesc. Kirkcudbrycht ;—quas idem Dunc. resignavit :—TENEND. dictis Dunc. et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Dunc.

quibuscumque :—Test. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 19.

3802. Apud Edinburgh, 14 Jan.
REX concessit ALEXANDRO LEVINGSTOUN, domino feodi dominii de Calendare, et JONETE STEWART ejus sponse, —terras de Cattiscleuch, in baronia de Herbertschire, vic. Striveling;—que fuerunt Willelmi dom. Levingstoun, patris ipsius Alex., in proprietate ut una tenandria dicte baronie, tente de Olivero Sinclare de Roslyne milite, dicte baronie barone, qui per regem de novo infeodatus est in eadem, terris de Cattiscleuch exceptis; et que baronia in manibus regis recognita fuit ob alienationem majoris partis ejusdem absque consensu :—Tenend. dictis Alex. et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque :—Reddend. annuatim dimediam libram cere, sicut dictus Wil. dicto Olivero prius contulit, nomine albe firme : —Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 121.

3803. Apud Edinburgh, 17 Jan.
REX confirmavit JACOBO COMITI DE ARANE, dom. Hammyltoun,—terras et baroniam de Hammyltoun, cum castro, fortalicio, molendinis granorum, molendinis fullonum, annexis, tenentibus, &c., advocationibus et donationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem; terras et baroniam de Mauchanschire, cum molendinis, tenentibus, &c., terras et baronias de Drumsargat et Curmannok, cum molendinis, tenentibus, &c., advocationibus, &c.; terras dimedie baronie de Stanehous et dimed. baronie de Craufurd-Johne, cum molendinis, tenentibus, &c., advocationibus, &c.; terras de Kirkle et Ricardjonstoun, cum officio vicecomitis de Lanark, cum uno tenemento terre jacen. infra burgum de Lanark, ex boreali parte regii vici ejusdem, vic. Lanark; terras et baronias de Kynnele, cum castris, fortaliciis, parcis, molendinis granorum et fullonum, annexis, tenentibus, &c., vic. Linlithqw; terras de Fynnart, vic. Renfrew; terras de Kirkynnan, cum molendinis, tenentibus, &c., advocationibus, &c., in senesc. Kirkcudbrycht; terras de Birkynside cum molendinis, infra baroniam de Lauderdale, vic. Beruik;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex pro singulari favore de novo incorporavit in unam liberam baroniam de Hammyltoun :—Tenend. dicto Jacobo et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jac. Hammyltoun de Fynnert militi, filio naturali dicti comitis, et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. H. de Kincavill militi et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Joh. H. de Brumehill, fratri dicti com., et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Jac. H. de Sillirtounhill militi et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Wil. H. de Candor et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., Gawino H. de Orvestoun et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus omnibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti com. cognomen et arma de Hammyltoun gerentibus quibuscumque :—Test. 86. 30. 42. 57. 84. 48. 60. 112. 89. xviii. 135.

3804. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX,—quia Jacobus com. de Arane, &c. nullos habuit heredes de corpore legit. procreatos, — affectans summopere conservationem sanguinis regii in domo ejusdem, que ex longo tempore transacto extitit antiqua et honorabilis domus, integra et de uno sanguine minime alterata, ac regi fidelis, — igitur concessit heredibus dicti com. talliatis, viz. JACOBO HAMMYLTOUN de Fynnert militi, filio naturali dicti com., PATRICIO HAMMYLTOUN de Kyncavill militi, et JOHANNI HAMMYLTOUN de Brumehill, bastardis carnalibus fratribus ejusdem, et cuilibet eorum, —plenam potestatem, sive egri sive sani forent, in tempore mortis disponendi de omnibus eorum terris, &c., quibuscumque infra regnum, non obstante eorum bastardia; —ac eosdem ad omnimodos actus in judicio, &c., legitimavit;—et deficientibus heredibus masc. de corpore dicti com., legitimavit prefatas personas in proprio ordine ad succedendum eidem secundum formam tallie, et quemlibet eorum ad succedendum alteri in ordine. xviii. 136.

3805.[1] Apud Edinburgh, 27 Jan.
REX, pro servitio regi et regine impenso, concessit ALEXANDRO KERS, —10 libratas terrarum de Ballincreif cum duabus brasinis, vulgariter *Brewlandis*, earundem, quas Colinus Campbell de rege prius in feodo habuit, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh ;—cum firmis, &c. ;—pro tempore ejus vite.
xviii. 127.

3806.[2] Apud Edinburgh, 27 Jan.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alex. Tiry burgensis de Perth,—[qua,—pro salute animarum regis et regine, sue et Jonete Lawdir sponse sue, Jacobi T. filii sui, &c., quondam M. Johannis T. rectoris de Ballingry, D. Johannis T. prepositi de Methven, D. Johannis T. vicarii de Crawmond, quondam M. Willelmi T. vicarii de Kingoldrum, et Roberti T., fratrum suorum, &c., — in puram elemosinam concessit uni capellano perpetuo S. Cristoferi apud altare S. Clementis in ECCLESIA PAROCHIALI BURGI DE PERTH, vel alibi ubi dictam capellaniam contingeret perpetuari, — terram suam in vico boreali dicti burgi ex parte boreali ejusdem, necnon terram suam ex parte orientali vici aque dicti burgi, extenden. in integro ad 10 libras vel eocirca :—et voluit quod presentatio dicte capellanie post suum decessum ad dictum Joh. T. prepositum de Methven, et post ejus decessum ad Jacobum abbatem de Scona, quibus deficientibus, ad priorem et conventum Vallis Virtutis et eorum successores spectaret :— REDDEND. annuatim regi firmam regiam, &c.; necnon pro terra in vico boreali in qua ipse Alex. tunc inhabitabat, abbati et conventui de Scona 5½ mercas annualis redditus :—RESERVATO sibi, et post suum decessum dicte sue sponse, libero tenemento :—cum sigillis dicti Alex. et Johannis Peblis unius ballivorum dicti burgi, saisinam dantis D. Roberto Thomsone presbytero, nomine capellani presentandi : —TEST. dicto Alex. preposito et vicecomite dicti burgi, Rob. Tiry et Tho. Ramsay ballivis ejusdem, Pat. Wellis, Alex. Blaire, And. Bunche seniore, Rob. Bonkill thesaurario, Donaldo Robertsone, Joh. Ermare, Wil. Chaip, Pat. Kincragy, Wil. Tod, Wil. Haldane, Jac. Brisone, Hen. Malcum, Joh. Low, Jac. Arnot, And. Stevin, And. Aikaris, sergeandis, Joh. Boyis, Dominis Alano Belfurd, Gilberto Murray, And. Eldare et Malc. Burne, presbyteris et notariis publicis : —Apud Edinburgh, 28 Aug. 1511] : — TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"
xviii. 178.

3807. Apud Edinburgh, 29 Jan.
REX concessit WILLELMO LAWDERE, filio et heredi apparenti Geo. L. de Haltoun militis, et AGNETI HENDERSOUN sponse dicti Wil.,—terras de Over Kidstoun, Nether Kidstoun, Estir Wormestoun, Westir Wormestoun, et montem vocat. *le* Grene-Meldoun, cum molendinis earundem, vic. Peblis ;—quas dictus Geo. resignavit : —TENEND. dictis Wil. et A. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscumque : —RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret,—exceptis 40 mercatis dict. terrarum, per dictos Wil. et A. et heredes possidendis tam in libero tenemento quam in feodo :— RESERVATIS etiam dicto Geo. et ejus heredibus occupatione et proficuo dicti montis pro pasturatione eorum bonorum et catallorum :—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*"
xix. 44.

3808. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX confirmavit cartam Willelmi dom. Ruthvene,—[qua, pro amore et pro servitiis, concessit filio suo carnali WILLELMO RUTHVENE de eodem militi, heredibus ejus et assignatis,—dimedium quarterii molendini messuagii terrarum de Kynnard, vulgariter *le Half myll quartare of the Manys of Kynnard*, ac pratum

[1] As a memorandum in Register.

[2] This charter contains the following names of adjoining owners ;—umquhile Rob. Mersar, umq. Wil. Tarbat, Jas. Curroure, John lord Oliphant, and Tho. Cristesone.

messuagii earundem cum pertinen. preter *le Horse-cruke*, tunc in manibus And. Kynnard de eodem existen., in baronia de Kynnard, vic. Perth, per David Lokkye et alios occupat. :—Tenend. de rege :—Reservato sibi libero tenemento :—Test. Geo. Murray filio et apparente herede Andree M. de Ogilvy, And. Tyry filio et apparente herede Walteri T. de Drumkilbo, Geo. Lindesay filio David L. de Edzell militis, David Ramsay, Walt. Ruthvene, burgen. de Perth, Wil. Ruthvene filio Walteri R. de Lownane, D. Jac. Cuthbertsoun et D. Jac. Ruthvene capellanis :—cum subscriptione manuali :—Apud Ruthvene, 8 Nov. 1512]: —Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 123.

3809. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REX confirmavit et quitteclamavit JACOBO LEVINGSWOD (LEVINGSTOUN), et ejus heredibus,—terras de Gerveswod et Musbrig, cum molendino earundem, terras de Brounle, et 7 mercatas de croftis prope burgum de Lanark, viz. croftas de Inflathill et Selyholme, cum una acra terrarum ad caput de Selyholme, croftam de Quhitehill, Castellandis, Brerybank, Schoilbradis, 9 acras nuncupat. Kingsonis-knoll, et unam acram super partem occidentalem turris de Braxfeild, vic. Lanark; necnon annuum redditum 20 solidorum de ceteris terris et tenementis infra burgum de Lanark, cum jure patronatus, advocatione et donatione capellanie in capella S. Nicholaii ex parte boreali ejusdem infra dict. burgum;—quos idem Jac. personaliter resignavit; et quos rex pro specialibus favoribus incorporavit in unam liberam baroniam de Gervoswod: —Reddend. annuatim 18 denarios argenti nomine albe firme, quia dicte terre antea pro hujusmodi servitio tente fuerant:—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 130.

3810. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, ROBERTO INNES de Invermerky, et ejus heredibus,—terras de Crannoch, vic. Banf;—tentas prius unam pendiculam terrarum de Nethirdule, que fuerunt Alexandri com. de Huntlie, de rege tente in warda, et ob alienationem majoris partis earundem in manibus regis recognite fuerunt:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Banf, cum wardis, &c., cum contingerent:—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 153.

3811. Apud Edinburgh, 18 Feb.
REX confirmavit GEORGIO ABIRCRUMMY de Petmeddane, et ejus heredibus,— terras de Petmeddane, cum molendino earundem, terras de Petmauchly, Harthillis, Cardene, Newtoun, octavam partem de Haltoun de Ardune (*seu* Hardune), Andeiscroft et Petiscroft, vic. Abirdene;—quas idem Geo. personaliter resignavit; et quas rex pro favore incorporavit in unam liberam baroniam de Petmeddane:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingerent:—Test. *ut in carta* 3803. xviii. 145.

3812.[1] Apud Edinburgh, 23 Feb.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam Alexandri archiepiscopi S. Andree, Sedis Apostolice legati ac monasteriorum de Dunfermling et Coldinghame commendatarii perpetui, et Johannis prioris S. Andree, et conventus ejusdem,—[qua,—quia priores et conventus ejusdem hospitale quoddam S. Andree conjunctum ecclesie B. Leonardi ad receptionem peregrinorum construxere, dumque idem peregrinis desolatum esset, priores certas alias mulieres ingravescenti etate constitutas in eodem imposuerant, que parum aut nihil fructus devotionis aut virtutes perfecerant,—igitur erexerunt idem hospitale in unum COLLEGIUM PAUPERUM CLERICORUM ECCLESIE S. ANDREE nominandum, de terris, decimis et redditibus dict. sue ecclesie ex parte,

[1] This charter contains the following names of adjoining owners;—umquhile M. And. Martin, umq. M. David Monypenny, And. Richertsone, Joh. Cuthbert, Rob. Meffane, Tho. Meffane, David Scott, umq. Eliz. Reid, M. Laurence Lundoris, Alex. Patonsone, Rob. Wincestre, Wil. Arthure, in St Andrews;—Sir Tho. Mugye, Walt. Young burgess of Edinburgh, Wil. Woyd, Alan Wilsoune, in Leith; and Wil. Kellois and Joh. Sibaldsoune, in Hadingtoun.

et aliis ex prioris supradicti industria acquisitis dotandum, et idem statutis firmaverunt:—Apud palatium S. Andree, 20 Aug. 1512]:—Necnon cartam dictorum prioris et conventus,—[quain puram elemosinam concesserunt dicto Collegio, ac magistris, regentibus, capellanis, studentibus et scolaribus ejusdem, eorumque successoribus,—terras de Kenloquhiis superiore et inferiore, cum decimis garbalibus et fructibus vicarie earundem (quas ante vetus hospitale S. Andree sine decimis habuerat), terras de Fausyde cum decimis garbalibus (reservatis abbatisse monialium de Hadingtoun et conventui ejusdem 17 solidis de eisdem decimis), terras et acras suas de Rahelpy prope civitatem S. Andree, continentes 63½ acras (que fuerunt etiam veteris hospitalis), cum annuis redditibus tenementorum de Argail super terras de R., ac cum fructibus vicarie ejusdem terrarum et inhabitantium easdem, novam wardam suam inter terras de Lambilethny et Novam Grangiam, 5 mercas annui redditus terrarum de Cottane de Forret, et 2 molendina sua de Goukstoun et Cragmyll per se jampridem edificata, cum multuris et sequelis, vic. Fyffe, in regalitate S. Andree; necnon terras, &c., infrascriptas infra civitatem S. Andree et glebam monasterii ejusdem, viz. terras et tenementa de vinella vulgariter dicta *Priouris-wynd*, alias *Burne-wynde*, et infra venellam ipsam et portam monasterii exteriorem, cum annuis redditibus universis (exceptis iis qui pittantiis conventus debebantur), ac fructibus dicte vacarie infra dictas limites sibi debitis—salvis terris et tenentibus prius ad feodifirmam locatis—(cujus venelle alique partes fuerunt veteris hospitalis), ac duo tenementa in vico australi, cum 20 solidis ann. red. de tenemento Joh. Smyth, 3 tenementa sua que fuerunt quondam Tho. Arthure, unum in vico castri, cetera in vico australi, cum annuis redditibus ad summam 14 sol.; preterea 2 tenementa jacen. in villa de Leith, ex parte australi aque de L.; et tenementum in burgo de Hadingtoun in vico appellato Sydgait (solvendo tamen de primo tenemento in Leith abbati et conventui monasterii S. Crucis 20 sol. annui redditus, et D. David Scot capellano collegii S. Salvatoris infra S. Andream 10 mercas ann. red., donec illos a possessoribus dict. prior, &c., recuperarent: — Apud monasterium S. Andree, 1 Feb. 1512]:—Insuper exoneravit dictum collegium, magistros &c., ejusdem, de omnibus taxationibus, contributionibus, &c., que exigui possent de dicto collegio &c., seu de dictis tenementis &c.: —Test. 113. 30. 42. 57. 84. 48. 112. 60. xix. 99.

3813. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX concessit FRANCISCO BORTHUIK, filio et apparenti heredi Stephani B. burgensis de Edinburgh, et JONETE BROUN sponse dicti F.,—terras de Lany, in parochia de Crawmond, vic. Edinburgh; —quarum unam dimedietatem dictus Steph., alteram idem Franc., apud Portum Gratie nuncupat. *le New-havin* resignaverunt:—Tenend. dictis F. et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti F. quibuscumque:—Reservato dicto Steph. libero tenemento dimedietatis prius ei pertinen.:—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 92.

3814. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX confirmavit ALEXANDRO CUMYNG de Cultir, et ejus heredibus quibuscumque,— terras et baroniam de Cultir, cum molendino, silvis, tenentibus, &c., et piscationibus earundem, ac terras et baroniam de Tulliboy, cum molendino, silvis, lacubus, piscationibus, tenentibus et tenandriis, vic. Abirdene;—quas idem Alex. personaliter resignavit; et quas rex pro favore et pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Cultir-Cummyng:—Reddend. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, necnon wardam, &c., cum contingeret: —Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 132.

3815. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX concessit JACOBO OGILVY de Inchmartyne, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Inchmartine subscript., viz.

terras dominicales de I. nuncupatas Ester I., cum turre et fortalicio earundem, Wester I. cum Skarlatland, terras partis orientalis de Petmudell, Cragdaly cum molendino, *le outsettis*, tenentibus, &c., advocatione et donatione capellanie B.V.M. de I., cum piscaria Insule Regis nuncupate *le Kingis-Inche* super aquam de Tay, ac terras de le Nethirside de Balgally nuncupat. terras D. Hugonis, vulgariter *Schir-Hewis-landis*, cum superioritate earundem, *le outsettis*, tenentibus, &c., vic. Perth;—necnon dicto Jacobo, et ISOBELLE OLIPHANT ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscumque, — terras occidentalis partis de Petmedle, in baronia de I., vic. antedict.;—que fuerunt dicti Jac., in warda de rege tente, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu;—et quas rex pro bono servitio incorporavit in unam liberam baroniam de Inchmartyne: — REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Perth, cum wardis, &c., cum contingerent:—cum licentia ad infeodandum tenentes:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 134.

3816. Apud Edinburgh, 27 Feb.
REX confirmavit cartam Archibaldi com. Argadie, &c.,—[qua, pro homagio et servitio, concessit FARCHARIO (FARQUHARDO) MAKINTOSCHE, filio Dougalli More Makintosche,—terras de Kirktoune et Inchebarye, vic. Invernys:— TENEND. dicto F. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Donaldo M. fratri ejus germano et heredibus, &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masc. de corpore dicti Dougalli legitime procreatis, quibus omnibus def., dicto Archibaldo et suis propinquioribus heredibus masc. quibuscumque reversuras: —REDDEND. dicto Arch. servitium warde et relevii cum contingeret:—TEST. Hugone Ross de Killrawik, Walt. Stewart, Wil. Ross, Joh. Makynously, Arch. Uchiltre, Wil. Esthewell, Joh. Gray et Jac. Yong notariis publicis: — cum subscriptione manuali:—Apud Edinburgh, 16 Oct. 1511]: —TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 160.

3817. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REX confirmavit cartam Georgii com. de Rothes, dom. Leslie,—[qua, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit M. JOHANNI SKRIMGEOUR (de Glastre)— terras de Balmullo, vic. Fiffe:—TENEND. dicto Joh. et heredibus ejus masc. inter ipsum et quondam Jonetam Ogilvy ejus sponsam procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscumque: —REDDEND. annuatim regi unum par cyrothecarum nomine albe firme:— TEST. M. Adam Ottirburn burgensi de Edinburgh, M. Jac. Skrymgeour rectore de Glastre filio dicti Joh., Walt. Lesly de Fysky, Wil. Lindesay, Joh. Moffet, et Alex. Clerk notario publico:—cum subscriptione dicti com. manuali:— Apud Edinburgh, 24 Feb. 1512]:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 147.

3818. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam D. Johannis Craufurd, prebendarii ecclesie collegiate B. Egidii burgi de Edinburgh,—[qua in puram elemosinam concessit uni capellano et ejus successoribus divina celebraturis in ECCLESIA dedicata et per se fundata in honorem SS. JOHANNIS BAPTISTE ET JOHANNIS EWANGELISTE super solum terrarum messuagii B. Egidii, alias Sanct-Jely-Grange nuncupati, in communi mora burgi DE EDINBURGH,—18 acras suas hujusmodi terrarum et messuagii; necnon unam particulam terre dicte more sibi caritative donatam per prepositum, ballivos et consules ac communitatem dicti burgi, continentem unam acram et quartam partem unius particate terre aut circiter; atq ue $3\frac{1}{2}$ acras suas terre prefate more, sibi pertinen. ex conquestu a preposito, &c., dicti burgi in feodifirma, insimul adjacentes ad orientalem partem dicte more, inter terram Joh. Cant et villam de le Murebrugh noviter edificatam, vic. Edinburgh: — INSUPER constituit unum provecte etatis

virum apud dictam ecclesiam remansurum, habentem albam semper vestem et in pectore portantem signum, viz. capud S. Joh. Bapt., ejus heremitam dicendum; qui pro sustentatione habiturus erat unam acram terre cum domo et orto eidem adjacen. versus austrum:—TEST. M. Jac. Foulis, D. Joh. Ewin capellano, Wil. Johnestoun, Tho. Lausoune, Joh. Foulare, et Hen. Strathauchin, notariis publicis: — Apud Edinburgh, 15 Feb. 1512]:—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 121.

3819. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REX,—pro gratuito servitio sibi non solum in regno impenso, verum etiam extra regnum eundo iteratis vicibus in servitio speciali pro negotiis regis in Gallia et Anglia exsequendis,—confirmavit familiari suo WILLELMO OGILVY de Stratherne, militi, et ALISONE ROULE ejus sponse, —terras et baroniam de Stratherne, viz. terras de Petty, Braichly (*seu* Brauchly), Stratherne, cum *le outsettis*, ac molendinum de Conynsch, cum jure patronatus, advocatione et donatione ecclesiarum de P. et B., ac turre et fortalicio de Hawhill per dictum Willelmum super dictas terras edificat., vic. Invernys; — que fuerunt eorundem in feodifirma, incorporate in liberam baroniam; et quas Wil. personaliter, et Alisona per procuratores de consensu Willelmi constitutos, resignaverunt: — TENEND. in liberam baroniam de Stratherne ut prius, dictis Wil. et A. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscumque:— REDDEND. annuatim 50 libras nomine feodifirme:—TEST. *ut in carta* 3803.
xviii. 143.

3820. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REX ad manum mortuam confirmavit cartam M. Geo. Striveling de Estir-Brekky, et Pat. S. ejus fratris germani,—[qua, cum consensu Jacobi dom. Ogilvy de Erly, et David S. filii et apparentis heredis dicti Geo., in puram elemosinam concesserunt uni capellano in ECCLESIA PERROCHIALI DE KYNNELL ad altare B.V.M. divina imperpetuum celebraturo, pro salute Jacobi IV., et animarum quondam Hugonis dom. Fraser de Lovet baronis de Kynnell, et Johannis dom. Ogilvy ultimo defuncti, quond. Joh. S. et Jonete Panter patris et matris dictorum Geo. et Pat., &c.,—duas partes, viz. 10 mercas, annui redditus 10 librarum de terris de Estir-Brekky qui fuit Wil. S. filii et heredis quondam Walt. S., et per dict. Geo. et Pat. conquestus fuit per resignationem in manibus dicti Hugonis, et iterum per eum eisdem donatus:—TEST. Tho. Ogilby milite, M. David Gardin de Connonsithe, Hen. Fethy de Ballissak, David Fethy, Ric. Striveling, M. Jac. Ferquhar, et And. Hog, capellanis:—cum subscriptione dicti David S.: — Apud ecclesiam de Kynnell, 2 Jun. 1509].
xix. 34.

3821. Apud . . . . . .
REX confirmavit cartam Agnetis Leslie et Eliz. L., heredum quondam Hen. L.,—[qua, cum consensu Joh. Makbeth alias Cliddisdale sponsi dicte Agnetis, et And. Alexandersoun sponsi dicte Eliz., pro certa summa pecunie persoluta, vendiderunt et alienaverunt NICHOLAIO ELPHINSTOUN domino de Glak, et ELIZABETHE ABIRCBUMBY ejus sponse, — terras duarum partium aratri ville borealis de Ardone, in regalitate de Garviauch, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Nic. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Nic. quibuscumque seu assignatis:—FACIEND. regi servitium debitum et consuetum, eidem wardam et relevium reservand.:—TEST. M. Hectore Boecio rectore de Tyrie, Wil. Haye, Alex. Hay, Rob. Arbuthnot, Pat. Dunbar, And. Kyninmond et And. Huntar, laicis:—Apud collegium Universitatis Abirdonensis, 17 Sept. 1509] . . . . . .
xix. 35.

3822.[1] Apud Edinburgh, 14 Mar.
REX confirmavit ALEXANDRO LEVINGSTOUN de Terentera, et JONETE CALENDARE ejus sponse,—

[1] As a memorandum in Register.

terras de Terene et Terand, in Kippane, vic. Striveling;—quas idem Alex. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Jon. et ipsorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscumque. xx. 25.

3823. Apud Edinburgh, 15 Mar.
REX confirmavit cartam familiaris sui militis Pat. Hammyltoun de Kincavill,—[qua ad feodifirmam dimisit consang. suo WILLELMO HAMMYLTOUN, et ejus heredibus,—5 bovatas terrarum de Kincavill, quarum 4 jacebant ex parte australi ville de K. in le Crag-quarter, cum le Westfeilde et le Boghede jacen. ex parte australi rupis de K., necnon le Myreflattis et Lochleis ex parte boreali dicte rupis; et quinta bovata jacebat super le Berrik, viz. tofta ejusdem sub ripa (*le bray*) ex parte boreali dicte rupis; cum domibus, toftis, croftis, ortis et mansionibus eisdem pertinen., in villa et territorio de K., vic. Linlithqw:—REDDEND. annuatim 5 mercas 10 sol. 4 den., cum servitio dicti Wil. dicto Pat. fiendo:—TEST. Gilb. Hammyltoun, Nic. Craufurd, Rob. Hammyltoun, Joh. Patersone, et Rob. Foulis notario publico:—Apud Edinburgh, 3 Sept. 1507]:—TEST. 86. 30. 42. 57. 84. 48. 60. 112. 89.
xviii. 174.

3824. Apud Striveling, 24 Mar.
REX concessit et pro bono servitio quitteclamavit ROBERTO LAUDER de Bass militi, — terras de Pople, vocat. Lauderislandis, et Haitleis-landis tunc vocat. Quhitlawis-landis, vic. Edinburgh, infra constabulariam de Hadingtoun;—que terre de Lauderislandis fuerunt ejusdem Rob. per resignationem David L. et novum infeofamentum dicto Rob. desuper factum, et quas idem Rob. resignavit; et que terre de Quhitelawis-landis fuerunt Jonete Quhitelaw sponse Willelmi Lermonth, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu:—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, legit. et propinquioribus ejus heredibus quibuscumque:—REDDEND. annuatim unum par calcarium deauratorum nomine albe firme:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*"
xviii. 146.

ANNO DOMINI 1513. ANNO REGNI 25.

3825.[1] Apud Edinburgh, 1 Apr.
REX, — quia in causa optenta per Joh. Ramsay in Petgorno, super And. Lundy de Balgony militem filium et heredem quondam Rob. L. de B. militis, de summis 408 librarum 6 sol. 8 den. et 66 lib. 13 sol. 4 den. solvendis decretum extitit,—et literis directis Snawdoun Heraldo vicecomiti in hac parte, defectu bonorum mobilium terre de Cair nuncupate terre dominicales de Cair, extendentes ad 20 libratas 6 sol. 8 den., pro dicta summa 408 lib. 6 sol. 8 den., et terre de Wattirstoun extenden. ad 3 lib. 6 sol. 8 den. pro dicta summa 66 lib. 13 sol. 4 den., appreciate sunt in curia tenta apud Carne de Cour 14 Mar. 1512, et dicto Joh. assignate;—igitur concessit dicto JOHANNI RAMSAY, heredibus ejus et assignatis,—terras predictas, vic. Kincardin:—Et voluit quod dictus And. et ejus heredes haberent regressum quandocumque dictas summas, &c., persolverent infra septennium:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 148.

3826. Apud Edinburgh, 6 Apr.
REX concessit GEORGIO ELPHINSTOUN, filio et heredi apparenti Joh. E. de Henderstoun, et ejus heredibus,—terras de Henderstoun, Newby, Schelnes, et Quhitehalch, vic. Peblis; — quas dictus Joh. resignavit;—necnon terras tertie partis de Smethfeild, dimediam partem tertie partis de Corscumynfeilde, et dimediam partem tertie partis de Catturso, cum tenentibus et tenandriis, vic. predict.;— quas idem

[1] Dated A.D. 1512. Placed here in conformity with the regnal year, which suits the date of the apprising therein narrated.

Geo., qui eas habuit in feodo per renunciationem quondam Elizabeth Diksoun ejus matris, resignavit;—et quas omnes terras rex, pro favoribus et pro bono servitio, incorporavit in unam liberam baroniam de Henderstoun, et le *schemys* sive messuagium de H. principale fore messuagium ejusdem ordinavit:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Peblis, necnon wardam, &c., cum contingerent:—RESERVATIS libero tenemento de Henderstoun, Newby, Schelnes et Quhitehalch, dicto Joh., et rationabili tertia earundem ejus sponse cum contingeret:—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 5.

3827. Apud Edinburgh, 7 Apr.
REX confirmavit cartam Isobelle Norwell domine de Cardonane et Drumbane,—[qua, cum consensu Alex. Stewart de Castelmylk filii sui et heredis apparentis, pro certa summa pecunie persoluta, vendidit et alienavit JOHANNI KENNEDY de Knokreauch, heredibus ejus et assignatis, —20 solidatas terrarum de Drumbane antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Are:—REDDEND. annuatim dicte I. unum denarium nomine albe firme:—TEST. Arch. Stewart, Jac. Stewart, Joh. Stewart, Pet. Wauch, et Wil. Auchinhead:—Apud Cassiltone, 11 Feb. 1511]:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 156.

3828. Apud Edinburgh, 8 Apr.
REX concessit JONETE HAY domine de Nachtane, et PETRO CREICHTOUN de Nachtene militi ejus sponso,—dimedietatem de Segy, vic. Fiffe;—que terre de S. fuerunt tente tenandria quondam Jac. Hay de N. militi pro una dimedietate, et And. Kynnard de eodem baroni dimedietatis de N. pro altera dimed., et in manibus regis per 50 annos ratione nonintroitus fuisse decrete sunt, cum firmis earundem, pro quibus dicte terre regi appreciate sunt, extenden. in anno ad 40 libras, in integro ad 400 lib. pro dimedietate;—quam dimed. rex univit dimedie baronie de N. dicte Jonete pertinenti, ut esset una tenandria ejusdem; et ordinavit dictos Jon. et Pet. infeodare Alex. Meldrum de Segy in dictis terris: — TENEND. dicte Jonete, tanquam descendenti et heredi senioris partionarii baronie de N., et dicto Pet., et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Jonete quibuscumque:—REDDEND. wardas &c. cum contingerent:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 149.

3829. Apud Edinburgh, 8 Apr.
REX confirmavit, et pro favore ac pro bono servitio quitteclamavit, familiari servitori et compotorum rotulatori suo JACOBO REDEHEUCH de Tulichedill, et ejus heredibus,—terras de Tulichedill cum molendino earundem, Malar-Rannych, Dalquhorne, Malar-Maknab, Dunduf, quartam partem de Megour, et terras de Drumcors in Glenlochy, cum molendino earundem, et omnibus *le outsettis*, &c., vic. Perth;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas rex incorporavit in unam liberam baroniam de Tulichedill:—REDDEND. unam sectam curie vic. de Perth post festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 158.

3830. Apud Edinburgh, 8 Apr.
REX concessit ANDREE KYNNARD de eodem, et ejus heredibus,—dimedietatem terrarum de Segy, vic. Fyffe;—que terre de S. fuerunt, &c. (*ut in carta* 3828);—et quam dimed. rex univit dimed. baronie de Nauchtane dicto And. pertinenti, ut esset una tenandria ejusdem; et ordinavit dictum And. infeodare Alex. Meldrum de Segy in dictis terris:—REDDEND. wardas, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 50.

3831. Apud Edinburgh, 9 Apr.
REX confirmavit, et pro speciali favore quitteclamavit, WILANDO CHESHOLM de Comyr, et ejus heredibus,—terras de Knokfyne, Commyrmore, duas le Inverchaynayas, et duas Brekachyis, cum *le outsettis*, nemoribus, et forestis earundem, jacen. in Strathglasch, in comitatu Rossie, vic. Invernys;—quas idem Wilandus resignavit: — REDDEND. annuatim comitibus Rossie tres sectas, ad tria placita capitalia vic.

de Invernys quamdiu dictus comitatus in manibus regis remaneret; et ad tria placita capitalia comitatus Rossie apud Kynnardy, quando dictus comitatus foret dispositus ad quendam comitem Rossie; necnon wardam, &c., cum contingerent:—TEST. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xix. 3.

3832. Apud Edinburgh, 9 Apr.
REX concessit JOHANNI PORTEWIS de Glenkirk, et ejus heredibus,—terras de Glenkirk et Quhitslaid, cum *le outsettis*, tenentibus et tenandriis earundem, vic. Peblis; — que fuerunt dicti Joh., de rege tente in warda; et in manibus regis recognite fuerunt, quia major pars earundem alienata fuerat absque consensu;—et quas rex pro speciali favore incorporavit in unam liberam tenandriam de Quhitslaid:—REDDEND. sectam et servitium warde et relevii debit. et consuet.: —cum licentia ad infeodandum tenentes: —TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 31.

3833. Apud Edinburgh, 10 Apr.
REX concessit, et pro bono servitio quitteclamavit, KATHERINE BOYLL sponse Joh. Johnestoun, filie et heredi quondam Johannis B. de Wamfray et Risholme, et heredibus dicte Kat.,—terras de Risholme, vic. Are;—que pertinebant Thome B. de Risholme, de dicto quondam Joh. B. tente (qui eas tenuit de rege in warda), et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu:—REDDEND. annuatim unam sectam curie vic. de Are post festum S. Michaelis, necnon wardam, &c., cum contingeret:—cum licentia ad infeodandum dictum Tho. B.:—TEST. "*ut in aliis cartis consimilis date.*" xix. 24.

3834. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REX confirmavit cartam Willelmi Forbes de Reras militis,—[qua, pro singulari affectu, concessit WILLELMO RAMSAY, filio et heredi apparenti Alex. R. de Brekmonth, heredibus ejus et assignatis,—terras de Brekmonth et Southheilde, cum molendinis earundem, in baronia de Lucheris-Forbes, vic. Fiff;—quas dictus Alex. resignavit: —TENEND. de dicto Wil. Forbes:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex.:— TEST. Hen. Ramsay de Redy, Alex. Lessaelis de Inverdowet, Joh. Gourlay de Southheild, And. Balfoure cive S. Andree, David Berclay, Alex. Walcar, Wil. Forbes, Laurentio Bikkartoun, David Kynnere, Tho. Walcar, Joh. Walcar, et David Gregore notario publico: — cum subscriptione manuali dicti Wil. F.:—Apud civitatem S. Andree, 3 Apr. 1512]:—INSUPER, pro favore, concessit dicto Wil. totum suum jus ad dictas terras ob quamcumque causam: —TEST. *ut in carta* 3823. xviii. 175.

3835. Apud Edinburgh, 14 Apr.
REX concessit ROBERTO GOURLAY burgensi de Disart, et GRISILLE WEMYS ejus sponse,—terras de Hauch, vic. Fyffe;—quas And. Kynnynmonth resignavit, ex eo quia dicte terre redempte fuerunt a dicto And. per prefatos Rob. et G. ut assignatos David Wemys de eodem militis, virtute reversionis per dictum D. desuper habite:—TENEND. dictis Rob. et G. in conjuncta infeodatione, ac eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. quibuscumque:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 152.

3836. Apud Edinburgh, 19 Apr.
REX,—quia direxerat literas And. Lundy de Balgony militi vicecomiti de Fiffe, et Jac. Traill de Blabo, Hen. Ramsay de Redy et Tho. Grundistoun de Kingask, deputatis ejusdem, ad distringend. Alex. Schethum de Caskelpy pro 200 mercis super ipsum per Alex. Ingilis de Tarvet (pro simplici valore maritagii ipsius Alex.) recuperatis,—et defectu bonorum mobilium terre subscripte, per dictum And. S. de rege in warda tente, 5 Apr. 1513 pro dicta summa appreciate fuerunt, et dicto Alexandro vendite;—igitur concessit dicto ALEXANDRO INGLIS, et ejus heredibus—tertiam partem terrarum de Caskelpy, extenden. ad 10 marcatas terrarum libere absque annuo redditu aut clameo, vic. Fyffe;—et voluit quod dictus Alex. S. et heredes ejus haberent regressum quandocumque dictam summam, &c., persolverent

infra septennium:— TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 155.

3837. Apud Edinburgh, 21 Apr.
REX confirmavit JOHANNI KENNEDY de Culzeane militi, et JONETE. STEWART ejus sponse, — terras baronie de Bargaltoun, in parochia de Balnageich, senesc. Kirkcudbrycht, viz. Bargaltoun, Largscheane, Deremole, Culevane, Donane et Grenonesoderm, cum pendiculis, &c.;— quas idem Joh. personaliter resignavit :— TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :— TEST. 86. 30. 42. 57. 84. 48. 60. 112. 89. xviii. 166.

3838. Apud Edinburgh, 23 Apr.
REX confirmavit et quitteclamavit JOHANNI HALDANE de Glennegas militi, et MARJORIE LAWSOUN ejus sponse, —terras de Calzemore, le Ross, Lurglorne, Keledane, dimedietatem de Drummakellis, Cateris cum molendino, duas Boturchis, Fynnekyntenand, Barquhois, Berneill, cum piscaria lacus earundem, Schynnakellis, Laidrichbeg cum molendino, Trenebeg, Knokgour, cum terris piscatoris earundem viz. *le Fischarislandis* croftam, Barlosky, Laidrichmore, duas Auchreathanys, insulam de Ross, Durinch, Ilindark, cum piscaria quarte partis de Lochlomond, in baronia de Haldane, vic. Perth; terras de Kebdowry (*seu* Kepdowry), Caschly cum molendino, Ballard, Balbull, Canquhole, Carnbeth et Arges, in baronia de Glennegas, vic. predict.;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscumque :—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 154.

3839. Apud Edinburgh, 4 Maii.
REX,—quia quondam Jac. Skrimgeour constabularius de Dunde quond. Johannem Sandelandis, patrem Jacobi S. de Caldor militis, in dimedietate bine partis terrarum de Dudehope et Southir-Lello (Bello), vic. Forfare, infeodavit de rege tenend.,—et dictus Joh. Sandelandis diem clausit extremum regis confirmatione minime levata, —dictus tamen Jacobus Skrimgeour confirmationem postea levavit;—igitur dictam infeodationem dicto JACOBO SANDELANDIS et ejus heredibus ratificavit :— TEST. "*ut in aliis cartis precedenibus.*" xviii. 189.

3840. Apud Edinburgh, 6 Maii.
REX concessit DAVID STEWART, filio et heredi apparenti Willemi S. de Rossith, —terras et baroniam de Rossith, terras de Cragy, Gerpot, et tertiam partem de Fordell, Culbaky et Straubirn, ac terras de Luchelde, Pettrave, Wester Clesche, Dunduf, Colstoun, Balnamule et Montqwn, vic. Fiffe; ac terras de Corb, Bouchondy et Laidgrene, vic. Perth; terras baronie de Durisdere, vic. Drumfreis, que fuerunt unite baronie de Rossith; necnon terras et baroniam de Schandbothy, vic. Clakmannane;—quas omnes dictus Wil. resignavit :—TENEND. dicto David et heredibus ejus secundum tenorum antiquarum cartarum predecessoribus ejus desuper confectarum :— RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento dictarum terrarum, cum tenentibus, &c., amerciamentis et eschaetis curiarum, &c., ac rationabili tertia earundem Jonete Mowbray ejus sponse cum contingeret :— TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 161.

3841. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REX confirmavit, et pro bono servitio quitteclamavit, JACOBO LUMMISDEN de Condolane, et ejus heredibus,—terras tenementi de Condolane, viz. terras dominicales de C., cum manerio et molendino earundem, terras de Drum et Westir-Condolane, vic. Fiffe; ac terras de Maidlare, vic. Abirdene;—quod tenementum de C. idem Jac. personaliter resignavit; et que terre de Maidlare fuerunt dicti Jac., de rege tente in warda, et unite in baroniam de Condolane, et in manibus regis recognite fuerunt ob alienationem majoris partis earundem absque consensu; — et quas omnes terras rex de novo incorporavit in

unam liberam baroniam de Condolane :— Reddend. pro tenemento de C. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fiffe, et pro Maidlare unam sectam ad placitum capitale vic. de Aberdene post festum S. Michaelis; necnon wardam, &c., cum contingeret :— Reservatis libero tenemento terrarum dominicalium, manerii et molendini de C., Thome L. de Condolane patri dicti Jac., et rationabili tertia earundem Egidie Ogilvy ejus sponse cum contingeret; necnon libero tenemento de Drum dictis Tho. et Egidie, ac Jonete Arnot sponse dicti Jac. conjuncta ejus infeodatione de Westir Condolane, secundum tenorem carte regie desuper confecte apud Striveling 25 Oct. 1507;— Salvis etiam episcopo Abirdonen. secundis decimis de Maidlare, quando regi ratione warde vel nonintroitus devenirent :—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*"

xviii. 181.

3842. Apud Edinburgh, 8 Maii.

REX ad feodifirmam dimisit ALEXANDRO SCHAW, filio et heredi apparenti Jac. S. de Sauchy militis, et ejus heredibus, —terras ville occidentalis, vulgariter *le Westir-toun*, de Tulycultrie, alias Colvilstoun nuncupatas, et molendinum granorum earundem, cum multura astricta, viz. *thral multure*, eidem molendino debita et consueta de terris baronie de Tulicultrie, vic. Clakmannane;—quas, extendentes in antiquo rentali ad 9 libras et unam celdram brasii annuatim, familiari regis Roberto Colvill de Uchiltre in feodifirma assedatas, dictus Rob. resignavit :—Reddend. annuatim 12 lib. 2 sol., et unam celdram brasii :— Test. 86. 30. 42. 57. 84. 48. 60. 112. 89.

xviii. 195.

3843. Apud Edinburgh, 9 Maii.

REX concessit GRESILLE BETOUN, filie familiaris sui David B. de Creich, in vitali redditu,—terras et baroniam de Lundy, vic. Forfare;—que fuerunt Johannis dom. Lile, unite baronie de Lile, et quas idem in favorem dicte G. in ejus virginitate personaliter resignavit :— Tenend. dicte G. pro tempore ejus vite, et post ejus mortem dicto Joh. et ejus heredibus, si contingeret ipsam dicto Joh. in matrimonio copulari, heredibus inter ipsos legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Johannis secundum tenorem antique carte dictarum baroniarum :—Test. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 162.

3844. Apud Edinburgh, 13 Maii.

REX confirmavit cartam Jac. Edmonstoun de eodem,—[qua,—pro impletione decreti arbitralis inter se ex parte una, et ADAM HUME et JONETAM EDMONSTOUN ejus sponsam ex parte altera, viz. pro eorum jure et clameo terrarum de Edmonstoun, Ednem, cum donatione ecclesiarum et capellaniarum, ac jure patronatus hospitalis de Fawlo, necnon terrarum de Rislaw, Nudrymerschell, cum molendinis, fortaliciis et edificiis earundem, sibi per arbitratores adjudicatarum, — concessit dictis Ade et Jonete,—terras de Langhirdmonstoun et Curry, cum molendino earundem, extenden. in integro ad 50 mercatas, in baronia de Curry, vic. Edinburgh :—Tenend. dictis Ade et Jon. ac eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus de corpore ipsius Jonete procreandis, quibus omnibus def., dicto Jac. et propinquioribus heredibus suis quibuscumque reversuras, de rege in feodo :— Test. M. Jac. Hendersoun de Fordale clerico generali regis, Jac. Logane vicecomite deputato de Edinburgh, And. Wardlaw, Joh. Edmonstoun, Alex. Maknele, Jaspero Mane, Joh. Gray, et Jac. Yong, notariis publicis : — cum subscriptione manuali dicti Jac. :—Apud Edinburgh, 13 Maii 1513] :—Test. "*ut in aliis cartis precedentibus.*" xviii. 177.

3845. Apud Edinburgh, 14 Maii.

REX confirmavit cartam Duncani Campbell de Glenurquhy militis,— [qua ad feodifirmam dimisit fratri suo JOHANNI CAMPBELL de Auchreoch, — terras de Scheane, in Glencloich, vic. Perth :— Tenend. dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Dunc. et heredibus suis reversuras : — Reddend. annuatim

dicto Dunc. 8 mercas, necnon factoribus regis unam *le martstig*:—TEST. Jac. Redeheuch de Tulichedill compotorum regis rotulatore, Walt. Grahaim de Lochtoun (Lochconn?), Arch. Campbell filio dicti Duncani, Walt. Stewart de Baldorane, Nigello Stewart, Alex. Makneill clerico, Joh. Gray et Jac. Young notariis publicis: —cum subscriptione manuali: — Apud Edinburgh, 16 Apr. 1513]:— TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xviii. 157.

3846. Apud Edinburgh, 14 Maii.
